

et stabu 3 p... eda duo ian... bulyte ut...

liber iste permet d...

Hain 7004 p. II

769

no de missi in amaton... nō ammiracu de exoritate... Cum oblationes defictor...

mathe v... dicitur tene iusticia... o via... et gitezant...

nō s... nō dicitur... in p... et h...

Bar... nafi... creth... pote... Ex pie... Crea... pedet

Si obliu sumus nomie diei nri 2 p expounding
manu nra ad diei aliuu nrois leg requirit ista
p ad plunquid et vindicand Iose vnd hinc
ab pndita cordis / David plis ppatuo

Sermones sancti Vincentii de valen-
tia fratris diui ordinis predicatoru Sa-
cre theologie professoris eximii de tem-
pore pars hyemalis.

Ex pio legato A. R. D. Godefridi Kuinen Canonici
Gerrisheimensis. Orate pro eo.
Possident Hres Capuccini. Dusseldorpienses. 1667.

(Faint handwritten text at the top of the page)

Pract. Th. I. 769
^{2^{te}}

[1. 2.] (Jnk.)

(Faint, mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page)

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DUSSELDORF

Dominica prima in Adventu

Diuini verbi preco-
nis et pdicatoris. ac sacrarū litterarū interpretis et
pfefforis subtilissimi sancti Vincentij confesso-
ris de valentia ordinis diuini pdicatorū. Sermo-
nes fructuosissimi hiemales de tempore Inci-
piunt feliciter.

Benedictus
q̄ venit in nomine domi-
ni. **B**abet verbum istud
Matth. xxi. cap. et offici-
atur in euangelio hodie-
no. **I**sta dnica ē de maio-
ribus dn̄icis totius anni.
Quia ē p̄ma dn̄ica adue-

rus dn̄i in qua sancta māter ecclia dimittit officium
quod an̄ faciebat et incipit officium aduentus dn̄i.
Ih̄o volens me cōformare cū sancta matre ecclie
sua cogitauit nūc pdicare de aduentu dn̄i n̄ri Ie-
su ch̄asti. s. quō veniet in fine mūdi iudicare bo-
nos et malos retribuēdo cuiuslibet fm̄ opa ei⁹. Si
placet deo habebimus multas bonas instructio-
nes. Sed p̄mo salutē virgo maria. **B**ndictus
qui venit et. Verbum p̄positū est vna breuis can-
tilena que fuit a pueris et turbis cantata in ad-
uentu xp̄i in ciuitatem hierl̄m dicentib⁹. **B**ndi-
ctus qui venit et. Pro hui⁹ verbi maiori decla-
ratione et materie pdicande instructione. Scien-
dum q̄ in sacra scriptura clare et manifeste inue-
niuntur tres aduentus dn̄i in hunc mūdū solen-
nes et notabiles generales et p̄ncipales. p̄m⁹ fuit

De humilitate virtuosa.
Secūds de charitate gratiosa.
Tertius de maiestate rigorosa.
p̄m⁹ aduentus est iam p̄terit⁹. sc̄ds est p̄ns. ter-
tius est ventur⁹. Et his trib⁹ aduentibus corre-
spondent tres hebdomade aduentus. Et de ter-
tio aduentu vltimo et maiori intelligit̄ thema p̄n-
cipaliter. quia tunc dicent boni. **B**ndict⁹ qui ve-
nit et. p̄m⁹ aduentus dn̄i fuit de humilitate v-
tuosa. et iste iam ē p̄teritus q̄n̄. s. voluit descēde-
re p̄ incarnationē. cōuersionē. captiuationem
flagellationē et passionē. vt sibi credētes et obedi-
entes ascenderēt in celū. **R**ō quare venit in tan-
ta humilitate. fuit supbia ade et eue. qz noluerūt
obedire deo. sed poti⁹ pp̄rie voluntati. peccatū
em̄ ade fuit supbia. vt dicit b̄tus Tho. ij. sc̄pto
dist. xxij. q. j. arti. p̄mo et sc̄da sc̄de. q. clxij. arti.
j. vbi dicit sc̄us Tho. inobediētia in eo causata
fuit ex supbia. Et ideo Aug⁹. dicit ad **R**osium
q̄ homo elat⁹ supbia suasioni serpētis obediens
p̄cepta dei p̄temp̄sit. Verū etiā in pctō primorū
parentū. vt dicit sc̄us Tho. sc̄da sc̄de. vbi supra
in so. ad sc̄dm ar. gula locū habuit. dicit em̄ **S**e-
nef. ij. Vidit mulier q̄ lignū cēt bonū ad. velle

dum et pulcrū oculis aspectusq̄ delectabile et tu-
lit de fructu eius et comedit. **N**ō tñ ipsa bonitas
et pulchritudo ibi fuit primū motiū ad peccan-
dum. sed poti⁹ suasio serpētis qui dixit. apient
oculi v̄ri et eritis sic d̄ij. qd̄ appetēdo supbia muli-
er incurrit. et ideo peccatū gula deriuatur est ex
peccato supbie: qm̄ ideo p̄ns fuit peccatū super-
bie q̄ gula. Et supbia ē fundamentū oim̄ pecca-
torū. verbi gratia. Quare aliquis est auarus. ex
supbia est. quia nō vult obedire p̄cepto dei dicē-
tis. **N**ō fornicaberis. vel non furtum facies et.
Quare aliquis est luxuriosus nunq̄d ex supbia
quia nō vult obedire p̄cepto. non fornicaberis.
Item de gula et alijs peccatis. **A**utoritas. **I**niti-
um om̄is peccati ē supbia. **E**ccl. x. **I**h̄o ch̄ristus
ad reformandū venit in magna humilitate qua
si famulus ad ministrandū nobis opa redēptio-
nis p̄ humanā incarnationē. **S**i vult intelligere
b̄n̄ hanc maximā xp̄i humilitatē. **C**ogitate q̄ es-
sent multi magni dn̄i et pui congregati in conui-
uio et nō haberēt seruitorē aliquē quod sciens fi-
lius regis. deposita veste regali simpliciter indu-
tus veniret ad seruiendū omnibus. **P**rimo dan-
do aquā manibus. **S**c̄do ministrādo escas. nun-
quid ista esset magna humilitas filij regis. maior
incompabiliter fuit humilitas filij dei. om̄e gen⁹
humanū erat cōgregatū in scola hui⁹ mundi spe-
ctans bonū prandiū celestij epl̄arū. sed nō habe-
bamus seruitorē qui illas nobis ministraret pro-
pter quod fili⁹ dei mutata imo magis occultata
veste et assumpta veste humanitatis venit ad mi-
nistrandū nobis. licet p̄ incarnationē nullo mo-
do mutat⁹ fuerit. de hoc vid̄ in. iij. pte sci **T**ho.
q. j. ar. j. ad p̄mū. et q. ij. arti. vj. ad p̄mum. et iij.
scripto dist. j. q. j. arti. j. ad p̄mū. **A**utoritas **Q**ui
cū in forma dei esset indut⁹. s. veste deitatis semet
ipsum exinanīuit. i. humiliāuit formā serui acci-
piens in specie despecta in similitudinē hoim̄ fa-
ctus habitu inuētus vt hō. ad **P**hil. ij. s. vt nob̄
seruiret et ministraret. Et p̄mo dedit aquā mani-
bus nostris inuēdis. qz om̄es eram⁹ cōcepti nati
et nutriti in peccatis. **D**icit em̄ ap̄ls ad **R**ho. v.
p̄ vnū hoim̄ in hunc mundū pctm̄ intrauit et p̄
pctm̄ mors et ita in oēs hoies mors p̄transiit in
quo om̄es peccauerūt. Et habet de p̄se. dist. iij.
ca. firmissime tene. pp̄ hoc primo ordināuit san-
ctum sacramentū baptismi. **B**aptism⁹ em̄ est or-
dinat⁹ in remedium cōtra pctm̄ originale. est em̄
quedā sp̄ialis regeneratio et ianua sacramētorū
Un̄ et pueri carētes om̄i actuali pctō p̄pter pec-
cati originalis infectionē in quo cōcepti sunt ba-
ptisat̄. **B**ramus inquit ap̄stol⁹ natura filij ire
ad **E**ph. ij. hoc em̄ pctm̄ p̄ actum nature siue p̄
viciatam originē a parente in prolem reducitur.
de quo sanct⁹ **T**ho. luculenter et subtilit̄ tractat
ij. scripto dist. xxxj. q. j. arti. j. et ij. et etiā p̄ma se-
cunde in. q. lxxxj. **D**einde dedit escas di. **E**cce iā



Dominica prima Aduentus

triduo sustent me nec habent quid māducunt
Matth. viij. Et dedit escas spūales. scz doctri-
nas euangelicas et celestes. scdo dedit escas mi-
raculozū infirmos curando. mortuos suscitādo.
tertio dedit escas virtutū. Nota quō erāt sapidū
et cōfirmabiles. Deinde post brandiū iterum de-
dit aquam calidā manib⁹ et pedib⁹. etia in cena
aquā calidam. quia de latere suo exiuit sanguis
et aqua. prima aqua fuit baptisimi. scda vero pe-
nitētie que a christi passione habet virtutē et effi-
caciā lauādi aīas a sordibus peccatozū. De isto
seruitio humilitatis ipsemet xps dicit. Fili⁹ ho-
minis non venit ministrari s̄ ministrare et dare
aiam suā in redemptionē p multis. **M**atth. xx.
Et loquit de pmo aduētū iam pterito de q̄ oportet
ipm cōmendare et laudare vnā dictionē the-
matis mutādo et dicendo. **B**ndictus q̄ venit in
nomine famuli. In pmo aduētū xps venit vt
famulus. sed in isto secūdo aduētū venit vt soci⁹
Rō quia consuetudo et modus sociozū est simul
stare. simul ire. simul puerfari. simul comedere et
bibere. Ita dñs iesus xps de celo venit ad do-
mum nrām ad simul prandendū nobiscū in com-
munionē. Qualis refectio est aīe deuote quan-
do hō parat cōmunicat reficif intellectus fidei
claris illuminationib⁹. memoria optimis recor-
dationibus. volūtas sanctis et bonis desiderijs
et deuotis orōnib⁹. et finaliter totū corp⁹ forti-
ficat ad penitentiā et bonā vitā cōtinuandā nec
recedit a nobis post cōionē nisi dem⁹ sibi conge-
rium p pctm mortale. quia als nō recederet tm̄
placet sibi nrā societas. Ideo dicit ipemet. **B**eli-
cie mee esse cū filijs hominū. **P**rouerb. viij. **N**ō
cū filijs hoīm. s. patriarcharū pphetarū. aplozū
et doctorū qui nos genuerunt de fide catholica.
Ecce quō est soci⁹ nr. **A**utoritas. **F**idelis dñs i
omib⁹ verbis suis. s. cōplendo pmissuz. quia di-
ctis v̄bis siue a bono siue a malo presbytero sta-
tim venit in hostiā. **S**ecūd⁹ aduēt⁹ ē de cha-
ritate gratiosa et iste ē p̄ns. quia quolibet die in
sacramēto altaris in hostia consecrata est ita rea-
liter sicut venit in pmo aduētū in vtero v̄ginis.
dictis verbis a virgine maria. **E**cce ancilla dñi
et. Ita in qlibet missa dictis v̄bis p̄secrationis
a sacerdote venit xps in hostiā. idō nos ipsuz in
sacramento altaris adoram⁹. de isto aduētū de-
bemus ipm cōmendare et laudare di. **B**ndictus
qui venit in noīe socij. quia ibi nō ostendit suum
dominiū. **T**erti⁹ aduētus erit de maiestate ri-
gorosa qm̄ scz venit ad iudiciū ad retribuenduz
iudicialiter. **L**icet qm̄ homo morif aīa statim va-
dat ad iudiciū. et dñs sibi retribuit sm̄ opa eius
que fecit hic. **Q**uia si h̄ fecit de peccatis p̄dignā
penitentiā statim dat sibi gloriā eternā. **S**i autē
sit mala et impenitēs dat sibi penā infernalem. si
aut fuit mediocris quia nec ex toto bona nec ma-
la. sed mediocris. s. quia fuit p̄fessa satisfecit et re-

misit iniurias et. sed nō fecit cōdignā penitentiā
dat sibi retributionē pene purgatozū. s̄ iste retri-
butiones solum sunt animarū. quia corpa tā bo-
nozū quā malozū que iuuarūt aīas. adhuc nō ha-
bent retributionē. sed sunt incinerata. idō veniet
dñs ad iudiciū generale. vt retribuēt nō soluz
aīabus. sed etiā corpibus sm̄ opa eozū. **J**udici-
um em̄ generale futurū est in fine mūdi vt ex tri-
bus bt̄is **T**ho. p̄bar in. iij. di. xlviij. arti. j. **P**ri-
mo vt sicut de⁹ in p̄ncipio om̄ia creauit siml. ita
simul iudicet om̄ia. et sic vniuersale iudiciū core-
spondebit ex aduerso p̄me rerū p̄ductiōi inesse.
Secdo quia vt dic̄ beat⁹ **T**ho. vbi supra in solu-
tione ad secundū ar. hō dupliciter cōsiderari p̄t.
scz vt homo singularis. et vt ps multitudinis v̄n
et duplex ei iudiciū debet. **U**nū singulare quod
de eo fiet post moztē qm̄ recipiet iuxta ea que in
corpe gessit q̄uis nō totaliter. qz nō quo ad cor-
pus sed quo ad aīam tm̄. **A**liud iudiciū debet eē
de eo. sm̄ qd̄ est ps tot⁹ humani generis. et sic d̄
eo fiet iudiciuz in vniuersali et generali iudicio.
Nec tm̄ deus bis iudicat in idipm. quia non in-
fert duas penas p vno pctō. s̄ pena que aī iudi-
cium cōplete inflicta nō fuerat in vltimo iudicio
cōplebit cū mali et impij punient̄ simul in corpe
et anima. **T**ertio patet qz licet qlibet damnat⁹ sit
certus de sua damnatiōe et beat⁹ de sua gloriā.
nō tm̄ om̄ib⁹ oīm damnatio vel p̄miū innotescit.
quod tm̄ expedit vt ab om̄ib⁹ sciaf. vt om̄ib⁹ ap-
pareat dei iusticia. et hoc cōiter fiet in generali iu-
dicio vbi om̄es simul p̄gregabunt. **D**e h̄ aduen-
tu dicit ipsemet. **F**ili⁹ hoīs ventur⁹ est in gloriā
p̄ris sui cū angelis suis. et tunc reddet vnicuiqz
sm̄ opa eius. **M**atth. xvj. **T**ūc nō veniet in hu-
militate. paupertate. simplicitate. vt in pmo. nec
vt soci⁹ vt in secūdo. sed veniet vt dñs cū tanta
maiestate et potestate. qz totus mūdus timebit et
tremet. **V**eniet em̄ ad instar potentissimi regis
qui venit ad villā vel ciuitatē sibi rebellem vt in
obediētē cū gentibus armorū cū bombardis et
balistis et. Ita veniet dñs ad villam seu ciuita-
tem hui⁹ mūdi in qua sunt multi rebelles et ino-
bedientes regi christo qui vult et precipit humi-
litate et ipsi sunt supbi vani et. p̄cipit misicor-
diam et liberalitatē et ipsi sunt auari. vsurarij. la-
trones. raptores. pessimi. p̄cipit castitatē. et ipsi
sunt luxuriosi. **I**dē de alijs. **C**redētia aut sine o-
bedientiā nō saluat hominē. **N**ullus rex vel do-
min⁹ esset cōtētus de credētia subditozū sine obe-
dientiā. p̄pter hoc veniet xps ad ciuitatē huius
mūdi nō vt famulus nec vt soci⁹ sed vt dñs cum
multis gentibus. quia in illa die celum euacua-
bit. quia nulla creatura humana nec āgelica ibi
remanebit. quia oēs veniet cū rege ad iudiciū
tūc siue trompete erūt tonitrua fulgura et. in-
tm̄ qz celum et terra contremiscent. **N**ota si celū
et terra et creature q̄ nunqz peccauerūt cōtra deū

nō poterūt ip̄m aduentuz sustinere quid facient tunc peccatores qui tot pctā fecerūt cōtra deum tūc magis vellent esse in inferno q̄ videre deuz De hoc dicit Job in p̄sona peccatoris. Quis mihi hoc tribuat vt in inferno p̄tegas me ⁊ abscondas me donec p̄trāseat furor tuus. Job. xiiij. S3 in illa die boni stabūt securi nec timebūt. Jō scā mater ecclesia orans p̄ quolibet fideli dicit. Ubera me dñe de morte eterna in die illa tremēda q̄n celi mouēdi sunt ⁊ terra. dū veneris iudicare seculū p̄ ignem. Tūc christ⁹ ostēdet se vt dñs ⁊ omnes gentes cognoscēt eius dñium. David. Cognosce dñs iudicia faciens in opibus manū suaruz cōprehensus ē peccator. ps. ix. Tūc beati ⁊ boni de ei⁹ aduentu leti dicēt thema in p̄pria forma. Bñdicit⁹ qui venit in noie dñi. patet thema. In isto aduentu ad iudiciū christ⁹ iesus vt dñs faciet quattuor fm sanctā scripturā que debent fieri in omni bono iudicio maxime in criminali que quattuor sunt.

Convocatio vniuersalis

Ordinatio diuinalis.

Diffinitio sententialis

Executio perpetualis.

Et p̄ quolibet istorū debem⁹ deū laudare ⁊ dicere. Bñdicit⁹ qui venit in noie dñi. ¶ Primuz ergo qd̄ faciet christ⁹ in isto iudicio erit cōvocatio vniuersalis. quia omnes ptes ibi cōvocantur vt audiāt ibi sententiā diffinitiuā ⁊ iudex manifestabit se omib⁹ ⁊ videbit⁹ ab omib⁹. quia als sententia posset dici p̄phana. Nō practice quō illo die christ⁹ cū matre sua angelis. archangel. p̄ncipatib⁹ ⁊ c. patriarchis. p̄phetis. apl̄s ⁊ ceteris beatis cū gloria descendet ad iudicandum Querit⁹ a quibusdā ad quod erit necessariū istud iudiciū cum iā anime tam bonoruz q̄ malorum sunt iudicate ⁊ sentētiatē. Respōsiō q̄ illud iudiciū est necessariū qm̄ christ⁹ vt iust⁹ iudex retribuit vnicuiq̄ fm̄ opa eius. bona vl̄ mala que fecit. ⁊ quia dicta opa p̄ pri⁹ fuit ab aia cogitando. tractando deliberando. deinde exequuntur a corpe. verbi gratia. primo de bonis opib⁹. deinde de malis. Nota practice. Ratio quia aia p̄p̄us demeret vel meret q̄ corp⁹. ido iustum est vt aia p̄ prius habeat gloriā vel penam q̄ corp⁹ vt de aīab⁹ sanctorū Petri ⁊ Pauli. ⁊ c. ⁊ malorum vt iude ⁊ machometi ⁊ c. Et quia in executione dīctorū operū corpa sociabant animabus Ideo in generali iudicio resurgent corpa ⁊ associent⁹ animab⁹ vt habeant simul gloriā q̄tuz ad bonos. vel penā ⁊ damnationē q̄tū ad malos. Ecce hic ratio iudiciū generalis ⁊ resurrectionis vniuersalis corporū. que tangit⁹ ab ap̄lo dicēte. Omnes nos manifestari oportet aī tribunal xp̄i vt referat. i. reportet vnusquisq̄ p̄pria corpori put gessit siue bonū siue malū. ij. ad Corinth. v Nota q̄ in resurrectione nouissima aia idem cor

pus numero resumet. fm̄ illud Job. In carne mea videbo deū saluatorē meū. xix. loquit⁹ autē Job de visione post resurrectionē qd̄ patz ex h̄ qd̄ p̄cedit. In nouissimo inquit die de terra surrecturus sum. q̄ idem corpus numero resurget. Itē sicut Damascenus dicit quarto libro. resurrectione est ei⁹ qd̄ cecidit sc̄da surrectio. sed h̄ cor / pus qd̄ nūc gerim⁹ p̄ mortē cadit. q̄ idē numero resurget. Dicit em̄ sc̄s Tho. in. iij. di. xliij. ar. f. q̄ ad h̄ q̄ sit vera resurrectio oportet q̄ idē corpus qd̄ cecidit resurgat ⁊ anie reunit⁹. quia resurrectio est iterata surrectio. eiusdē autē est surgere ⁊ cadere. vñ resurrectio magis respicit corpus q̄ aīam. qz corpus post mortē cadit. ⁊ aīa post mortē viuuit. ⁊ ita si nō esset idē corp⁹ quod aīa resumit nō diceret⁹ resurrectio. sed magis nōti corp̄is assumptio. ⁊ oppositū dicere sicuti qui dam heretici dixerūt ē vitati resurrectionis p̄dicare quā scriptura sacra affirmat. Nō practice hāc p̄uocationē seu citationē fiendā fm̄ aliq̄s doctores p̄ sc̄m Michaelē i voce tube. i. terribili. quia nō erit ibi tuba materialis. sed vox christi imperātis resurrectionē que clamabit fortiter ad quattuor ptes mūdi dicēs. Surgite mortui venite ad iudiciū. Tunc virtute diuina subito. tam boni q̄ etiam mali resurgēt ⁊ ql̄bet inueniet suū corp⁹. Querit⁹ sc̄s Tho. in. iij. dist. xliij. vtrū resurrectio futura corporū erit naturalis. Rēdet sc̄s Tho. vbi supra arti. f. q. iij. q̄ resurrectio erit miraculosa simplicif. s. ex pte p̄ncipij sup̄naturalis. id est. dei. S3 naturalis fm̄ quid rōne termini. Idem dicit cōtra gentiles quarto libro cap. lxxxj. finali. Itē a p̄uocatione in habitum nō fit regressus fm̄ naturā. Sed mors est p̄uatio vite. q̄ resurrectio p̄ quā ē reditus de morte ad vitā nō est naturalis. Sic ergo resurrectio erit ⁊ fiet diuina virtute. Et erit in instanti q̄ ad illud quod fiet virtute dei. nō autē quo ad illud qd̄ fiet p̄ ministeriū angelorū. vt dicit sc̄s Tho. in. iij. dist. xliij. arti. iij. q. iij. si instans dicat indiuisibile temp̄is. quia angeli nō sunt potētie infinite. Sed si instans accipiat p̄ tempe inperceptibile. tūc etiā ex parte angelorum erit in instanti. id ē. in tempe inperceptibili. Dicit em̄ ap̄ls prime Corinth. xv. Omnes quidē resurgem⁹ in momento in ictu oculi. ergo resurrectio erit subito quo ad id quod fiet in ea immediate virtute dei Itē virtus infinita subito opatur. Sed sicut Damascenus dicit. Crede resurrectionem futuram diuina virtute de qua constat q̄ infinita est. ergo resurrectio fiet subito ⁊ in instanti quo ad id quod fiet in ea virtute dei immediate. ¶ Querit⁹ idem sanct⁹ Thomas vbi supra ⁊ alij doctores. Vtrū angeli aliquo modo ad resurrectionem cooperentur. Respondet sanctus Thomas vbi supra articulo sc̄do. q. iij. q̄ in resurrectione est aliquid ad transmutationem corporum pertinens sc̄z colle-

Domínica prima Aduentus

ctio cinerum et eorum preparatio ad reparatio-
nem humani corporis. unde quantum ad hoc in re-
surrectione deo vult ministerio angelorum. Quia si-
cut dicit Aug⁹. iij. de trinitate. sicut corpora cras-
siora et inferiora per subtiliora et potentiora quo-
dam ordine reguntur. Ita omnia corpora reguntur
per spiritum vite rationale. Et hoc etiam Greg⁹
in iij. dialogo tangit. Unde in omnibus que cor-
poraliter a deo fiunt videtur deus ministerio an-
gelorum. Sed anima sicut immediate a deo crea-
ta est. ita immediate a deo corpori iterato vni-
versaliter etiam gloriatur corporis ipse facit abs-
que ministerio angelorum sicut et animam immediate glo-
rificar. hec sanctus Thomas ubi supra. Beata
resurrectione dicit christus. Nolite mirari hoc.
quia venit hora in qua omnes qui in monumentis
sunt audient vocem filij dei Job. v. Nota. nolite
mirari quoniam ille qui de nihilo omnia creavit potest
de pulvere reformare corpora nostra ut argente-
rius stalam de argento pulverisato. Non mira-
batur de hoc Job qui dicebat. Scio quod redem-
ptor meus vivit et in nouissimo die de terra sur-
recturus sum et in carne mea videbo deum salua-
torem meum etc. Job. xix. Nota scio non dicit opi-
nor. quia redemptor meus vivit. Argumentum
est insolubile contra iudeos. ad probandum di-
uinitatem christi secundum quam vivebat ante incarna-
tionem suam. Nota audient vocem filij dei. cum in-
dicatur vox archangeli Michaelis. Responso
quod ista vox citatoria erit christi imperatiue. et erit
vox Michaelis in executione siue executiue. Au-
toritas. Hoc enim vobis dicimus in verbo domi-
ni. Quoniam ipse dominus in iussu et in voce ar-
changeli et tuba dei descendet de celo. et mortui
qui in christo sunt resurgent primi etc. j. ad Thessal.
iij. Et precedunt qui bona fecerunt in resurrectio-
ne vite. scilicet gloriose in etate. xxx. annorum. Qui
vero mala in resurrectione iudicij. Job. v. Que-
rit sanctus Thomas in iij. scripto. distin. xliij. q. j.
arti. iij. q. j. Utrum omnes resurgent in eadem eta-
te. scilicet iuuenili. Respondet ubi supra quod omnes re-
surgent in etate iuuenili. non quo ad numerum
annorum. sed quantum ad statum qui ex annis in
corpore humano relinquuntur. Unde Adam dicitur
in etate iuuenili formatus. propter talem corporis
conditionem quam primo die formationis sue ha-
buit. Primum probat sanctus Thomas secundo ar-
gumento. scilicet quod non omnes resurgent in eadem eta-
te scilicet iuuenili quo ad numerum annorum. Quia
etas computatur secundum mensuram temporis prete-
riti. sed impossibile est tempus quod fuit prete-
ritum non preterisse. ergo impossibile est eos qui ma-
ioris etatis fuerunt ad etatem iuuenilem reduci
supple quo ad numerum annorum. Secundum pro-
bat sanctus Thomas in corpore articuli scilicet quod
omnes resurgent in etate iuuenili quo ad statum etc.
Quia homo resurget absque omni defectu huma-

ne nature. quia sicut deus humanam naturam abs-
que defectu instituit. ita sine defectu repabit. defi-
cit autem humana natura dupliciter. Uno mo-
do quia nondum perfectionem ultimam est con-
secuta. Alio modo quia ab ultima perfectione iam
recessit. Et primo modo deficit in pueris. Secun-
do deficit in senibus. Et ideo in utrisque reducitur
humana natura per resurrectionem ad statum vl-
time perfectionis que est in iuuenili etate ad quam
terminatur motus augmenti et a quo incipit mo-
tus decrementi. Hoc sanctus Thomas confir-
mat per id quod dicitur ad Ephes. iij. donec oc-
curramus omnes in virum perfectum in mensuram
plenitudinis christi. Sed christus resurrexit in
etate iuuenili que circa triginta annos incipit ut
Augustinus dicit. ergo et alij in illa etate resurgunt
omnes. Preterea homo in maxima perfectione re-
surgit. Sed natura humana perfectissimum sta-
tum habet in etate iuuenili. ergo in illa etate re-
surgent omnes. hec sanctus Thomas ubi supra
et bene. Querit idem sanctus Thomas in scri-
pto ubi supra questiuncula secunda. Utrum om-
nes resurgent eiusdem stature. Ad hoc respon-
det sanctus Thomas quod non omnes resurgent ea-
dem quantitate. sed quilibet resurget in illa quan-
titate in qua fuisse in termino augmenti si natu-
ra non errasset. vel defecisset. quod autem superest
ut in gygantibus. vel quod deficit in homine ut
gnavis refecabit vel supplebit diuina potentia.
huius rationem dat sanctus Thomas ubi supra.
quia in resurrectione repabitur natura huma-
na non solum quantum ad idem in specie. sed etiam
quantum ad idem in numero. Et ideo in resurrectio-
ne non solum attendendum quid competat na-
ture speciei. sed quid competat nature individui.
Natura autem speciei habet aliquam quantitatem
quam nec excedit nec ab ea deficit absque errore. quam
tamen quantitas habet aliquos gradus latitu-
dinis. et non est accipienda secundum unam mensuram
determinatam. unum quodque autem individuum in
specie humana sequitur infra terminos illius la-
titudinis aliquem gradum quantitatis que com-
petit nature individui et ad hanc perducitur in
termino augmenti. et non fuit aliquis error in ope-
re nature per quem sit aliquid additum vel sub-
tractum predictae quantitati. cuius quidem mensu-
ra accipitur secundum proportionem caloris extenden-
tis et humidi extensibilis quod non est eiusdem
virtutis in omnibus. Et ideo non omnes resurgunt
in eadem quantitate. sed in quantum peruenissent na-
tura non errante remoto superfluo. ut in gygan-
tibus et suppleto defectu ut in gnavis. Et quod patet
quod in nouissima resurrectione nulli erunt gygan-
tes vel gnavi quantum non omnes resurgentes erunt
eque magni. Item ponit sanctus Thomas contra
gentiles. c. lxxxj. iij. lxxxvij. j. Sed quod
in prefata apostoli auctoritate dicitur donec om-

nes occurramus in virum perfectum. **I**deo alia questio occurrit. **U**trum omnes resurgēt in sexu virili. **A**d hanc sanctus **T**homas in quarto vt supra q̄stioncūla tertia respōdet q̄ nō oēs oēs resurgēt in sexu virili. s̄ oēs viri i suo sexu. s̄ virili. 7 femie i suo sexu. s̄ femieo. **A**d sic pbat qz sic considerata natura indiuidui debet quātitas diuersa diuersis. id est omnibus. **I**ta considerata natura indiuidui debet diuersis diuersus sexus. **E**t ideo sicut in diuersa quantitate. ita in diuerso sexu resurgent. **H**ec etiā diuersitas sexus competit pfectioni speciei cui diuersi gradus implentur per dictam diuersitatē sexus vel quantitatē. **E**t ideo sicut resurgent homines in diuersis staturis. ita in diuersis sexibus. **N**ec confundentur ratione mutue visionis sicut nunc fieret si mutuo se viderent. **Q**uia in patria aberit 7 cessabit siue nō erit libido incitans ad turpes actus ex quibus confusio 7 verecundia hic causatur. **N**ec obstat verbum apostoli p̄allegatū. **Q**uia vt dicit sanctus **T**homas vbi supra ad primum argumentum. dicuntur omnes christo occurrere in virum perfectum. non ppter sexum virilem. sed ppter virtutem animi que erit in omnibus 7 7 viris 7 mulieribus. hoc idem patet per beatus **A**ugustinum qui dicit. xxiij. libro de ciuitate dei. **M**elius sapere videntur qui vtrūq; sexum resurrecurum esse non dubitant. **C**onfirmat hoc idem. **D**e reparabit in resurrectione quod i homine fecit in prima conditione. sed ipse fecit mulierem de costa viri vt patet **S**en. ij. ergo ipse sexum femineum in resurrectione reparabit. **H**ec sanctus **T**homas vbi supra. **N**ota hic de pulchritudine impassibilitate agilitate 7 subtilitate claritate 7 odore corpori gloriofi. **Q**uerit sanctus **T**homas quarto scripto di. xliiij. q. ij. d. cōditionibus corporū beatorum. **E**t circa hoc quatuor mouet questiones s̄m quatuor dotes corporum glorioforum que sunt vt dicunt impassibilitas. subtilitas. agilitas. 7 claritas. **P**rimo igitur querit. **U**trum corpora sanctorum post resurrectionem erunt impassibilia. **A**d quaz respōdet vbi supra articulo primo. q. j. q. q. corpora sanctorum erunt impassibilia passione p̄prie dicta que abijcit a substantia patientis. s̄m q̄ dicim⁹ illud pati q̄ virtute agentis trahit extra naturā suam ad naturam agentis sicut ligna patiuntur ab igne. **E**t ratio huius est victoria anime super corpus. **Q**uia enim perfecte anima subijciē do 7 corpus perfecte subijciētur anime. ita vt in corpore gloriofo non poterit esse aliqua mutatio cōtra dispositionem illam qua perficitur ab anima 7 ita corpora illa erunt impassibilia passione p̄prie dicta vt dictum est. **E**runt tamen passibilia passione que est salus 7 perfectio. que passio nihil abijcit a substantia. sed in sola receptione cō-

listit 7 passum perficit. **S**icut aer a lumine solis patitur quando illuminatur passione non abijciēte. sed perficiēte. **R**atio dicti est. quia nihil q̄ est perfectionis corporibus gloriofis auferēdū est. 7c. **A**d idem scz q̄ corpora beatorū erunt impassibilia passione p̄prie dicta. **Q**uia omne passibile hoc modo est corruptibile. quia passio magis facta abijcit a substantia. sed corpora sanctorum post resurrectionem erunt incorruptibilia. vt dicit. j. ad **C**orinth. xv. seminatur in corruptione. resurget in incorruptione. ergo erunt illo modo impassibilia. **I**tem fortius non patitur a debiliozi. **S**ed nullum corpus erit fortius corporibus sanctorum. **D**e quibus dicitur p̄ma **C**orinth. xv. seminantur in infirmitate. surget in virtute. ergo erunt impassibilia supple passioe p̄prie dicta. sanctus **T**homas vbi supra in corpore. arti. j. duplicem distinguit passionem. scilz cōmuniter dictam 7 p̄prie dictam. vide eū ibidem. **P**rimo modo passio perfectiua dicitur passio in quātum omnis receptio dicitur passio. sed non secundo modo. quam **B**amascenus sic diffinit in secundo libro. passio est mor⁹ p̄ter naturam. vnde immoderatus mor⁹ cordis passio ei⁹ dicitur sed moderatus dicitur eius opatio. 7c. **H**ec autem impassibilitas in corporibus beatis existens erit in equalis in beatis. si s̄m suam causam consideretur. 7 erit maior hoc modo in vno beato q̄ in alio. **Q**uia causa eius est dominium anime sup corpus. quod quidem dominuz causatur ex hoc q̄ fruitur deo immobiliter. vnde in illo qui perfectius fruitur est maior impassibilitatis causa. 7 maior impassibilitas s̄m suam causam consideratam. **A**ddo si s̄m suam causam cōsideretur. **Q**uia si s̄m se consideretur impassibilitas. quia solam priuationem vel negationem operat non suscipit magis 7 minus. sed erit equalis in omnibus beatis. **H**ec sanct⁹ **T**homas. iij. vbi supra questioncūla secunda. **N**ec hec impassibilitas tollet sentire a beatis. quia per passionē hanc que est in actu sentiendi. que non est aliud q̄ receptio s̄m immutationem spiritualem sensus a sensibili. non trahitur corpus extra naturalem suam qualitatem. sed spiritualiter perficitur hec sanctus **T**homas vbi supra questioncūla tertia. **A**ddit idem doctor sanctus vbi supra. que / stiuncula sequēti q̄ omnes sensus beatorum post resurrectionem erunt in suis operationibus. s̄m q̄ spiritualiter immutantur. **Q**uia sensus est perfectior coniunctus actui q̄ sine actu. **Q**uerit secundo sanctus **T**homas circa conditiones corporum beatorum. **U**trum corpora beatorū erūt subtilia. **A**d hoc respondet sanctus **T**homas in quarto. dist. xliiij. q. ij. arti. ij. q. j. q. q. corpora gloriofa erunt subtilia non subtilitate que est per refactionem quemadmodū aer dicitur subtilis.

Dominica prima Aduentus

sed erunt subtilia propter perfectionem spiritus supra corpus. Unde per hunc modum corpora in quibus forma multum dominatur supra materiam solemus vocare subtilia. sicut aurum dicitur subtile quando perfectissime completur inesse et virtute speciei sue. Quia ergo corpus gloriosum perfectissime completur inesse per spiritum ideo subtile et spirituale est. Dicitur enim corpus gloriosum spirituale quasi omnino spiritui subiectum. ¶ Queritur tertio. Utrum corpora gloriosa erunt agilia. Ad hoc respondet sanctus Thomas ubi supra arti. iij. q. f. q. sic. Ratio quia corpus gloriosum erit omnino subiectum anime gloriificate. non solum ut nihil in eo sit quod resistat voluntati spiritus. quia hoc etiam fuit in corpore ade. Sed etiam ut sit in eo aliqua perfectio effluens ab anima gloriificata in corpus. per quam habile reddatur ad subiectionem predictam. que quidem perfectio dicitur gloriificati corporis dicitur anima autem dupliciter comparatur ad corpus. et eidem dupliciter vnitur scilicet ut forma et ut motor. Et utroque modo oportet quod corpus gloriosum anime gloriificate sit summe subiectum. Unde sicut per dotem subtilitatis subijcitur ei totaliter in quantum est forma corporis dans esse specificum Ita per dotem agilitatis subijcitur ei in quantum est motor. ut scilicet sit expeditum et habile ad obediendum spiritui in omnibus motibus et actionibus anime. Sic ergo causa agilitatis attribuitur anime a qua gloria in corpus emanat. verum ut dicit sanctus Thomas ubi supra in so. ad tertium per dotem agilitatis corpus gloriosum redditur habile non solum ad motum localem. sed ad sensum et ad omnes alias operationes anime exequendas. Utentur etiam beati aliquando sua agilitate. ita quod aliquando mouebuntur. ut dicit sanctus Thomas ubi supra. scilicet q. ij. arti. iij. q. ij. sicut et corpora christi motum est in sua ascensione. et corpora sanctorum que de terra resurgent ad celum empireum ascendent. Etiam postquam ad celum empireum ascendent. verisimile est quod aliquando moueantur pro libitu sue voluntatis. ut illud quod habent in virtute actu exercentes diuinam sapientiam commendabilem ostendant. Et etiam ut visus eorum reficiatur pulchritudine creaturarum diuersarum in quibus dei sapientia eminenter relucebit. Sensus enim non potest esse nisi presentium quibus magis a longinquo possint sentire corpora gloriosa quam non gloriosa. Nec tamen per motum aliquid deperit eorum beatitudini que consistit in visione dei que ubique presentem habent sicut et de angelis. dicit Gregorius. quod intra deum currunt quocumque mittantur. Et hoc est quod dicitur Esa. xl. current et non laborabunt. volabunt et non deficient. Et similiter Sapientia. iij. dicitur. Fulgebunt iusti et tanquam scin-

tille discurrant in arundinetis. ergo erit aliquis motus corporum gloriosorum. ¶ Queritur quarto. Utrum corpora gloriosa erunt clara vel vtrum claritas conueniet corporibus gloriosis Ad hanc questionem respondet sanctus Thomas. iij. dist. xliij. q. ij. arti. iij. q. f. q. sic. et hoc oportet ponere propter auctoritatem sacre scripture que hoc promittit. Et claritas illa causabitur ex redundantia glorie anime in corpus. Quod enim recipitur in aliquo non recipitur per modum influentis. sed per modum recipientis. Et ita claritas que est in anima spiritualis recipitur in corpore. ut corporalis. Et ideo secundum quod anima erit maioris claritatis secundum maius meritum. ita etiam erit differentia claritatis in corporibus ut patet per apostolum prima Corinth. xv. ubi dicit. Stella a stella differt in claritate. sic et in resurrectione mortuorum. quia erit et manifestabitur vnus splendidior altero. Et ita in corpore glorioso cognoscent gloria anime. sicut in vitro cognoscitur color corporis quod continetur in vase vitreo. ut Gregorius dicit super illud Job. non adequabitur ei aurum vel vitrum. Item Matth. xij. dicitur. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Intantum quod si a nobis possent videri etc. De ista resurrectione gloriosa dicit David de malis. Non resurgent ipsi in iudicio neque peccatores in consilio iustorum. unde sequitur in supradicta auctoritate. Job. v. Qui vero male egerunt in resurrectionem iudicij scilicet damnationis. Nota de turpitudine et fetore corporis damnati. Querit sanctus Thomas in. iij. dist. xliij. q. ij. arti. f. q. f. vtrum corpora damnatorum cum suis deformatibus resurgent. Ad hoc doctor ubi supra in sententia respondet. quod deformitas corporis est duplex. Quedam est accidentalis et propter nature defectum adueniens sicut febris et mutilatio membrorum. Quedam vero deformitas est naturalis. que omne corpus naturale consequitur sicut ponderositas et passibilitas. Et cum prima quidem deformitate nulla resurgent corpora damnatorum sed cum secunda. Cuius ratio est quia ut dictum est prius actor qui naturam contulit in resurrectione eam integre reparabit. Et ideo tolletur omnis defectus accidentalis vel ex nature corruptione procedens. vel ex ipsius debilitate. Sed gloria resurrectionis excludet etiam defectus naturaliter consequentes a corporibus gloriificatis beatorum. Si igitur boni resurgent sine omni deformitate non autem mali. qui ut patuit resurgent sine defectibus accidentalibus. Dicitur enim. f. ad Corinth. xv. mortui resurgent incorrupti. Sanctus Thomas in quarto ubi supra exponit. id est sine aliqua diminutione membrorum. ergo mali resurgent saltem sine aliquibus deformatibus. Preterea in damnatis non

erit aliquid quod sensum doloris in eis impedi-
at. Sed egritudo impedit sensum doloris in qua
tum per eam debilitantur organa sentiendi. Si-
militer etiam defectus membri impediret ne eēt
vniuersalis dolor in corpore. ergo sine istis defe-
ctibus damnati resurgent. Et si dicatur sicut re-
surrectio sanctorum erit ad vltimam perfectio-
nem. sic et resurrectio impiorum ad vltimā mi-
seriam. Sed sanctis resurgentibus non aufere-
tur aliquid quod ad eorum perfectionem perti-
nere possit. ergo nec impijs resurgentibus aliqd
auferetur quod ad eorum defectum vel miseriam
pertineat. hōi autem sunt deformitates. ergo
videtur qd damnati cum omnibus deformitati-
bus resurgant. Respondet sanctus Thomas.
vbi supra. ad secundum argumentum. qd non ē
similis ratio de bonis et de malis. eo qd potest ali-
quid esse purum bonum. non autem pure malū.
vnde vltima sanctorum felicitas hoc requirit vt
ab omni malo penitus sint immunes. Sed vlti-
ma malorum miseria non excludit omne bonum
quia malum si integrum sit corrumpit semetip-
sum. vt Philosophus dicit in quarto ethicorū.
Unde oportet qd miserie damnatorum subster-
natur nature bonum in ipsis. quod ē opus con-
ditoris perfecti. qui ipsam naturam in perfectio-
ne sue speciei reparabit. Erunt autem corpo-
ra damnatorum turpia et deformia. sed incorru-
ptibilia. Et erunt incorruptibilia patet. quia di-
citur Apocal. ix. In diebus illis querent homi-
nes mortem et non inuenient eam et desiderabūt
omnes mori et fugiet mors ab illis. Itēz damna-
ti punientur in anima et corpore pena perpetua
Matth. xxv. Ibunt hī in supplicium eternum.
Sed hoc esse non posset si eorum corpora corru-
ptibilia essent. ergo eorum corpora erunt incor-
ruptibilia. Non tamen eadem ratione (vt dicit
sanctus Thomas in summa in quarto) qua cor-
pora beatorum. Nihilominus erunt corpa dam-
natorum passibilia. quia corpus cooperatur ani-
me ad peccatum. ergo post resurrectionem cor-
pora cum animabus punientur. quod non esset
si impassibilia forent damnatorū corpora. Que-
ritur quid erit de pueris qui sic moriuntur qd nū-
q̄ fecerunt aliquod bonum vel malum. Respō-
deo qd omnes resurgent etiam in etate triginta
annorum vel circiter quo ad statum etiam q̄ mor-
tui fuerunt in vtero matris. et cognoscent a ma-
tre. Et illi qui decesserunt cum baptismali inno-
centia tunc resurgent et venient ad iudicium ad
ostendendum qd non pprijs meritis. sed merito
passionis christi sunt saluati. Illi vero qui absq̄
baptismo decesserunt resurgent et venient ad iu-
dicium ad accusandum vel excusandum paren-
tes vel alios quorū culpa mortui sunt absq̄ ba-
ptismo fm aliquos. Dicatur. quomodo mulier

grauida se debet custodire et cauere et abstinere
a multis et est bene tractanda a viro. vel accusa-
buntur in illo iudicio. Dicatur contra mulieres
que ad cooperiendum peccatum procurant sibi
abortum et contra medicos et apotecarios ipsas
adiuantes. quomodo accusabuntur in illo iu-
dicio. De ista vniuersali puocatione dicit Atha-
nadius. Ad cuius aduentum omnes homines re-
surgere habent cum corporibus suis. et redditu-
ri sunt de factis proprijs rationem. **S**ecundū
quod erit in isto iudicio erit ordinatio iudicialis
quia que sunt a deo ordinata sunt. vt dicit Apo-
stolus ad Rhoma. xiiij. De ista ordinatione di-
cit ipsemet iudex. Cūz venerit filius hominis in
maiestate sua. et omnes angeli eius cum eo. tunc
sedebit super sedem maiestatis sue. et congrega-
buntur ad eum omnes gētes et separabit eos ab
inuicem sicut pastor segregat oues ab hedis. et
statuet oues quidem a dextris. hedos autem a
sinistris Matth. xxv. vbi erūt ordinati in tres
ptes. Qm apli et viri apli erūt tūc cū xp̄o in ae-
re cōiudices xp̄o. boni vero erunt in terra a dex-
tris xp̄i. mali autē a sinistris. Qd ē h̄ questio q̄
liter apli et viri apli stabūt cū xp̄o. vtrū stādo
an sedendo. Itē qualiter stabit tunc vgo maria
qz depingit qd tunc vgo maria orabit et c. qd est
falsum et erroneū. qz tunc virgo maria sedebit.
Autoritas in xta itellectū allegoricū. Sedet rex
salomon sup thronū suū. positusq̄ ē thron⁹ ma-
tri regis que sedet ad dextrā eius. iij. Regl. ij. Et
erit iudex cum filio. Apli etiā et viri apli omnes
sedebunt. Autoritas. Dixit Petrus ad iesum.
Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te.
quid ergo erit de nobis. Matth. xix. Rñ-
dit xp̄s. Amē dico vobis qd vos q̄ secuti estis me
in regeneratione cū sederit fili⁹ hoīs in sede ma-
iestatis sue sedebitis et vos sup sedes duodecim
iudicantes duodecim tribus israel. Nota iudicā-
tes nō dicit iudicādi. duodecim tribus israel. i.
vniuersaliter gentium. Sic vbi erunt beati i die
iudicij. scz beatus Bñicus. beat⁹ Franciscus et
boni religiosi de vita aplica. quia cum xp̄o iudi-
cantes. vt dicit Aug⁹. et glose de quolibet viro
aplico dicit idem esse intelligendum. Nota quā-
tum laboraret quilibet si sciret qd suis laboribus
posset acquirere honorem vel coronam papalez
vel regnum quod nihil est respectu illi⁹ honoris
vel corone. Sic practice quomodo si aliquis re-
ligiosus de vita apostolica casu remaneret in ter-
ra ad dextrā quō xp̄s ipm vocaret et ipm facēt
ascendere et in cathedram collocaret. Autoritas
Quis sicut dñs deus noster qui in altis habitat
et humilia respicit in celo et in terra. Ps. cxij. A
dextris autem statuet oues. id est. obedientes q̄
hnt p̄ditōes ouū. s. obedientiā. paciētiā et erubescē-
tiā. Sunt autē obedientes illi pastori qd dicit. Ego

Domínica prima Aduentus

sum pastor bonus. **Joh. x.** qui in suis actib⁹ nolunt se regere iuxta suam inclinationem. sed iuxta pastoris ordinationem. nec s^m eorum sensu alitatem sed s^m pastoris voluntatem. **Itē** iouis est patiens et videtur habere verecundiam. quia cauda cooperit verenda sua. **Secus** de **hedis** siue de capris etc. Sic penitentes cauda finalis penitentiae cooperiunt verenda suorum peccatorum. **Ita** vt in die iudicij nō apparebūt peccata in confusione ipsorum. **Autoritas** **David.** **Beati** quorum remisse sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata. **ps. xxxj.** **A** sinistris vero statuet hēdos. id est. inobedientes. et impenitentes qui nolunt se regere in suis operibus iuxta pastoris ordinationem sed s^m suam malam inclinationem. **Pastor** autem precipit humilitatem et ipsi volunt esse superbi vani etc. **Precipit** vt vadant per viam misericordiae et liberalitatis. et ipsi ad istar hedorum deuiant per viam auaricie cupiditatis et sic de alijs. quibus dicit christus. vos nō estis ex ouibus meis. oues mee vocem meam audiūt **Joh. x.** **Item** hedi videntur inuerecundi verenda ostendendo sic impenitentes et notorij peccatores inuerecundi sunt. quia notorie peccatores non cooperiunt eorum peccata cauda penitentiae. **Si** hedi erunt a sinistris. vbi tunc erunt capre. id est mulieres cornute. **Respondeo** q^d ibidē cuz hedis. patet ergo ordinatio iudicialis. **Ter**tium est vel erit diffinitio sententialis. **Sic** practice quomodo christus forte s^m aliquos interrogare poterit matrem suam et alios. quid fienduz **Primo** de his qui sunt a dextris etc. **Licet** non indigeat consilio alicui⁹ nihilominus tamen volens honorare matrem suam. et apostolos et apostolicos viros interrogabit eos etc. **Quēadmo** dum **Salomon** sapientissimus honorādo suos consiliarios ipsos interrogabat licet ipse melius sciret quid factururus esset. et licet s^m aliquos illud iudicium fiat mentaliter. vel s^m aliquos vocaliter. siue vocaliter et mentaliter s^m alios. **Ego** dicam vobis vt me intelligatis. **Tunc** christus interrogare poterit matrem suam dicendo. **Ma**ter mea quid vobis videtur fiendum etc. **Respō** debet virgo **Maria.** ex quo multa fecerunt vobis et mihi. mihi videt q^d isti qui sunt a dextris ex quo vixerunt in mundo iuxta vestram ordinationem etc. q^d sint hic nobiscum in gloria. **Idem** de interrogatione et responsione apostolorum. **Tunc** dicit christus. et ego vt iudex et dominus vniuersalis dico vt fiat put dicitis. **Tunc** verens se ad bonos facieleta dicit ad eos. **Venite** benedicti patris mei etc. **Tunc** boni sibi regratiando forte dicent. **Gloria** tibi domine qui natus es de virgine etc. et statiz virtute glorie ascendēt cum alijs in aera. **Autoritas.** **Hoc** enim vobis dicimus. in verbo domini. quia nos qui viuim⁹

qui residui sumus in aduentu domini simul rapiemur cum illis in nubib⁹ obuiam christo in aera. et sic semper cū domino erim⁹. **p^{ma}** ad **Thes**salos. **iiij.** **Sic** etiam practice de malis qui erunt a sinistris quomodo christus interrogare poterit matrem et apostolos. et data sententia irreuocabiliter contra illos. vertens se ad malos terribiliter. dicit. **Discedite** a me maledicti in ignem eternum etc. **Tunc** illi flentes faciunt planctum. **Hieremie. xx.** **Maledicta** dies in qua natus sum dies in qua peperit me mater mea non sit benedicta. maledictus vir qui annunciauit p^{ri} meo dicens natus est tibi puer masculus. **Et** quanto in hoc mundo amores fuerūt maiores. tāto tūc vnus erit contra alium peior. scilicet vir contra vxorem et econuerso. pater contra filium et econuerso. **Quartum** erit executio perpetualis nō vt faciunt aliqui domini data sententia nunq^m exequuntur. **Sum** autem mali sic flebunt christus clamare poterit voce magna dicēs **Inferne** aperi os tuum et deglutire omnes impios istos. **Dixit** christus de iuda damnando. bonum erat ei si natus non fuisset homo ille. **Matth. xxvj.** dicit hic glosa ordinaria. **Melius** fuisset iude nūq^m fuisse q^m damnatum esse. **Deinde** christus cuz matre ascendet in celum. precedentibus angelis et cantantibus et sequentibus sanctis. sicut veniunt. qui quādo oculis corporalibus videbunt solem lunam celum etc. dicere possunt christo cui poterint loqui vt patri. o domine ista est luna vt sol qui illuminabat nos. **Idem** quādo videbūt pulchritudinem celi empirei in quo quilibet inueniet suam cathedram paratam inter angelos. cum nomine suo scripto. **Ideo** **Christus** dicit. **Gaudete** et exultate. quia nomina vestra scripta sunt in celis. **Luc. x.** **Tunc** quilibet eorum accipiet coronam glorie de manu dei. **Qualis** honor. collocabūt q^b in sua cathedra. et sic eternaliter stabunt in illa gloria. **Et** de cetero null⁹ habitabit in isto mundo quod naturaliter potest ostendi. quia habito sine cessant ea que sunt ad finem s^m **p^hm.** **Et** habito termino cessat motus v. phicorum.

Sermo secundus

Accerex tu⁹ venit tibi mansuetus. **Matth. xxj** **Aduentus** filij dei in hunc mundum est triplex principaliter. scilicet. **Per** incarnationem in ventre virginali. **Per** iustificationem in mente humanali. **Per** retributionem in iudicio generali.

Intres aduentus dñi mystice notant in euan-
 gelio. quod hodie legif. de hac causa quis eius
 hystoria p̄neat ad diem ramozū. **P**rim⁹ a p̄nci-
 pio vsq; ibi. **S**oluite ⁊ adducite mihi. vbi nota
 quatuor. scz finem propter quem venit. qui est
 pacificatio hominis cum deo. ⁊ cum angelis et
 cum seipso ⁊ cum proximis. ibi. **C**um appropin-
 quasset iesus hierosolymis. **N**am hierosolyma
 pacificatio vel visio pacis interpretat. ad **Eph.**
ij. **I**pse em̄ est pax nostra. qui fecit vtraq; vnus
 ⁊ veniens euangelizauit nobis pacem. **V**ia per
 quam venit est virgo **M**aria. **B**ernard⁹. **V**go
 egregia ipsa est via regia. per quam saluator ve-
 nit ad nos. ibi. **E**t cum venisset betphage. quod
 interpretatur dom⁹ oris. quia in apertione oris
 p̄cōsensum dicendo. **E**cce ancilla domini ⁊c. fa-
 cta est domus dei. **I**deo cantatur. **D**omus pu-
 dici pectoris templum repente fit dei ⁊c. **C**ausa
 quare venit est eminentissima misericordia diui-
 na. ibi. ad montem oliueti. ad **Eph.** **ij.** **D**eus qui
 dies est in misericordia p̄pter nimiam charitatē
 suam qua dilexit nos. cum essemus mortui pec-
 catis conuiuificauit nos. **A**ctus ad quem venit
 qui est illuminatio mūdi. non tantū p̄ se sed etiā
 p̄ discipulos. ⁊ quātū ad gentem iudācam. ⁊ q̄-
 tum ad populū gentilem. ibi. **T**unc misit duos
 discipulos ⁊c. **Joh.** **xij.** **E**go lux in mundū ve-
 ni vt om̄s qui credit in me in tenebris nō rema-
 neat. **S**ecundus in media. **D**icite filie syon. i.
 anime humane. **E**cce rex tuus venit tibi māsue-
 tus. **N**ota quatuor circa aduentum istum. pro-
 pinquitatem aduentantis. quia ecce scz presens
 est ad ostium. ideo cito recipiendus. **A**pocal. **ij.**
Ego sto ad ostium ⁊ pulso. si quis audierit vo-
 cem meā ⁊ aperuerit ianuam. introibo ad illum et
 cenabo cum illo ⁊ ille mecum. **E**ius dignitatem.
 quia rex tuus. **I**deo hospiciū p̄parandum est
 ei diligenter. **G**regorius in omelia penthecostes
Tergat sordes prauī operi qui deo preparat ho-
 spiciū cordis. **A**duentus vtilitatem. quia ve-
 nit tibi. id est. ad vtilitatem tuā. **I**deo vehemē-
 tius desiderandus. **M**atth. **vij.** **E**cce veniam
 ⁊ curabo eum. **A**duentis humilitatem. quia
 mansuetus. **I**deo imitandus. **M**atth. **xj.** **D**i-
 scite a me quia mitis sum ⁊ humilis corde ⁊c.
Tertius in fine. ibi. **T**urbe autem que prece-
 debant ⁊ que sequebantur ⁊c. **C**ōmune canticū
 omniū bonorum erit in die iudicij. **B**enedictus
 qui venit in nomine dñi **M**atth. **xxij.** **N**on me
 videbitis donec dicatis. **B**enedictus qui venit
 in nomine domini. **Q**uibus respondebit x̄pus.
Venite benedicti patris mei. possidete paratū
 vobis regnum a constitutione mundi. **E**suriui
 enim et dedistis mihi ⁊c. **M**atth. **xxv.** **D**iu-
 sum erit canticum malorum. **H**iere. **xx.** **M**ale-
 dicta dies in qua natus sum. dies in qua peperit

me mater mea non sit benedicta ⁊c. **Q**uibus re-
 spondebit christ⁹. **D**iscedite a me maledicti in ig-
 nem eternum. qui paratus est diabolo ⁊ angelis
 eius. **M**atth. **xxv.**

De animabus. **S**ermo. **ij.**

Dicite filie syon
 ecce rex tuus. **M**atth. **xxj.** **S**m ma-
 teriam quam volo predicare i hoc
 sermone. verbum propositum est
 verbum dei. ad sanctos angelos :

vt loquatur amicabiliter anime sancte bone ⁊ iu-
 ste ab hac vita recedenti. tanq̄ conciuī eorum et
 coheredi dicentis. **D**icite filie syon. id est. anime
 sancte. quando representatur regi christo per an-
 gelos dicentes anime. **E**cce rex tuus quem tam
 ardentē desiderasti amasti. ⁊ cui tam fidelit̄ ser-
 uisti. **I**uxta prosecutionē huius intellectus in-
 uenio in sacra scriptura q̄ anima nominat̄ qua-
 drupliciter. siue sit bona siue sit mala. iuxta quat-
 tuor operationes ipsius anime nouiter ab h̄ mū-
 do recedentis. ex quolibet opere anima nomina-
 tur proprio nomine.

Primū opus anime est exitus corporalis. **S**e-
 cundum ambulatio spiritalis. **T**ertium introf-
 tus patrie celestis. **Q**uartū premiatio merital.
Ex primo opere si anima sit sancta ⁊ bona nomi-
 natur filia p̄ncipis. **S**i aut̄ mala d̄r filia latronis
Ex secūdo ope si est bona dicit̄ filia syon. **S**i est
 mala dicit̄ filia edom.

Ex tertio si est bona dicit̄ filia iuda. si sit mala d̄-
 citur filia babylonis.

Ex quarto si sit bona dicit̄ filia hierusalem. si sit
 mala dicit̄ filia belial.

Ecce hic tota materia **D**e secūdo opere dicit̄ chri-
 stus sanctis angelis sic loq̄tur i themate. **D**icite
 filie syon. **P**rimū opus anime nouiter receden-
 tis de hoc mundo est exitus corporalis. oportet
 enim dimittere corpus. ⁊ si anima sit bona san-
 cta ⁊ penitens ⁊ contrita confessa remisit satisfice-
 rit non exit sola de hoc mundo. quia si est in pun-
 cto exiendi de corpore. subito angelus bonus
 custos ipsius qui preuidit horā mortis sue ascē-
 dit ad christum qui licet sciat omnia tamē potest
 sibi dicere que facimus. **C**ui dicere potest ange-
 lus. domine talis quem mihi commēdastis vixit
 in bonis operibus seruauit p̄cepta vestra. no-
 luit viuere s̄m sensualitatem sed iuxta vestram
 voluntatem. nec s̄m suas inclinationes : sed s̄m
 vestras ordinationes. modo est in articulo mor-
 tis. statim christus tunc mittit filios ⁊ filias. si q̄s
bit rex et sapiens erit. et faciet iudiciū et iusticiam in terra. **Hiere. xxij.** **Nota** in terra nō i celo nec in inferno. **Quō** aut̄ intelligendū est q̄ fiet iudiciū in terra. habes supra in fm̄e p̄mo aduēt̄ dñi. **Nota** suscitabo dauid germen iustū et regnabit rex et sapiens erit et faciet iudiciū et iusticiā in terra. quia modo videt̄ q̄ dormiat cū tot mala et peccata fiant. et ipse tacet nec punit omnia. **Idē** oportet q̄ loc⁹ pareat̄. **Qm̄** si rex deberet h̄ tenere curias in domo in qua habitauerūt porci et iumenta illa domus mūdaret̄ et purificaret̄. **Idē** de domo hui⁹ mūdi in qua habitauerūt iumenta qui viuūt ibi fm̄ rōnem sunt hoies. qui viuunt fm̄ sensualitatem sunt bestie. supbi sunt leones auari vulpes. luxuriosi porci. inuidi sunt canes gulosi sunt lupi. iracundi serpētes siue vipeze. pi gri aut̄ sunt asini. ppter qd̄ domus hui⁹ mundi est corrupta imunda et infecta. **Computruerunt** iumenta in stercore suo. **Johel. j. et ij. ca.** **Necessariū** est ergo vt mūdet̄ et purificet̄. que purificatō fiet p ignē qui accendet̄ et inflāmabit̄ ad quattuor ptes mūdi in oriēte et occidente et. et cōburet totū mundū. **Iste** ignis fm̄ sc̄m **Tho. iiii. sc̄pto.** dist. xlvij. q. ij. ascendet tñm̄ q̄tum aque diluuij ascenderūt. s. vsq̄ ad mediū aeris intersticiū. **Et** ista purgatio elemētōrū fiet p ignem in fine. quia ē similior glozie et actiuor et min⁹ inficitur. **Et** iste ignis cōflagrans mundū quo ad purgationem pcedet iudiciū. sed quo ad inuolutionez impiorū sequet̄. **Post** hanc descendet xpus ad iudicium cū virgine **Maria** matre sua et baronibus et militibus celi. **Si** aut̄ dom⁹ mundi nō eēt purificata diceret forte virgo maria filio suo. **Si** fili mi vbi me adduxisti in loco tam fetido. **Si** dicit o frater nō sentimus nos fetozē et. **Nec** pisces sentiunt amaritubinē maris. quia ibi sūt nati et nutriti. nec stabulari⁹ sentit fetozē stabuli. s. miles sentit qñ ibi intrat. **Sic** nec nos sentim⁹ fetozem hui⁹ mūdi. quia nati sum⁹ et nutriti in iōo fetoze. **Sz** si veniret vn⁹ br̄s de paradiso ille sentiret. **De** hac pparatione dicit ppheta **Dauid.** **Ignis** aut̄ ipsum pcedet et inflāmabit in circuitu inimicos eius. **Alluxerūt** fulgura eius orbi terre vidit et cōmota est terra. **Montes** sicut cera fluxerūt a facie dñi a facie dñi omnis terra. ps. xcvi. **Nota** inimicos ei⁹ qui sunt ei⁹ inimici. et quō illi solū sentiunt illū dolorē maximū in illo igne. **Et** amici christi sine dolore moriet̄ illo igne. **Sicut** qñ quaginta rhetores beate katherine. **Alluxerunt** fulgura. dic quō vno fulgure vna dom⁹ destruet̄ alia remanebit. vir occidet̄ et vxor remanebit et. et ecōuerso. de h̄ dicit euāgelij. **Erit** interris p̄ssura gentiū p̄ cōfusione sonit⁹ maris et fluctuū arefcentibus hoibus p̄ timore et expectatione que supueniet vniuerso orbi. **Dic** quō illi qui modo nolunt cōfiteri tunc querēt̄ p̄fessorem. **Idem** de vindicentibus qui modo nolūt remita-

tere nec pacem facere. Idem de usurarijs q̄ modo nolunt restituere. Idē de clericis q̄ nō habēt modo breuiariū. Idē de religiosīs q̄ modo nihil suant de suo ordine. nec de reglā nec cerimonijs rē. ¶ Tertiu quod erit in illo iudicio. erit p̄tium citatio. Iudex q̄n vult dare sententiā facit citare ptes. Ita faciet dñs noster iesus x̄ps rex ⁊ iudex. Michael vt p̄co clamabit voce magna dicēs. Surgite mortui venite ad iudiciū. Quō hec intelligant. quere in p̄mo fmoue p̄me dñice aduētus. De illa voce dic̄ Hieronym⁹. Siue comedā siue bibā. semp videt̄ mihi sonare in auribus meis illa vox. surgite mortui. rē. De hac voce dic̄ in euāgelio. Veniet hora in qua oēs qui in monumētis sunt audiet̄ vocē filij dei p̄ncipaliter sed erit beati Michaelis instrumētaliter Sicut vox p̄conis est vox regis impatiue. ⁊ ipsi p̄conis executiue. Et subito omēs resurgent. De h̄ habes pulchre in p̄mo fmone p̄me dñice aduētus. Sic quō gaudebit aīa beata q̄n induet̄ corpore gloriozo. sicut gaudet sponsa in die nuptiarum. q̄n induit̄ p̄ciosa veste sibi missa a sponso. ¶ Positū erit de damnatis. ¶ Quartū est comparitio p̄sonalis. Quā in illo magno iudicio nullus poterit comparere p̄ p̄curatorē sicut fit modo hic in curia regis. sed omēs tam magni domini q̄ p̄ui habēt ibi compere p̄sonaliter. ⁊ dare rationē de seipso. q̄tūcūq̄ sit rudis ⁊ grossus. Autoritas. Unusquisq̄ nostrū p̄ se reddet rationē deo. ad Rho. xiiij. Hoc iudiciū faciet x̄pus in illis p̄tibus vbi iniuste fuit ipse iudicatus. s. in valle iosaphat. vt dicit sanctus Tho. in. iij. sc̄p. di. xlvij. q. j. arti. iij. Iohel. iij. In diebus illis ⁊ in tempe illo cū cōuertero captiuitatē iuda ⁊ hierusalem cōgregabo omēs gentes ⁊ deducā eas in valles iosaphat. ⁊ ibi dilceptabo cū eis. quasi dicat̄ ibi sedebo vt iudicē omēs gentes in circūitu. Si querat̄ quō ibimus illuc vel p̄ mare vel p̄ terram rē. Dic quō quilibet tunc tam bon⁹ q̄ mal⁹ portabit̄ illuc a suo bono angelo. vt creditur tūc em̄ vtutes celozū mouebunt̄. s. ad portandū Dic practice quō bōi portabūt̄ honorabiliter. mali aut̄ vitupabiliter. Sc̄us Tho. tū dicit in. iij. sc̄p. di. xlvij. q. j. ar. iij. q̄ vtutes celozū. i. angeli tunc mouebunt̄. nō fm statū glorie. sed ex admiratione vela motu celi cessando. ¶ Quintum erit diffinitio iudicialis que ostēdit̄ ibi. ⁊ tūc videbūt̄ filiū hominis venientē in nube cū potestate ⁊ maiestate magna. Dic quō x̄ps tūc veniet. cuz maiestate associatus angelis archangelis rē. ad saluandū bonos. ⁊ cū p̄tate vel maiestate ad dā nādū malos. Nota x̄ps apparebit̄ in iudicio corporaliter. vt dicit sc̄us Tho. iij. di. xlvij. q. j. ar. j. q. ij. Itē cōtra gentiles lib. iij. cap. xcvi. xxxij. xxxij. Querit etiā sc̄us Tho. in. iij. di. xlvij. q. j. arti. j. Utrū x̄ps in forma sui siue hominis sit iudicaturus. Rñdz q̄ sic. dic̄ em̄ Job. v. Potestatem dedit ei iudiciū facere. quia fili⁹ hominis ē. Itē Job. xxxvj. dic̄. Causa tua q̄si impij iudicata est. glosa a pylato. Ideo iudiciū causamq̄ recipies. glosa. vt iuste iudices. Sed christ⁹ fm humanā naturā iudicat⁹ ē a pylato. q̄ fm humanam naturā iudicabit. Itē ei⁹ est iudicare cui⁹ ē legē condere. Sed x̄ps in humana natura apparet̄ nobis legē euangelij dedit. q̄ ⁊ fm eandem naturā iudicabit. Quia in dicta autoritate Luc. xxi. Tūc videbunt̄ filium hoīs venientē in nube cū potestate magna ⁊ maiestate. Maiestas aut̄ ⁊ potestas ad gloriā p̄tinet. Ideo querit̄. vtrum x̄ps in iudicio apparebit̄ in forma humanitatis glorioza. Ad quā questionē rñdet sc̄us Tho. in. iij. distincti. xlvij. q. j. arti. ij. q̄ sic. Quia sic q̄n iudicandus aduenit in forma infirmitatis apparuit. Ita oportet q̄ q̄n iudicatur⁹ adueniet in forma glorioza appareat. iudicari em̄ infirmitatis ē ⁊ iudicare autoritatis ⁊ glorie. Et quia in secundo aduētū ad hoc veniet vt iusticiā p̄ris in homines exequat̄. dignū est ⁊ cōgruū. vt in forma glorie et autoritatis appareat. Et sicut visio glorie humanitatis x̄pi (vt dicit sc̄us Tho. vbi supra in solutione ad quartū) erit iustis in p̄miū. ita iniustis christi erit in suppliciu. quia sicut glia amici est delectabilis. ita gloria ⁊ p̄tās ei⁹ q̄ odio habet maxime cōtristat. Uñ Esa. xxxvj. Videāt et cōfundāt zelantes ppli. ⁊ ignis. s. inuidie. hostes tuos deuoret. poterit aut̄ corp⁹ x̄pi glorioz⁹ ab om̄ib⁹ videri in generali iudicio etiā a nō gloriificatis. Quia corp⁹ gloriozum habet in potestate sua vt se demōstret vel nō demōstret oculo non gloriozo. hec sc̄us Tho. vbi supra in solutiōe ad tertiu. Sententia diffinitiuā p̄ bonis erit. Venite bñdicti patris mei possidete paratū vobis regnum a cōstitutiōe mūdi. Matth. xxv. Sententia aut̄ diffinitiuā p̄ mal⁹ erit. Discedite a me maledicti in ignē eternū rē. ibidem. ¶ Sextum erit executio effectualis. ibi. Celū ⁊ terra trāsibūt. s. q̄tum ad istas opationes ⁊ qualitates. Verba aut̄ mea nō trāsibūt. suple sine effectu executio nis. Tunc x̄ps forte clamabit voce magna dicēs. Inferne aperi os tuū ⁊ deglutire impios istos. Tunc subito terra apiet̄ ⁊ mali in corpore ⁊ anima descendunt ad infernū. vbi erūt sine fine ⁊ nō poterūt mori nec penitere. Dixit christus ad iudā Bonū erat ei si natus nō fuisset hō ille. Deinde faciet executionem de bonis ipsos introducēdo in celum cum coronis ⁊ in cathedris glorie ipos collocando. Esa. xxxv. Venient in syon cuz laude ⁊ leticia sempiterna. super capita eorum gaudium ⁊ leticiam obtinebunt. ⁊ fugiet dolor ⁊ gemitus.

Dominica secūda Aduentus

Erūt signa in sole. Luc. xxi. et in euāgelio hodierno. Materia p̄sentis p̄dicationis erit d̄ sancto euāgelio. et habebim⁹ si d̄o placet multas bonas declaratiōes ad intelligendū p̄uidentiā diuinā. quō gubernat istū mūdum a p̄ncipio vsq; ad finē. S; p̄mo salutē v̄go Maria r̄c. Erūt signa in sole. Sanctū euāgelū hodiernū loquit̄ de signis terribilib⁹ venturis in fine mūdi ante diez iudicij. Et ponit signa futura p̄mo in celo. sc̄do in terra. tertio in angelis. De signis que erūt in celo loquit̄ thēma dicēs Erūt signa in sole. Pro h⁹ vbi declaratiōe et materie introductione sciendū q̄ in sacra scriptura x̄ps d̄r sol. patet rōne que dat scientiā. et autoritate que cōfirmat credentiā. Ratio q̄re christ⁹ dicit sol ē. quia tota vita x̄pi in summa representat̄ in sole in eius motu et cursu quē facit. Iā videt̄ quō quilibet die sol de nocte ē abscondit⁹ a nobis et secretus. Sed auroza orit̄ et sic trāsiens finaliter visitat̄ totū mūdū ip̄m illuminādo calefaciēdo animalia hoīes et plantas fructificare faciēdo. vsq; ad occasum. Sic et x̄ps aliqñ fuit absconditus et secretus in mūdo qñ fuit in ciuitate nazareth in domo matris. quousq; habuit etatē. xxx. annorum. nec cognoscebāt q̄ esset de⁹. Prop̄ h⁹ dixit Iohes baptista iudeis. Quidē vestr⁹ stetit quē vos nescitis ip̄e ē qui post me ventur⁹ est. Quia sol sequit̄ luciferū. Ioh. j. Sed ort⁹ fuit in auro rasue p̄dicationis. et cepit illuminare mūdum q̄ erat in tenebris errorū et falsarū opinionū. Sed x̄ps sua p̄dicatione illuminauit intrū q̄ plus scit modo vna vetula de veritatib⁹ fidei q̄ antiqui. tus vi⁹ magn⁹ p̄bus. ip̄i gr̄as soli. Sc̄do calefacit totū mūdū in amore dei. in ardore et desiderio paradisi. Tertio fecit fructificare humanum genus in bonis opibus virtutibus meritis trāsundo vt sol de villa in villā discurredo. p̄dicandov vsq; ad occasum sc̄z mortis. Ecce quō mor⁹ et cursus solis et eius influētia rēp̄sentat vitā christi. et tunc fuit cōpleta p̄phetia Zach. p̄phete. dicētis. visitauit nos oriens ex alto. Illuminare his qui in tenebris et in ymbra mortis sedent ad dirigēdos pedes n̄ros in viam pacis. Luc. j. Nō illuminare sc̄z cōtra errores. Ecce p̄m⁹ effectus. his q̄ in tenebris et in ymbra mortis sedēt. Ecce secūdus cōtra frigiditatē dilectiōis dei. ad dirigēdos pedes n̄ros in viam pacis. sc̄z ad meritorie operandū. Ecce tertius. Ecce rō quare x̄ps dicit sol. Autoritas. Q̄r̄el vobis timētibus nomen meū sol iusticie. nō dicit sol nature. Malachie. iij. Verbū est dei patris. Itē in nouo testamento dicit sc̄a mater ecclia v̄gini marie. Ex te ortus est sol iusticie x̄pus de⁹ noster. de isto sole ego intelligo thēma p̄positū. Erūt signa in sole id ē. in x̄po vero deo et hoīe. patet thēma. Et sup

in materia p̄dicanda licet sit subtilis et difficilis. tñ bene poteritis eā intelligere si vultis attendere diligēt̄. Dicit̄ astrologi et verū dicit̄ et concordāt cū eis theologi. Sol nature in anno per trāsit̄ semel. xij. signa zodiaci cuiusdam circuli. quē astrologi notāt in celo. quasi coronā diuidētem celum. in quo sunt. xij. p̄tes eq̄les et vocātur p̄m cōstellationes.

Prima ps dicit aries	Septima libra.
Sec̄da thaurus	Octaua scorpio
Tertia gemini	Nonā sagittari⁹
Quarta cancer	Decima capricorn⁹
Quinta leo	Undecima aquari⁹
Sexta v̄go	Duodecima piscis

Et ita sunt duodecim mēses in anno. p̄m⁹ mēsis fuit marcij. in isto sol stat in p̄mo signo. s. arietis. In sc̄do mēse. s. apli stat in sc̄do. s. thauo. et tertio mēse sc̄z maij. stat in gemini. et sic p̄ totū annū p̄transit̄ ista duodecim signa. que ab astrologis dicunt̄ cōstellationes. a theologis aut̄ signa dicunt̄. quia signāt. xij. status mūdi hui⁹ in quib⁹ debuit esse x̄ps sol iusticie a p̄ncipio mūdi vsq; ad finem. Et tunc exit sol iusticie in signis. s. trāsitiue. de hoc Gen. j. Fiat luminaria in firmamento celi. et diuidāt diem et noctē. et sint in signa et tēpora. et dies et annos. sed qñ dicit̄. Erūt signa in sole. s. causatiue. Pr̄mū signū dicit̄ aries. Rō q̄ si ille stelle linearent̄ q̄ sunt in p̄ma pte zodiaci facerēt figurā arietis cū suis cornib⁹. Et in illo p̄mo signo stat sol in p̄mo mēse. s. marcij. h⁹ signat̄ p̄mū statū mūdi a creatione ade et durauit vsq; ad Moysen. Tūc em̄ filius dei fuit in signo arietis. Rō aries totā suā fortitudinē et virtutē h̄z in capite. Sic tūc in p̄mo statu mūdi gentes se gubernabant solo intellectu capitis. in credendo et in bñ viuendo. quia tūc nō habuerūt mḡfos neq; doctores. neq; etiā libros. sed ad instar illius qui intrat in magnū palaciū p̄ intellectū naturalem statim cognoscit q̄ magn⁹ dñs debuit esse q̄ illud edificauit licet ip̄m nō videat. Sic tūc gentes qui fuerūt in p̄mo statu mūdi ex magnitudine opis siue palacij hui⁹ mundi cognoscebāt deum et ei⁹ infinitā potentiā et gubernāt se in bona vita intellectu naturali. d. Quilibet dñs vult seruos fideles ne vadāt ad suos inimicos. et sic iā naturaliter suabant p̄mū p̄ceptū. non habebis deos alienos. Item quilibet dñs vult honorē a suis s̄bditis. et q̄ cum reuerētia loquat̄ de ipso. et sic seruabant sc̄dm p̄ceptum. Item quilibet dominus in dominio suo aliquod seruitiū vult. ideo eligebant vnā diem quā dabant dño in hebdomada. Item quilibet dñs vult vt minores honorēt maiores. Ecce quartū p̄ceptū. sc̄z honorationem parentum. Item nullus dñs vult q̄ sui recipiāt vindictam in p̄sentia sua. Ecce quintū p̄ceptum nō occides. Item vult q̄ nullus tangat filias nisi petat eas in vxores. Ecce sextū. nō mechaberis

Item quilibet dñs vult q̄ ipse sit cōtent⁹ de pre
quā ip̄e dedit. Ecce septimū p̄ceptū. nō furtum
facies. Item q̄ nullus diffamet aliū. Ecce octa-
uum p̄ceptū. falsum testimoniū nō facies. ⁊ sic d̄
alijs. Ecce quare dicebat. q̄ sol esset in signis tā-
q̄ in effectu. de hoc Autoritas. Quz gentes que
legem nō habēt naturaliter ea que legis sunt fa-
ciunt. h̄mōi legem nō habentes ip̄i sibi sunt lex.
Romā. ij. Quia om̄ia p̄cepta moralia sp̄ serua-
ri debent ab om̄ibus. quia sunt de lege nature.
vt dicit sc̄s Tho. Matth. xxij. Et om̄es act⁹
virtutū in quātū virtuosī sunt de lege nature. nō
aūt fm̄ species suas. p̄ma sc̄e q̄stio. xciiij. ar. iij.
sed illa lex nature fuit obfusca in gentilib⁹ quo
ad multa. iij. sc̄p. di. xxxij. q. j. arti. iij. ⁊ p̄ma se-
cūde. q. xciiij. arti. iij. v. ⁊. vj. ⁊. q. xcix. ar. ij. Ec-
ce primū signū. ¶ Secūdū signū est thaurus in
quo stat sol in secūdo mēse sc̄z aprilis. Ratio q̄re
dicit thaurus est. quia si ille stelle que sunt in il-
la pte zodyaci linearent facerēt figuram thauri.
Hoc signū significat sc̄m statū hui⁹ mūdi. sc̄z a
tempe Moysi vsq̄ ad Jobem baptistā in quo
filius dei fuit in thauo. Ratio. quia thaurus ē
animal terribile ⁊ puocatus statim ferit cornib⁹
Ita tunc deus data lege scripta. si irritabat ⁊ p̄-
uocabat ab aliquo statim p̄cutiebat puniendo.
Verbi gr̄a. Exod. xxxij. q̄n̄ plus fecit vitulum.
⁊c. tūc irritauerūt thaurū. i. dei filium qui p̄cutit
de populo quasi. xciiij. milia quos occidit Itē
q̄n̄ murmurauerūt cōtra deū. Nume. xiiij. p̄-
uocauerunt eū. qui p̄cutit ⁊ occidit de ipsis sex-
centa milia. Itē in murmuratione p̄ncipū. s. cho-
re dathan ⁊ abyron. Nume. xiiij. puocatus occi-
dit eos. Itē ex peccato luxurie cū filiabus moab
Nume. xxv. puocauerūt eum ⁊ occidit ex ipsis
xciiij. milia. Itē postq̄ fuerūt in terra p̄missionis
puocauerūt eū idolatrando. p̄pter qd̄ eiecit. x.
tribus de terra p̄missionis. vt patet. iij. Reg. x.
vlij. Ecce quō erat tunc in thauo. quia nō expe-
tabat ipsos ad penitentiā sicut nunc. sed sic thau-
rus puocat statim p̄cutit. de hoc p̄phetauerat
iam moyses dicēs in p̄sona filij dei. Ip̄i me puo-
cauerunt in eo qui nō erat de⁹ ⁊ irritauerūt i va-
nitatib⁹ suis. Et ego puocabo eos in eo q̄ nō est
popul⁹. ⁊ in gente stulta irritabo eos. ⁊ ifra. Cō-
gregabo sup̄ eos mala. ⁊ sagittas meas implebo
in eis. Deut. xxxij. de hoc vide sanctū Tho. ad
Heb. x. ca. ⁊ ratio omniū penarū veteris legi po-
nit p̄ma sc̄e. q. cv. ar. ij. ¶ Tertū signū d̄r̄ ge-
mini. Ratio. q̄ si d̄ vna stella ad aliā p̄traherēt
tur linee facerēt figurā geminorū. om̄ino filium.
In isto signo stat sol in tertio mēse. s. maij. In isto
isto signo fuit sol iusticie in tertio statu mūdi. s. in
sua b̄ndicta incarnatiōe. q̄n̄ in vtero virgīs due
substantie. sc̄z humanitatis ⁊ diuinitatis in vni-
tate suppositi cōiuncte sunt. Christus aūt in sua
incarnatiōe a diuinitate habuit duo. s. essentiā

diuinalem ⁊ suppositum p̄sonale. a nobis habuit
it solum vnum. s. humanitatem. sed nō p̄sonali-
tatem. quia nō assumpsit p̄sonam sed humanita-
tem in supposito diuino suppositatam. ⁊ fuit cōm-
pleta p̄phetia dicta figuratiue. Jam temp⁹ pa-
riendi aduenerat ⁊ ecce gemini in vtero ei⁹ re-
pti sunt. Gen. xv. De hoc in tertia pte in pluribus
questionibus. ⁊ in tertio sc̄p̄to in plurib⁹ distin-
ctionibus. Quā aūt xp̄s dixit. Erūt signa in sole
loquebat de nouem signis futuris. Quia de tri-
bus p̄dictis dixit. Fuerūt signa in sole vt in cau-
sa vel erit sol in signis sc̄z causatiue sicut fuit in
tribus signis p̄dictis trāsitiue. ¶ Quartū signū
dicit cancer. Ratio vt supra de alijs. In isto si-
gno stat sol in quarto mēse. s. iunij. In isto signo
fuit filius dei in sua passione. Ratio quia sic can-
cer nō incedit recte sed retrograde ⁊ abscondit se
infra arenā. Sic filius dei in sua passiōe ibat per
transuersum. quia p̄mo voluerūt ipsuz facere re-
gem. vt patet Job. vj. Et in passione dicebāt nō
habemus regem nisi cesarem. P̄mo dicebāt ip-
sum esse regem ⁊ deū ⁊ creatorē. Et in passione
dicebāt christū esse hoīem incantatorē. P̄mo ho-
norabant eum. ⁊ in passione vitupabant ipsum.
P̄mo associabāt eum ⁊ in passione dimittebāt
ipsum solū. Itē in die veneris sancta cū cruce in
collo p̄transuersum ducebat cespitādo ⁊ impul-
sus vsq̄ ad locū passionis. Ecce quō iuit vt can-
cer trāsuerse quousq̄ fuit absconditus in monū-
mento. Et fuit cōpleta p̄phetia Esa. in personā
dei patris di. ad filium inq̄tū homo. Ecce intel-
liget seruus me⁹ ⁊ exaltabit ⁊ eleuabit ⁊ s̄blimis
erit valde. Sicut obstupuerūt sup̄ eum multi sic
inglorius erit inter viros aspectus ei⁹ ⁊ forma il-
lius inter filios hominū. Esa. liij. Verba sunt dei
patris ad christū hominē qui inq̄tū hō est filius
dei patris. ⁊ sicut q̄tum ad humanitatē fuit pas-
sus sic etiā in quātū hō fuit exaltatus in virtutib⁹
p̄dicationibus miraculis multis. ⁊ quātomagis
fuit exaltatus tātomagis in passione fuit inglori-
osus. De hoc. iij. pte questio. xlix. ar. vj. ⁊ in pri-
mo sermone aduētus dñi ⁊ de passiōe ei⁹. q̄stio.
xlvi. ⁊. xlvij. ⁊. xlvij. ⁊. iij. sc̄p. di. xix. xx. ⁊. xxx.
⁊c. ¶ Quintū signū fuit leo. Rōne p̄dictorum.
In isto signo stat sol in quinto mēse. s. iulij. In h̄
signo fuit sol iusticie christ⁹ in sua resurrectione
gloriosa. Ratio quia sicut leo q̄n̄ vult cape p̄dā
ponit se in saltu in porta spelunce. Sic christus
cui⁹ corpus fuit in sepulchro vt leo virtute diui-
nitatis. anima vero ⁊ leena in limbo que in die
resurrectionis saltauit resurgendo ⁊ cepit p̄dā
sanctorū patrū quos eduxit de limbo. Ecce quō
sol iusticie fuit in leone. de hoc propheta iacob
patriarche dicentis de christo. Ad p̄dam ascē-
disti fili mi requiescens accubisti vt leo ⁊ quasi
leena. Gen. xlix. ¶ Nota ad p̄dam ascendisti.
sc̄z i arboze cruci vbi recepit totū mūdi deminū

V Dominica secūda Aduentus

uniuersaliter. Specialiter autē omnes credentes sibi et obedientes. De hoc dicit ipsemet. Ego si exaltatus fuero a terra omnia traham ad meipsum **Joh. xij.** Requiescens accubisti ut leo quies ad corpus in sepulchro. Et quasi leena quies ad animam in limbo. ideo **hiere. iij.** Ascendit leo de cubili suo et predo gentium selevauit. de hoc. **ij. pte. q. liij. et. iij. scp. dist. xxi.** ¶ Sextū signum dicitur virgo. Ratio ut supra. in hoc signo stat sol in sexto mense. In hoc signo fuit sol iusticie xpus deus noster in sua gloriosa ascensione. Quis fuit in ecclesia triumphante que dicitur virgo purissima. Sic quō est duplex ecclesia. scilicet militans que est presens in qua militamus contra mundum contra carnem. et contra demones et contra malas inclinaciones. Alia est ecclesia triumphans. scilicet illorum. qui habuerunt hanc victoriam de mundo et carne. et diabolo et differunt. quia in presenti ecclesia militante multe sunt corruptiones et defectus tam in religiosis quam in clericis et laicis. **David dicit.** Corrupti sunt et abominabiles facti sunt. non est qui faciat bonum scilicet penitentiam non est usque ad unum scilicet de adultis. Isto respectu presens ecclesia militans non potest proprie dici virgo. quia virgo est que nunquam nec mente. nec corpe fuit corrupta. sed ecclesia triumphans nullam habet corruptionem nec maculam nec defectum alicuius peccati. ideo dicitur virgo purissima. De qua dicit apostolus. despondi enim vos uni viro virginem castam. **ij. ad Corinth. xj.** In hac virgine fuit xpus in die ascensionis quando recessit de ecclesia militante et intrauit ecclesiam triumphantem. Et fuit completa prophetia **Esa. lxij.** Habitabit iuuenis cum virgine et habitabunt in te filij tui. iuuenis est xpus qui surrexit in etate. xxx. annorum qui habitabit cum virgine scilicet sine corruptione. De ascensione eius vide sanctum **Tho. iij. pte. q. lviij. et. iij. scp. di. xxij.** ¶ Septimū signum dicitur libra. Ratione predicta. quia stellis lineatis remanent signa de libra. In hoc signo fuit sol iusticie xpus deus noster in septimo statu mundi. scilicet in persecutione sanctorum martyrum quoniam imperium romanorum quod dominabat toti mundo persequebatur christianos quia male ponderabant articulos fidei et legem christi. Quando beati apostoli **Petrus et Paulus** inceperunt predicare in roma quod deus unus qui est primū principium et prima causa erat tres persone realiter distincte **Romani** hoc ponderantes dicebant. Videamus quis sunt isti qui hoc dicunt quia piscatores. deinde videamus quid dicunt philosophi. **Philosophi dicunt.** Quod primū principium est imptibile et verum dicunt. sed cum hoc stat quod tres sunt persone diuine. et quia male ponderabant ideo ipsos occidebant. Idem quando predicabant de incarnatione filij dei in qua deus factus fuit homo. **Philosophi dicebant** quod finiti ad infinitum nulla est proportio verum est equalitatis sed tamen est causalitatis proportio. quia infinitum est causa finiti. Idem quā-

do predicabant de christi resurrectione que fuit valde difficilis ad credendum philosophis dicentibus quod a pura priuatione non est regressus ad habitum. verum est naturaliter imo est regressus ad habitum supernaturaliter. Idem quando predicabat de sacramento altaris dicentibus philosophis. quod locus et locatum debent proportionari seu adequari. Non intelligentes posse diuinum quod infra tunicam auellane posset totum mundum concludere ideo male ponderabant. **Hec statera fuit ostensa beato iohanni euangeliste.** Ideo dicitur **vidi et ecce equus niger et qui sedebat super eum habebat stateram in manu sua.** **Apocal. vj.** equus niger figurabat imperium romanum nigrum ex errore infidelitatis. **Philes** qui sedebat super eum erat impator scilicet nero et ceteri mali impatores. De hoc vide de regno et rege ad regem **Cypri** libro tertio. ¶ Octauū signum dicitur scorpio ratione predicta. In hoc signo fuit sol iusticie tempe hereticorum quando cessauit persecutio martyrum tempore beati **Siluestri** per conversionem imperatoris constantini tunc venit persecutio hereticorum scilicet malorum christianorum. qui ad instar scorpionum ibant capite inclinato humiliter et simpliciter sed eleuabant caudam venenatam mordendo seminando errores et falsas opiniones per mundum. corrumpentes et destruentes fidem catholicam in cordibus gentium et durauit bene. cc. annis. Et fuit completa prophetia beati **iobis** apostoli dicitur **De fumo putei exierunt locuste in terram.** et data est illis potestas sicut habent potestates scorpiones terre. **Apocal. ix.** Fumus putei infernalis sunt temptationes fidei quas dant heretici qui dicuntur locuste que volare videntur per simulatam deuotionem quam ostendunt. Nota hic de illo episcopo hereticorum disputante cum magistro **Vincetio** asserente quod vera ecclesia esset apud ipsos et non apud nos. Quonia ecclesia christi fundata fuit in paupertate et humilitate quas ipsi tenent solum ideo etc. Responsio scietialis est quia ibi est fallacia figure dictionis quia mutat quid in quale. a simili scilicet vxor regis que prius erat pauper et humilis et nigra. post efficitur diues superba et alba. ergo non erit vxor regis non valet ista consequentia. quia mutatur quid in quale. quia ex hoc non deficit esse vxor regis. idem de ecclesia Nota de hoc pulchre in quolibeto. **xij. q. xix. q.** modo est vna ecclesia veritate fidei et sacramenti et autoritate professione. licet sit aliud tempus ecclesie nunc quam tempe apostolorum vel status eius. ¶ Nonum signum dicitur sagittarius ratione predicta. hoc signum figurat nonum statum huius mundi scilicet tempus sanctorum doctorum et predicatorum. scilicet **Gregorij Augustini.** quia quilibet verus et bonus predicator est balistarius. cuius balista est predicatio. arcus est vita aspera reflexa per penitentiam. Corda recta est doctrina sancta et determinata.

natio ecclesie. Sagitte sunt autoritates rōnes ⁊ similitudines que vulnerāt corda peccatorū. **Q**ñ supbus ⁊ vanus ex aliqua bona p̄dicatione humiliat ⁊ recipit bonū p̄positū ⁊ c. talis vulneratus est in corde. **I**dem de alijs. dauid. sagitte potentis acute. **N**ota potentis. id ē. p̄dicatoris q̄ debet eē potens p̄ bonā vitā ⁊ sanā doctrinā. **A**cute. quia pōt vulnerare reges p̄ncipes ⁊ barones ciuitates ⁊ cōitates tūc sol. id est. xp̄us fuit in sagittario. **D**e hoc p̄phetia **A**pocal. vj. **V**idi ⁊ ecce equ⁹ albus. ⁊ qui sedebat sup eum habebat arcum ⁊ data est ei corona. **N**ota equus albus significat castitatē ⁊ puritatē p̄dicatoris cui dāt corona singularis in paradiso rōne p̄dicationis. **R**atio. quia si miles cui rex cōmisit castrū in terra inimicorū lucrāf coronā si ip̄m bene custodit ⁊ fideliter. **S**ingularē tñ coronā merēf miles. qui nō solum custodit castrū sibi cōmissuz fideliter imo staramussando ⁊ bellādo acquirit regi multa alia castra inimicorū. **I**ta in p̄posito deus cōmisit cuilibet nostrū castrū p̄prij corporis positū inter inimicos vt ip̄m custodiamus fideliter ⁊ ex hoc meremur coronā in paradiso. **S**ingularē coronā merēf p̄dicator qui fideliter custodit castrū p̄prij corporis regi christo ⁊ ipsum prudenter gubernat ⁊ vltra hoc p̄dicādo acquirit christo multa castra. id est peccatores qui sūt castra diaboli. **D**e p̄nio ⁊ aureola doctorū ⁊ p̄dicatorū in quarto scrip. di. xlix. q. v. ⁊ di. xxxij. q. iij. arti. iij. **D**ecimū signū dicit capricornus ratione vt supra. **H**oc figurat illum statū in quo sumus modo. **Q**ñ popul⁹ christianus cōsuevit esse vnus cornu ex vnico papa. sicut vnicornis cornu vnum scz christi vicarium. **M**odo autez habet tria cornua. id est. tres papas. cōcilium cōstantie scz ante. **N**ota de bestia quā vidit **D**aniel ca. viij. que habebat cornua decē. **I**nter q̄ exiuit cornu puulum. ⁊ c. **S**up quo dicunt omnes glofe ordinariē ⁊ doctores q̄ ista quarta bestia figurabat imperiū r̄omanū quod iam est diuisū in decem ptes. nec potest intelligi de diuisione dominij temporalis. quia iam diu p̄ditum est sed intelligit de diuisione dominij ecclesiastici q̄ iam nunc diuisum ē in decem ptes siue diuisiones.

- P**rima est indorū sub p̄sbytero iobe.
- S**ecda ē assiriorū sub aq̄no q̄dā tyrāno.
- T**ertia ē affricanorū sub machometo.
- Q**uarta est grecorū sub impatore p̄stātino
- Q**uinta ē armeniorū sub eorū rege.
- S**exta ē georgianorū s̄b q̄dā pseudo p̄pha.
- S**eptia ē xp̄ianorū de cittura s̄b q̄daz heresi archa.
- O**ctaua ē italicorū s̄b bartholomeo barēsi
- N**ona est gallicorū sub petro de candia.
- D**ecima vero ps populi catholici ē hyspanorum sub dño benedicto nostro vicario iesu christi. **I**ste decem diuisiones simul iam stant. **I**ta

q̄ possumus dicere in fortitudine nostra assumptimus nobis cornua. **A**mos. vj. **D**e scismaticis sc̄da sc̄de. q. xxxix. p̄ totū ⁊ ibidem ar. f. ad q̄rtū. **S**cismatici p̄prie dicunt qui p̄pria sponte ⁊ intentione sepant se ab vnitāte ecclesie rennuentes subesse pape ⁊ cōmunicare mēbris ecclesie. **V**ndecimū est aquarius eadez ratione. ⁊ figurat. xj statuz mūdi hui⁹ futurū post mortē antichristi. quia tūc sol iusticie erit in aquario. quia tūc omnes generationes infidelium baptisabunt. **Q**ñ p̄sura erit ad baptisimū nō sufficient clerici nec compates nec cōmatres nec patrini ⁊ patrines. tunc complebit̄ p̄phetia **E**zech. xxxvj. **T**ollam quippe vos de gentib⁹ ⁊ congregabo vos de vniuersis terris. ⁊ adducam vos in terram vestram scz ecclesiam militantem ⁊ effundam super vos aquam mundam ⁊ mundabimini ab omnib⁹ inquinamentis vestris ⁊ ab vniuersis idolis vris mundabo vos. **V**ndecimum ⁊ vltimum signum dicitur piscis. eadem ratione. ⁊ signat duodecimum statum huius mundi futurum. scz finem mundi ⁊ diem iudicij. **Q**uia tunc sol iusticie. s. christus erit in piscibus. **Q**uādo ad instar piscatorum qui extrahunt sagenam de mari ⁊ eligunt bonos pisces ⁊ malos proijciunt. **S**ic modo ecclesia militans que est sagera continens bonos pisces ⁊ malos. s. christianos trahitur continue ⁊ in die iudicij erit vsq; ad litus tunc eligēter boni pisces scz p̄sone deuote humiles penitētes ⁊ ibunt ad gaudium paradisi. **M**ali autē pisces. id est. christiani mali in deuoti impententes ibunt in ignem inferni eternum. **D**e hoc ad litteram dicit christus. **S**imile est regnū celozū. glofa. s. ecclesia militans. sagera misse in mari. et ex omni genere piscium congregati qm̄ cuz impleta esset educētes ⁊ secus litus sedētes eligerunt bonos in vasa sua. malos autē foras miserūt sic erit in cōsummatione seculi eribunt angeli ⁊ separabunt malos de medio iustozū ⁊ mittant eos in caminum ignis ibi erit fletus ⁊ stridor dentium. **M**atth. xij. **M**odo scitis totum statum mūdi ⁊ p̄uidētiam diuinam ⁊ gubernationem mundi. **E**cce quare dicit thema. **E**runt signa in sole **S**i autē volumus loqui de effectib⁹ dicit. erit sol in signis. **S**i autē volumus loqui de causa dicemus. **E**runt signa in sole. **E**t iuxta istū modū predicauit ego. ⁊ sic patet q̄ finis mūdi est prope patet sermo.

Sermo tertius.

Quāt signa in sole. ⁊ luna ⁊ stellis. **L**u. xxj. **S**ermo noster erit de sancto euāgelio hodierno. quod totum est doctrina ⁊ instructio iesu christi. auisando nos de magnis malis ⁊ tribulationibus venturis in fine mundi. ⁊ de signis que erunt ante eius aduentum ad iudiciuz

Dominica secūda Aduentus

Credo q̄ erit materia nob̄ utilis ⁊c. Erūt signa ⁊c. Pro hui⁹ ubi declaratione ⁊ materiē p̄dicāde introductione. Sciendū fm̄ q̄ inuenit̄ in sc̄ptura diuina. et patet etiam experientia sensuali. Quādo aliqua magna ⁊ grauis tribulatio est in hunc mundū ventura. cōiter ostendunt̄ aliq̄ signa p̄nunciātia in celo vel in aere. Et hoc fit ex misericordia dei. vt sc̄z gentes p̄uidentes p̄ signa tribulationē futuram. p̄ oratiōes ⁊ bona op̄sententiam dei contra illos in curia celesti datam reuocari obtineant in curia misericordie vel saltez p̄ penitentiā ⁊ vite emendationē se p̄parent contra v̄turam tribulationē. Ideo cōmuniter ante mortalitates solēt apparere comete Et añ fames terremotus. Et añ terrarū vastatiōes terribiles visiōes Dicant̄ h̄ signa terribilia p̄ostensa iudeis p̄ multū temp⁹ ante desolationē ciuitati h̄ie / rusalem ⁊ templi. Cōtigit aut̄ p̄ vniuersam hierosolymozū ciuitatem videri diebus. xl. p̄ aera equites discurretes auratas stolas habentes et hastas quasi cohortes armatas ⁊ cursus equoz p̄ ordines digestos ⁊ cōgressiones fieri cominus ⁊ scutorū motus ⁊ galleatorū multitudinē. gladijs districtis ⁊ telozū tactus ⁊ aureozū armorū splendorē om̄isq̄ generis loricarū. Quia p̄pter om̄es rogabant monstra in bonū p̄uerti. post h̄ antiochus interfecit populum ⁊ dep̄datus fuit templū. ij. Machab. v. ido Ero. vij. Ego multiplicabo signa ⁊ ostēta mea in t̄ra. Q̄modo tres magne ⁊ om̄iū grauissime tribulatiōes sunt in breui in h̄ mūdo venturae terribiles.

Quādo erit tribulatio anti xp̄i hoīs diabolici

Sc̄da erit cōfragratio mūdi terrenalīs.

Tertia erit tribulatio iudicij vniuersalis

Et in his tribulationib⁹ finiet̄ iste mūdos. q̄ fm̄ regulam diuine p̄uidentiē p̄us declaratam. ante hec erūt signa p̄nunciātia. in celo. in sole. ⁊ in luna ⁊ in stellis vt dicit̄ nostrū thema ad l̄ram. p̄z thema. Prima tribulatio in breui grauissima in hoc mūdo ventura erit tribulatio anti xp̄i. hominis diabolici qui tribulabit totum mūdū que s̄btiliter tangit̄ in p̄ncipio euāgelij cū dicit̄. Erunt signa in sole ⁊ luna ⁊ stellis. ⁊ in terris pressura gentium pre cōfusione sonitus maris ⁊ fluctuum. In h̄ textu sunt quattuor clausule in quibus tangunt̄ quattuor modi q̄s tenebit̄ antichristus ad decipiendū xp̄ianos. // Prima clausula est ibi. Erūt signa in sole. Sciendū q̄ in sacra sc̄ptura xp̄us dicit̄ sol. Ratio. quia vos videt̄ ad oculum q̄ de pulchriorib⁹ creaturis corp̄alib⁹ a deo creatis ē sol in quo sunt tres l̄re. s. SOL. i. sol sup̄ om̄ia lucēs. fm̄ ethymologiam. Sic christ⁹ est pulchrior om̄ib⁹ sanctis ⁊ lucet sup̄ om̄es in claritate glorie nō solū in q̄stū deus sed etiam in q̄stū homo. Et sicut om̄es stelle recipiunt claritatem a sole ⁊ ipse eam a nullo recipit. sic om̄es sancti recipiunt a christo claritatem glorie. san-

ctitatem virtutem sapientiam. ⁊ intelligentiā et influentiam. Ecce ratio quare christus dicit̄ sol Et nomie solis p̄misit̄ ip̄m deus pater mittere mūdo di. Vobis timentibus nomen meum orietur sol iusticie. nō dicit̄ sol nature. Malach. iij. Item ecclesia dicit̄ in laudem virginis marie Felix nāq̄ es sacra virgo maria ⁊ om̄i laude dignis̄ sima quia ex te ortus est sol iusticie christus de⁹ noster. Dicit̄ ergo p̄zima clausula q̄ tempe anti christi erunt signa in sole. id ē. in christo. Que autem erunt ista declarat̄ Matth. di. Sol obscurabit̄ nō in se sicut nec sol nature obscurat̄ in se. sed ex interpositione vaporū ⁊ nubiuū videt̄ nobis obscurari. Sic tempe antichristi sol iusticie obscurabit̄ ex interpositione honorū diuitiarū temporalium que dabit̄ antichristus intantum q̄ claritas fidei iesu christi nec bone vite nō lucebit̄ in xp̄ianis. Quā dñi tempales reges ⁊ principes ⁊c. ne amittunt dominij statim erūt cū antichristo. Idem p̄lati ne amittant dignitates. Religiosi et p̄byteri vt habeant honores et diuitias. dimittent fidem christi et adhibebūt antichristo qui erit verus homo. Sed ita sup̄bus q̄ nō solū debet velle habere dominij vniuersale toti⁹ mūdi. sed etiam dicit̄ deus et faciet se adorari vt deus. Auctoritas. Reuelabitur homo peccati fili⁹ p̄ditionis. qui aduersat̄ et extollit̄ supra om̄e q̄ dicit̄ de⁹. aut quod colit̄ ita vt in templo deise deat ostendēs se tanq̄ sit deus. ij. ad Thessal. ij. vide ibidem in postilla pulcherrime sancti Thome. Sed qualiter ad hoc perueniet dic̄ quō anti christus ministerio demonū habebit omne aurum et argentum terre et maris ⁊ margaritas et lapides p̄ciosos mūdi. Auctoritas. Diabit̄ thesauros auri et argenti et in om̄ibus p̄ciosis egypti. i. mūdi. Dan. xj. in fine. Cum his congregabit om̄es gentes armorum mūdi ad pugnandū contra om̄es sibi p̄trarios. Auctoritas. Seducet gētes que sunt sup̄ quattuor angulos terre goth et magoth et cōgregabit eas ad preliū quozū numerus est sicut arena maris Apocal. xx. // Nō seducet gentes. sc̄z auro et argento et honorib⁹ Goth. i. tectum ⁊ magoth. i. detectum. quia tam tecti q̄ detecti. id ē. occulte mali ⁊ manifeste erūt cum eo. Tunc domini temporales et p̄lati ecclesiastici timore p̄dendi regnum vel p̄lationem statim erūt cum eo. Quia nullus erit rex nec episcopus nisi quos ipse volet. Ceteri autem vt religiosi et p̄byteri et laici vt habeant ⁊c. statim erūt cum eo. Tunc erunt signa in sole sc̄z iusticie. q̄a obscurabitur in corde christianozum q̄ non dabit claritatem fidei. cessabit p̄dicatio melioris vite ex interpositione vaporum et nubium. id est. bonozum temporalium. Auctoritas. Multiplicabit gloriā et dabit̄ eis potestatem in multi et terram diuidet gratuite. id ē. ad suū placitū. Dan. xj. // Questio q̄re de⁹ p̄mittet̄ istū errorem in christi

stianitate cū sit deus et homo potentissimus. et. Responsio p quādā regulā theologie que dicit. **P**er lq̄ q̄s peccat p hec et torquet. **S**apie. xj. per que peccant gentes hodie in hoc mūdo cōtra deum ppter honores habendos diuitias dignitates et. **I**deo pmittet deus q̄ tūc decipiantur ab antichristo. honoribus diuitijs et. **S**i ergo tūc nō vultis decipi. modo in cordibus vestris contemnat et despiciatis bona. terrenalīa honores. et. et appetatis bona celestia cogitando q̄ bona hui⁹ mundi sunt transitoria et vana et celestia seu spūalia eterna et sic eritis fortes. hoc cōsiliū dat beatus **J**ohes. **N**olite diligere mūdū neq̄ ea q̄ in mūdo sunt. qm̄ transit mundus et cōcupiscentia ei⁹. **J**oh. ij. **S**ecūda clausula dicit. **E**rūt signa in luna. **S**ciendū q̄ in sacra scriptura luna significat sanctā matrē ecclesiā vniūsalē seu vniuersitatem christianorū. quia qm̄ hō dicit ecclesiā nō loquit homo de lapidib⁹ et parietib⁹ s̄ de cōgregatione fidelium que dicit ecclesia. **E**t ecclesia significat p lunam. **E**t qn̄ status in q̄b⁹ fuit ad instar lune. **Q**ue primo est noua. sc̄do crescēs tertio est plena. quarto est minuta. q̄nto ē girata seu versa. **T**alem cursum facit ecclesia xpianorū. **P**rimo fuit noua. s. tempe xp̄i. **E**t sicut qm̄ luna est noua videt p̄mo quasi filiū cornutū et hūis cornua et sequit solē. **S**ic ecclesia tempe christi primo habuit duo cornua. i. duos ap̄los solum. sc̄z andrea et petrū. qui sequebant christū. **S**ec̄do fuit crescēs qm̄ xp̄s habuit. xij. ap̄los. et lxxij. discipulos. deinde fuerūt. cxx. deinde tria milia et. **T**ertia fuit plena. quia in om̄i pte mūdi regno et prouintia fides xp̄i fuit recepta. **D**avid. **I**n omnem terrā exiuit son⁹ eorū et. **Q**uarto fuit minuta. quia nescierūt fuare qd̄ sancti ap̄li lucrati fuerūt. **P**rimo minuta p totā indiā p illum qui dicit psbyter **J**ohes. **S**ecūdo assiriorū p vnum tyrannū. **T**ertio assiriorū p **N**achometum. **Q**uarto cum impatore constantinorum. **Q**uinto armeniorū cū eorū rege. **S**exto georgianorū cū quodā pseudo ppheta. **S**eptimo xpianorū de cintura cū quodā heresiarcha. **O**ctauo italicorū cū bartholomeo barēsi. **N**ono gallici cū petro de candia. **Q**uinto modo est girata seu versa. quia modo iā nō est in illo statu ecclesia in quo christ⁹ eā fundauit. **E**cclēsiā christus fundauit i magna humilitate et paupertate. modo iam totuz versum est in supbiā pompā et vanitatē vt patet in quolibet statu. **D**e misericordia et liberalitate cōuersa est in simoniam vsurā rapinā et. **D**e castitate in luxuriā in inuidiā et corruptionē. **D**e charitate in inuidiā et malignitatē. **D**e temperātia in gulam et voracitatem. **D**e patientia in iraz et guerrā et diuisiones. de diligentia in negligentiam. solum restat vt eclipset. **Q**uod fit p inēpositionē terre inter ipsaz et solē vt fit in plenilunio **A**utoritas. **P**ectā vestra diuiserūt inter me et vos

Ecclēsia eclipset tpe antichristi vt luna. quia tunc luna. id. est. ecclesia nō dabit lumen suum. **M**atth. xxiiij. quia tunc nullum facient miraculum xpiani q̄tūcūq̄ sint sancti. **S**ed antichrist⁹ et sui facient miracula nō tñ vera sed tantū apparentia et falsa ad decipiendū gentes. **D**e quibus **J**oh. apocal. xij. di. q̄ faciet ignē descēdere de celo. id est. de spera ignis. quia hoc pōt facē diabolus deo nō impediēte et pmittēte. sicut fecē iā antiquitus ad cōburendū oues iob. vt habetur ibidem. f. ca. **Q**ūo gentes hīc mirabunt hīc cadent multi. **N**ō q̄ antichristus faciet aliqua vera miracula quo ad naturā rei virtute demonuz sed falsa quo ad rationē miraculi. de h. f. pte. q. cx. ar. iij. **S**ec̄do faciet loqui imagines et pueros vnius mēsis. **D**ic practice quō iterrogabūt imagines vel pueros. vt dicāt veritatē de illo dño qui venit nouissimus an sit saluator. et diabolus mouebit labia sua et formabit verba sic dicendo q̄ ille est ver⁹ saluator mūdi. h cadent multi. **E**t luna. i. ecclesia nullū faciet miraculuz. **S**i dicat ab aliquo. illa miracula nō sunt vera. s. suscitare mortuos sicut fecit dñs iesus christus. **D**ic practice quō sicte suscitabūt mortuos patrē tuum et matrē tuā et. **E**t dicēt. idē vos faciatis in nomine v̄ri iesu chusti. xpiani nō poterūt facere. **D**e hīs falsis miraculis et signis auisauit nos xp̄s dicēs **S**urgent pseudo christi et pseudo prophete. i. filij xpianorū qui pdiderūt iam fidem ex donis antichristi. et dabūt signa magna et pdigia vt in errorem inducant si fieri pōt etiā electi. **E**cce pdixi vobis. **M**atth. xxiiij. **Q**uestio si dicat q̄re xp̄us pmittet illa opa diaboli in destructionem xpianitatis. **R**esponsio iuxta regulā theologie. p que quis peccat p h et torquet. **S**apie. xj. **E**t quia gentes mūdi opibus diaboli peccant cōtra deum recurrēdo ad diuinos sortilegos cōtra deum in necessitatib⁹ suis sc̄z p reb⁹ pditis. p filijs habendis. p sanitate obtinenda. **C**ū tñ deberēt recurrere ad deum om̄ipotentē. idō pmittet de⁹ vt tunc opibus demonū decipiant. **Q**ui ḡ tunc noluerit decipi ponat totā suā spem et cōfidentia in nomine iesu et. et nolle miracula aliqua nisi fi erent in nomine iesu. et sic eritis fortes. **D**e h̄ **D**avid. **B**eat⁹ vir cui⁹ est nomē dñi spes ei⁹. et non respexit in vanitates et insanias falsas. ps. xxxix **N**omen dñi est iesus. **L**uc. ij. vocatū est nomen eius iesus. **D**ic practice quō debet poni sup plagam deuote cū signo crucis. **A**ntichristus assu/m̄it om̄ia alia nomina xp̄i sed hoc nomen iesus psequet vt dicūt pleriq̄ sancti. **I**deo p oppositū hoc nomen iesus debet a xpianis maxime honorari qm̄ nominat in ecclesia inclinādo caput. vt patet extra. lib. vj. c. decet et. **Q**uia als qd̄libz nomen dei est honorandū septēpliciter s̄m sanctuz **T**ho. Esa. lvj. c. quia sc̄z est magnū ad timendū sc̄m ad venerandū. dulce ad meditandū. copio-

Domínica secūda Aduentus

sum ad miserandum. efficacē ad impetrandū. virtuosum ad saluandū. et occultū ad sciendū. **Esa.** xxx. dicit q̄ filius dei est nomen patris tripliciter sc̄z quo honorat̄ inuocat̄ et manifestat̄. et. iij. pte q̄. xxx. vij. ar. ij. dicit q̄ in omnib⁹ nominibus que ponunt̄ **Esa.** vij. vij. et. ix. significat̄ b̄ nomē iesus quod est significatiuū salutis. ergo ē maxie honorandū. **¶ Tertia clausula dicit.** Erūt signa in stellis. in sacra scriptura stelle et clare lucentes dicunt̄ s̄fati. sicut magistri in theologia. doctores et licenciat̄ et. **Autoritas.** Qui ad iusticiam erudiunt multos. quasi stelle in ppetuas eternitates. **San.** xij. In his stellis. i. s̄fatis erūt signa tempe antichristi. Quia stelle cadent de celo vt dicit christus **Matth.** xxiiij. et hoc in tertio bello antichristi. s. disputationis. Tunc stelle. id est litterati cadent de celo. i. a veritate fidei catholice. **Dic** practicā disputationis nunciōrū antixpi cum s̄fatis solum de textu biblie veteris testamēti et s̄fati nō poterunt r̄ndere imo nec loqui. Tūc stelle. i. magistri cadent de celo. i. de altitudine fidei. **Autoritas.** Et faciet iuxta voluntatē suam rex sc̄z antichristus. Et eleuabit et magnificabit erga om̄em deū et aduersus deū deorum loquetur magnifica. i. insolubilia q̄tū ad hoies **San.** vij. et. ix. ca. **¶ Questio** q̄re christ⁹ p̄mitteret q̄ illi qui habent defendere fidē cadent et. **Responso** q̄ hoc p̄mitteret xp̄us duplici rōne. **Prima** iuxta regulam theologie p̄ que quis peccat. et. qz modo qua nullus magister curat de biblia sed d̄ poetis et. **Secūda** ratio et dolorosa ex mala vita et peccatis litteratorū. quia vt in plurib⁹ q̄to sunt maioris sciētie tanto sunt peioris cōscientie vel sunt sup̄bi elati ebriosi et. **Qui** ḡ p̄t ligare leenam bñ p̄t ligare ouē. **Si** ergo diabolus iā mētes tenet ligatas s̄fatorum p̄pter eorū prauā vitā. quid mirū si tunc p̄t ligare ouem. i. linguā ne possint loqui. **Multo** melius fuisset talib⁹ q̄ fuissent ignozātes. quia sciētia inflat. s. ad **Cor.** viij. vt patet in multis doctorib⁹ in medicinis et. **Si** ḡ vultis esse fortes teneatis cōsiliū apli dicētis. **Fides** vestra nō sit i sapiētia hominū. sup̄le fundata sed in virtute dei. s. ad **Corinth.** xij. **Rōnes** et argumēta bona sunt ad cōfortandū indulgentiam. sed nō ad firmandū credentiaz. **Amb.** **Tolle** argumenta vbi fides querit. **Quā** fides ē tenenda ex obediētia quia christ⁹ ip̄am nunciavit et apostoli ipsam p̄dicauerūt et sc̄a mater ecclesia ordinauit. **Io** credo dñe. **¶ Quarta clausula dicit.** Et in terris p̄ssura gentiū p̄ cōfusione sonitus maris et fluctuū. **Ecce** hic tormēta antichristi que dabit. **Et** in terris p̄ssura gentiū p̄ cōfusione sonit⁹ maris et fluctuū. id est. p̄conuersiones quas facient tunc dñi qui iam erūt cum antichristo. quia nullus audebit christum nec v̄ginē mariā nominare sub pena mortis. **Et** fluctuum. i. tormētorū que nunq̄ fuerūt ita terribilia sicut erūt illa que antichristus dabit. **De** hoc iā

auisauit nos xp̄us. **Erit** tunc tribulatio magna qualis nō fuit ab initio mundi vsq̄ mō. nec fiet. **Et** nisi abbreviati fuissent dies illi nō fieret salua om̄is caro sed propter electos abbreviabuntur dies illi. **Matth.** xxiiij. **Nota** breuiabit̄ **Apo.** cal. xvij. **Cum** venerit oportet illum breue tempus manere **Sicut** doctores cōmuniter q̄ antichristus regnabit solū tribus annis cū dimidio. que faciunt dies mille ducētos et nonaginta. d̄ b̄ vide **San.** xij. et lirā ibidē. **Si** dicat̄ q̄re deus p̄mittet q̄ christiani ita trucident̄ et. **Respondeo** iuxta regulam theologie. per que quis peccat p̄ hec et punit̄. **Quia** modo gentes peccant cōtra deum p̄ guerras et diuisiones et blandositates. et scindunt se gladijs occidēdo se mutuo. **Io** p̄mittet christus q̄ tunc scindant̄ et occidantur ab antichristo. **Si** ergo tunc nō vultis scindi. modo cum omnibus habeatis pacem et cōcordiaz iuxta consiliū apostoli dicentis. **Cum** omnib⁹ hominibus pacem habete nō vos defendentes carissimi. id est vindicantes. sed date locum ire. **Scriptum** est em̄ mihi vindictā et ego retribuā dic̄ dominus. ad **Rho.** xij. et **Beutl.** xxxij. **Secūm** malū siue tribulatio erit cōflagratio mūdi terrenalī. que tangit̄ in secūda pte euangelij. **Arescentib⁹** hominibus p̄ timore et expectatiōe que sup̄ueniet vniuerso orbi. nam virtutes celozum mouebuntur. **Quia** mortuo antichristo a fulgure in mōte oliueti et diuulgata eius morte p̄ mūdū. mūdus iste solū durabit. xl. v. dieb⁹ **Nō** dico ānis. s. xl. v. diebus. vt clare inuenit̄ **San.** xij. **A** tempe quo usq̄ ablatū fuerit iuge sacrificium. et posita fuerit abominatio in desolationē dies mille ducenti nonaginta. **Beatus** qui expectat et puenit vsq̄ ad dies mille. ccc. triginta et nōs. **Sicut** hic sancti doctores q̄ illos. xl. v. dies dabit de⁹ ad conuersionem et penitentia his qui p̄ antichristū fuerunt seducti. **Sed** tot erūt diuitie et delicie ab antichristo dimisse q̄ licet gentes conuertent̄ ad fidem christi. non enim est alius saluator nisi christus. nō tñ conuertent̄ ad bonam vitam. **Tunc** in quattuor p̄tibus mūdi sc̄z in oriente occidēte aquilone et meridie virtute diuina accēdet ignis. **Dic** modū. et totum mūdū inflammabit successiue. et nihil elementatum remanebit in mundo. **Tunc** qñ gentes sentient tumultū ignis et videbunt fulgura ab ipso p̄cedentia et currētia et discurrētia et. **Arescentib⁹** hominib⁹ p̄ timore. s. i. lilius ignis. et expectatiōe. s. damnationis eterne. et. **De** hoc dicit apostolus. **Terribilis** nāq̄ ē expectatio iudicij et ignis emulatio que cōsumptura est aduersarios. ad **Heb.** x. **Nam** virtutes celorum mouebunt̄. **Hoc** dicit̄ ad innuendum q̄ ille ignis nō veniet naturaliter. vt aliqui false opinantur dicēdo q̄. xl. annos ante nō pluet et. **Sz** ille ignis veniet rigore diuine iusticie et ministerio angelorum. quod ostendit̄ ibi. nam virtutes celorum mouebunt̄. **Et** ille ignis descendet ad pur-

duo cornua que significant dños tempales ⁊ rectoros cōitarū. Asin⁹ qui portat onus significat vasallos ⁊ subditos. Et virgo posuit filiū suū in medio ostēdēs q̄ omnes possunt bñ saluari. P̄o mini seruādo iusticiā. q̄ nec odio nec amore nec timore nec munere faciat contra iusticiam. vasalli etiam seruādo fidelitatē obedientiā ⁊ reuerentia dñis. Secūdo bos est animal mūdum q̄ antiquitus sacrificabat̄ deo. ideo signat sacerdotes qui offerunt sacrificiū deo. Asin⁹ rudis significat laicos. v̄go posuit filium suū in medio innuens q̄ omnes possunt saluari. Tertio bos qui nō portat onus sigt̄ diuites qui manib⁹ nō laborāt. Asinus significat laboratores si sūt patiētes. Quarto bos qui nō habet cornua significat p̄sonas deuotas ⁊ sanctas. duo cornua sunt vera p̄suetia credentia ad fidem. ⁊ p̄mpta obedientia ad mā. data. asin⁹ accidiosus significat peccatores si sūt penitētes possunt saluari. Quinto bos q̄ ruminat ⁊ diuidit vngulā sunt fratos mgros ⁊ doctores qui rumināt studēdo ⁊ diuidunt vngulam. i. habent scientiam veteris ⁊ noui testamēti. Asinus significat ignorantes. christus ponit in medio ⁊ ⁊ verificat̄ illud dauidicū. hoīes ⁊ iumēta saluabis dñe. quēadmodū multiplicasti miscōtam tuam deus. ps. xxxv. Nota homines tam potētes q̄ impotētes tā sapiētes q̄ diuites. ⁊ iumēta. scz peccatores rudes ⁊ ignorātes saluabis domine. ¶ Quinta conclusio dicit q̄ hec bñdicta natiuitas fuit p̄ sanctos angelos patenter publicata quando apparuit pastorib⁹ dicens optima noua. natus est vobis hodie saluator que est christ⁹ dñs in ciuitate dauid. modū narrat be. lucas. Dicatur h̄ istoria breuiter de angelis in natiuitate xp̄i quē deus pater misit de celo (vbi fiebat magnū festū de natiuitate christi) ad terram. vt etiaz fieret ibi festū. Hec benedicta natiuitas fuit reuelata pastoribus vigilantibus. nō impatori Octauiano dormiēti. nec in hierusalē mḡris ⁊ doctoribus. nec sacerdotib⁹. sed pastoribus carmina cantantibus. Quare hoc dicit Bern⁹. q̄ pastores habebant q̄nq̄ p̄ditiones in quibus ostēdit quib⁹ p̄sonis deus reuelat sua secreta ⁊ dat suā gloriā. Primo pastores vigilant sup gregem ⁊c. In q̄ ostēdit q̄ pastores tam tempales q̄ ecclesiastici debēt vigilare sup gregem eis cōmissum. ne a lupis peccatorū maxime notorioz deuorent. quia ex peccatis secretis nō puniť cōitas. talibus pastoribus reuelat deus suā gloriā ⁊ gratiā. Secūdo sonabant cōcorditer illas fistulas. in quo ostēditur q̄ p̄sonis deuotis ⁊ pacificis qui sonant per oīones ⁊ supplicationes deus reuelat suā gratiā ⁊ gloriā. Tertio quia erāt in deserto in asperitate p̄nie ⁊c. vbi male comedebāt ⁊ bibebant et dormiebāt ⁊c. In q̄ ostēdit q̄ p̄sonis q̄ viuunt in asperitate p̄nie ⁊c. Quarto qz erāt homines pauperes ⁊c. In xp̄o. ve vob diuitib⁹. q̄ h̄ habetis

Dñica infra octa. natiuitatis xpi

colationē vram zc. Lu. vj. Quis qz erāt ho-
mines simplices. neminē despiciēbant. talib⁹ de
us dat suā grām. Auto. xpi. Confitebor tibi pat-
rē celi z terre. quia abscondisti hec a sapientib⁹
z prudētib⁹ z reuelasti ea puulis. Matth. xj.

Dñica infra octa. natiuitatis xpi. Sermo. f.

Ecce posit⁹ ē hic
in signū cui dīcēt. Luc. ij. Certū ē
et p sacra scripturā pbatū est z cla-
rū q ante aduentū z natiuitatē xpi
nullus q̄tūcūqz sanct⁹ potuit inuenire viā para-
disi vt possit gloriā h̄re. Rō. qz si pcedentes du-
ctores errāt in viā oportet etiā sequētes deuiare
sic a principio. deus dedit humano generi duos
ductores. s. adā z euā qui in p̄ma diēta errauerūt
a viā grē z cōsequētē a viā glorie. Iō oportuit
sequētes ipsos errare z deuiare p desertū huius
mūdi in lupos z feras ifernales qui deuorabāt
omēm hoīem. De hoc dicit Dauid. Errauerūt
in solitudine in inaquoso viam ciuitatis habita-
culi nō inuenerūt. ps. cvj. Nota in solitudine. id
ē. in deserto. Quare hoc cū tū in mūdo eēt mul-
te gētes. Quare ergo dicit in solitudine in inaq-
so. Rūsiō q nisi hō habeat deū secū p grām ipse
est solitari⁹ z desertus q̄tūcūqz sit multis genti-
bus associat⁹. Et quia tūc mūd⁹ nō habebat de-
um incarnatū nec aquas doctrinarū seu angeli-
carū. Iō vocat mūdū desertū z inaquosum Si
dicat ab aliq iudeo qundā fons doctrinae moy-
si rigabat totū mūdū zc. Dico q nō fuit fons aq
sed arene terrenozū. Patet q̄ quo totus mūdus
errauit a viā paradisi. Sed mō iam possum⁹ ire
viā rectā ad paradysum. Quia in xpi natiuitate
inuenimus viā. quia sicut pegrini qui vadūt ad
aliquā notabilē pegrinationē in biujs inueniūt
aliquō signū vel crucis vel lapidis. s. monstrans
viā rectā ne errent viā. Sic deus pater nob vi-
atoribus z pegrinis misit filiū suū. quē nob ddit
in signū certū ne erremus viā paradisi. Iō de
ipso dicit Lu. in themate. Ecce posit⁹ est hic in si-
gnū. s. vie padisi. patz thema. Deinde dicit euā-
gelistū cui dīcēt. **N**ō in xpo nouitē nato triplex
signū p eūdo ad paradysum z cuilibet signo dī-
cēt a multis. Que signa dedit angel⁹ pastoribus
di. Hoc vobis signū inuenietis infantē pannis i-
uolutū z positum in p̄sepio. Lu. ij. Ubi dīc tria
signa. scz De integra puritate. cū dicit inuenietis.
zc. De volūtaria paup̄tate. cū dicit pannis zc.
De vera humilitate. cū dicit. positū in p̄sepio.
Pro qlibet triū dicit thema. Ecce posit⁹ est h in
signū. **D**ico p̄mo q signū qd habem⁹ in xpi-
sto nouitē nato ē integra puritas. Puritas dī-
tegra qn̄ p̄sistit tā in corpe q̄ in aīa. qz aīa nō est
hō nec corp⁹ est hō. sed totū in simul corp⁹ z aīa
est homo. Sic qn̄ hō seruat puritatē in corpore
a prauo ope nō dicit. pprie pur⁹ nisi etiam fuet

puritatē in aīa expellēdo ab ipsa malas cogitat-
ones. z desideria p suo posse. hinc ē q dñs dās
legē dedit duo p̄cepta puritatis. Unū p corpo-
re dī. Nō mechaberis. Aliud p aīa dī. Nō concu-
pisces vxorē pximi tui. q. d. nō sufficit fuare cor-
pus purū s etiam aīam. h signū puritatis dedit
angel⁹ de xpo dī. Inuenietis infantem. Voluit
xps nasci iā adult⁹ vt adā sed infās puul⁹ vt ce-
teri. z h in cōmendationē puritatis. qz infantes
nullā habēt corruptionē luxurie nec in corpe nec
in aīa. Dico exemplū de euāgelio qd recitat a tri-
bus euangelistis. Matth. xix. Marc. x. z Luc.
xviij. de gentibus que ex deuotione portabant i-
fantes ad iesum ch̄stū. vt tangeret ipsos. quos
discipuli phibebant sed iesus indigne tulit. dī.
Sinite paruulos venire ad me z nolite phibere
eos. taliū em̄ est regnū celozū. q. d. q magni z lu-
xuriosi vadunt ad infernū. Dicit Marc⁹ q am-
plexabat infantes de vno ad alium imponendo
manus sup illos. quo facto dixit. Amen dico vo-
bis quicūqz nō recepit regnū dei sicut puer non
intrabit in ipsum. Luc. xviij. Nota vt puer. id ē
purus. patet ergo q signum in ch̄sto nobis da-
tum est integre puritatis. cū dicit. Inuenietis in-
fantem. hoc signum secreta fuit ostensum Raab
meretrici. vt legiē Josue. ij. qn̄ filiū israel debue-
rant intrare terrā p̄missionis. vt capent ciuitatē
hierico. z miserunt exploratores. dixit Raab
meretrix exploratoribus iudeozū. noui q domi-
nus tradidit vobis terrā hāc. etem̄ ruit i nos ter-
ror vester z elāguerūt homines habitatores ter-
re. Dñs em̄ vester ipse est deus in celo sursum et
in terra deorsum. detis mihi vnū signū vt salue-
tis patrē meū z matrē z sorozes meas z omīa q̄
illozū sunt z reseruate nos a morte. Qui dede-
runt sibi funiculum coccineū vt ipm poneret in
fenestra appensum. z hoc signo saluata ē. Talis
est psona luxuriosa deus ordinavit z restrinxit
ne illud opus fiat nisi inter viz z vxorē matrimo-
nialiter coniūctos. hec mulier raab noīe z etiam
officio sigt psonā luxuriosam. Raab em̄ interp̄-
tatur dilatata. sed luxuriosus vult dilatari z am-
pliari. d. **V**xor mea est senex vel ifirma turpis
vel sterilis vel dimisit me. ideo zc. Ecce hec Ra-
ab dilatata meretrix. de qua dixit dauid in pso-
na ch̄sti. **M**emor ero raab babylonis. i. perso-
ne luxuriose z cōfuse que nullū ordinē fuit. nec
modū de qua memor ē xps in die mortis z iudi-
cij. Signū q poterit saluari est suspēdere funicu-
lum coccineū in fenestra. Funicul⁹ iste ē castitas
z ē de trib⁹ filijs. qz q vult viuere caste oportet q
fuet tria. scz. Orationē spūalem. Afflictionē cor-
poralem. Vitationē socialem. Ofo spūalis ē qn̄
fit deuote genib⁹ flexis mēte eleuata cogitādo q
videat xpm iratū s vos zc. h mō aīa retinet a
malis cogitationib⁹ z desiderijs. Etū ad scōm-
nēria ē afflictio corporal⁹ ne caro saltet siue rebel-

let. qm sic oſo eleuat aiam. ita afflictio corpaſ de
 primit carnē. Tertiuſ neceſſariū ē vitatio ſocialis
 ſine qua nihil valent duo prima. Cauere ab omī
 cōſortia mulierū ab omī mala ſocietate ⁊ impoſ
 tunitate. Iſto modo ſeruaf caſtitaſ. Ecce funi /
 culuſ triplex. De quo Salomon. Funiculuſ tri
 plex difficile rumpit. Ecceſ. iij. ſecus ſi ſit ſolum
 ſimplex vel duplex. Quare dicit q̄ erat coccine⁹
 Ego dicā. quia caſtitaſ debet ſeruari in memori
 am paſſionis ieſu xpī. q̄ erat tor⁹ coccine⁹. i. ſan /
 guineuſ in die ſue paſſionis dicēdo intra ſe. xp̄ſ
 ita p̄ me fuit paſſuſ ⁊ ego dabo corpi delectatio
 nem abſit. Ideo dicit apoſtoluſ. Recogitate eū
 qui talem ſuſtinuit a peccatorib⁹ aduerſuſ ſe /
 metipſum ꝑ dictionem vt nō fatigemini animiſ
 veſtriſ deficiēteſ. Rōdū em̄ vſq; ad ſanguinem
 reſtitit aduerſuſ peccatū repugnāteſ. Heb. xij
 Quare dicit q̄ appendat ad fenestrā nunq̄d ſuf
 ficeret ip̄m tenere in foramine. Dico q̄ quilibet
 debet ſe taliter habere in ſua cōuerſatiōe in inceſ
 ſu. ſtatu habitu. q̄ omēſ dicant vere caſta p̄ſona
 eſt iſta. Ecce qualiter funicul⁹ caſtitaſ appendi
 tur in fenestra cōuerſationiſ. Aliq̄ tenent ipſum
 abſconditū in foramine. ⁊ qñ redarguunt dicūt
 ſufficit mihi. Deuſ hoc ſcit. ſed nihil valet. opoz
 tet em̄ q̄ ſit in fenestra. Ideo dicit apl̄ſ. Provi
 denteſ bona nō tm̄ corā deo. ſed etiā corā hoib⁹
 ad Rhoma. xij. Ut omēſ dicant. vere bon⁹ ho
 mo vel bona mulier. ⁊ caſta videt̄ in omib⁹. Ec
 ce ſignū puritatiſ. de q̄ dicit thema. Ecce poſit⁹
 eſt hic in ſignū. Huic ſigno cōtradicit̄ a multis.
 ⁊ quot cōtradictiōeſ ſiunt quotidie chriſto.
 in iſto ſigno tam a religioſiſ p̄ſoniſ ⁊ clericis q̄
 a layciſ. demōſtrādo ⁊ alijs. quia tor⁹ mūd⁹ ē
 corrupt⁹. De iſta ꝑ dictione dicit p̄pheta. Ue q̄ ꝑ
 dicit factori ſuo teſta de ſamiſ ſre. Eſa. xlv. Sa
 miſ dicit̄ a quadā inſula ſic vocata i qua fuit ꝑ
 mo inuenta opatio de terra. p̄ſonā luxurioſā vo
 cat teſtā de ſamiſ terre. i. illi⁹ inſule. qz ad iſtar
 op̄iſ terre luxurioſuſ ad extra eſt totuſ pictuſ
 ſiue ornatuſ. ſed intuſ eſt tor⁹ corrupt⁹ ⁊ prau⁹.
 ⁊ hoc de ꝑmo ſigno. ¶ Scōm ſignū ē volūtariē
 paup̄tatiſ. Si dicat̄. qd eſt paup̄taſ volūtaria.
 Ego dicā. Nota hic treſ grad⁹ paup̄tatiſ volū
 tariē. ꝑmuſ eſt ex ꝑncipio. ſecūduſ ex fine. tertiuſ
 ex medio. ꝑrim⁹ grad⁹ ex ꝑncipio eſt. qñ hō di
 mittit diuitiaſ volūtariē habitaſ ⁊ habēdaſ et
 amore xpī vult viuere in paup̄tate. Iſte grad⁹ ē
 maior ⁊ iſtū habuerūt apoſtoli ſancti dicēteſ Ec
 ce noſ reliq̄muſ om̄ia. Mat. xix. Nō dicit om̄ia
 reliquerūt noſ. ſed noſ reliq̄m⁹ om̄ia. ſi non
 habebāt om̄ia quō reliquerūt om̄ia. Rūſio. Re
 liquerunt om̄ia que habebāt ⁊ etiā om̄ia illa que
 poterant habere ⁊ volūtariē habēdi. Ad iſtū gra
 dum paup̄tatiſ volūtariē tenent̄ religioſi ex obli
 gatiōe voti. Secūdu⁹ grad⁹ paup̄tatiſ volūtariē di
 citur ex fine qñ diueſ quuſ mō dimiſit om̄ia ⁊ di

placet ſibi. Sꝑ poſt cogitāſ intra ſe dicit. qre tri
 ſtor qz etiā habebā dimittere ⁊ amittere hodie vlt
 cras. ⁊ ſic facit de neceſſitate virtutē ſe ꝑſolādo acce
 ptādo qd de⁹ fecit. tal⁹ paup̄taſ bona ē. ſed ꝑmā
 eſt melior In iſto gradu fuit Job q̄ oīa ꝑdidit et
 diſplicuit ſibi a ꝑncipio ⁊ ſcidit veſtimenta ſua et
 tōſo capite coruit i terra. Sꝑ poſtmodū ꝑſolādo
 ſe dixit. Quid⁹ egreſſ⁹ ſum de vtero mat̄i mee et
 nud⁹ reuertar illuc. Dñſ dedit dñſ abſtulit. ſit
 nomen dñi bñdictum Job. ſ. Nota nud⁹ egredi
 tur hō de vtre m̄riſ cū miſerabili camiſia q̄ ſtati
 lacerat̄ ab obſtrice. ⁊ nud⁹ reuertit̄ hō cuz alia
 miſerabili camiſia. ſ. litheo. Hec paup̄taſ ē etiā
 bona ⁊ meritoſa rōe paciētiē. vt di. Ambro. di.
 xlviij. Sic hi. nō tm̄ vt ꝑmā. Terci⁹ grad⁹ paup̄
 tatiſ volūtariē nō ex ꝑncipio neq; ex fine. ſ ex me
 dio ē qñ hō lz habeat mltas diuiciaſ ⁊ poſſeſſio
 neſ ⁊ reddit⁹. nō tm̄ ponit ibi cor ſuū. ſz de ip̄iſ ſz
 uit ſibi i neceſſarijs ⁊ de reſiduo facit magnas ⁊ laz
 gas elemoſyāſ Tales paup̄eſ reputant̄. De iſtū
 d̄ d̄. Diuicie ſi affluāt. ſz de bono iuſto. nolite
 cor apponere. lz poſſint man⁹ appōere ad licite cō
 gregādū ꝑputandū. deſtribueduz. De hiſ trib⁹
 gradib⁹ paup̄tatiſ volūtariē d̄ agel⁹ ad paſtores
 de xp̄o. Hoc vob⁹ ſignuz inueniet̄ infantē p̄antiſ
 inuolutū. Lu. ij. Nota p̄antiſ nō d̄ ſericlinolu
 it eū ſ p̄antiſ qd notat paup̄tatē qz paup̄ d̄ p̄ano
 ſuſ. De h̄ ſigno habet̄ figura Gen. ix. Dic bñt̄
 h̄yſtoriā quō Noe ⁊ filij ei⁹ cū vxorib⁹ ꝑ diluuiū
 um fuerūt ex arcā. dñſ cōſolādo eoſ qz timebāt
 ne pluuiā rediret. cū iam ꝑ annū integrū ſteriffet̄
 in arca. dixit eiſ de⁹. non timeat̄. Arcū meū po
 nam in nubib⁹. ⁊ erit ſignū federiſ in̄ me ⁊ i raz
 Gen. ix. Nota. q̄ iſte arc⁹ celeſtiſ ſignificat paup̄
 tatē volūtariā. Rō qm̄ arc⁹ ē curu⁹. Ita ⁊ pau
 per vadēſ humiliſ. Sec⁹ de diuite q̄ incedit totuſ
 rect⁹ ⁊ ſupbe. Itē arc⁹ d̄ celeſtiſ. ſic ex volūtaria
 paup̄tate de⁹ ꝑmittit celū. Mat. v. Beati pau
 peſ ſpū qm̄ ip̄oz ē regnū celoꝝ Itē cōit̄ arc⁹ ille
 ē triū coloꝝ. ſ. de igneo de liuido ſiue blauio ⁊ de
 viridi In colore igniſ reſſet̄ ꝑm⁹ grad⁹ pau
 p̄tatiſ q̄ eſt ex ꝑncipio. qz p̄ſona inſlamata igne a
 moꝝ ⁊ deuotiōiſ dei. nō vult aliqd̄ in iſto mūdo.
 In colore liuido oſtenditur ſecūdu⁹ grad⁹ qui eſt
 ex fine quādo p̄ſona cōſolatur de amiſſiſ ex deſi
 derio celi. In tertio colore. ſ. viridi reſſet̄
 tertiuſ grad⁹ paup̄tatiſ qui eſt ex medio. qz
 ſicut arbor viridiſ facit fructum. Ita qui ſunt in
 iſto gradu faciunt fructum elemoſynarum ⁊ mi
 ſericordiā. Diuitib⁹ huiſ ſeculi ꝑcipe nō
 ſublime ſapere neq; ſperare in incerto diuiciā
 ſed in deo viuo qui ꝑſtat nobiſ om̄ia abunde
 ad fruēdū. Quid ergo ꝑcipe bñ agere. diuiteſ
 fieri in boniſ operib⁹ facile tribuere cōmunicare
 theſaurifare ſibi fūdamētū bonuz i futurū. ſ. ad
 Thi. v. Cū ḡ d̄ dñſ Arcū meū. i. paup̄tatē volū
 tariā ꝑoꝝ i nubib⁹ celi. i. ſc̄iſ apl̄iſ ⁊ viriſ apo

¶ Dñica infra octa. natiuitatis xp̄i

stolicis. Et erit signum federis inter me et terram. quia sicut nubes sunt medie inter celum et terram a quibus venit pluuia. tonitrua et fulgura. Sic apli et viri apli sunt medij int̄ deū et nos a quibus descendit pluuia. s. doctria. tonitrua cōmī nationū et fulgura inflātionū i amore dei et p̄ri De quibus dicitur. Qui sunt isti qui vt nubes volāt. Esa. lx. Huic signo cōtradicitur a cupidis et auari. et dominis temporalibus per rapinā. a platis per symoniam a iudicibus et aduscatis et procuratoribus per calumniam. a diuinibus et mercatoribus per vsuram. a religiosis per pprietatē et. int̄m quod xp̄us dicit. Tota die expandi manus meas ad populū nō credentem sed cōtradicientē mihi. Esa. lxxv. et ad Rhoma. x. Nota tota die expandi manus meas. s. dando pluuiam rosē panē vinū et omnia necessaria et. ad populum nō credentē. s. mādatīs nec cōsilij meis. sed contradicentē mihi. ¶ Tertiū signū vere humilitatis est quā gestus corporis et signa exteriora cōcordant cū corde vt. vt si homo habet oculos et oculos humiles quod etiā cor sit humile. Alias dicit scriptura sancta. Est qui nequiter se humiliat et interiora eius plena sunt dolo. Eccl. xix. Prop̄ quod angelus ostēdens nob̄ signū vere humilitatis dicit hoc vobis signū inuenietis infantē pannis in uolūtum positū in p̄sep̄io. Ecce hic exemplum infante humilitatis. Luc. ij. Magna humilitas fuit filij dei. quā voluit humiliari infra seraphinos. cherubinos. thronos et dñationes virtutes. potestates. principatus. archangelos et angelos. vt eēt homo. Nusquam angelos apprehēdit. s. semē Abrae apprehēdit. ad Heb. ij. Sed māter signū humilitatis fuit quā inter bestias voluit ponij in p̄sep̄io. qui dicit patri. vt iumentū factus sum apud te. et ego semper tecū. ps. Ecce signū vere humilitatis et quod signū saluationis. Nota figurā que habet Ezech. ix. vbi legitur. quod Ezechiel ppheta vidit deū iratum et furiosum volentē destruere ciuitatem sanctā hierusalem. et totā terram pmissiōnis. Ad quē ppheta. O dñe deus quare hoc. Cui dixit deus. veni et ostēdā tibi peccata populi et videbis rationē quare. Dic historiaz de illo homine qui venit cū attramento scriptoris. et de septē alijs hominibus ip̄m sequētib⁹ quorum quilibet habebat arma in manu sua ad occidendū. Dixit dñs illi qui portabat attramentariū. trāsī per mediā ciuitatē hierusalem et signa thau. sup̄ frontes viroꝝ gementiū et dolentiū. sup̄ cūctis abomīationibus que fiunt in medio eius. Deinde dixit septē hominibus ip̄m sequētib⁹. Transite per ciuitatem ip̄m sequēdo. et percutite nō per oculos vester neque misereamini senē adolescentulū nec virginem nec puulum. et mulieres interficite. Om̄em autē sup̄ quē videritis signū thau. ne occideritis. et a sanctuario meo incipite. Nota practicā signationis quō fiebat. Quā ille notarius trāsēundō videbat sacerdotes ridentes et gaudentes et. dice

bat eis. de quo ridetis ita et gaudetis. Rūdebāt Et nunquā debemus letari et gaudere et. quia habemus tot reddidit et. Dicebat ille. Spectet modicum. quia alij soluent vobis et. Quā videbat alios quos sacerdotes plorantes. dicebat. Quare ploratis. Rūdebant. Miseri. et nunquā debemus flere. quia tot peccata fiūt contra deum. Tunc dicebat. amoueat capitiū. et signabat eos signo thau in frōte. Idē fecit de militibus. ciuib⁹ et de alijs et de mulieribus. Tunc ppheta incepit clamare et dicere. heu heu heu dñe deus. Interiectio ē dolētis. Ecce historia hoc thau significat humilitatē tripli cōrōne. Prima quod significat crucem xp̄i. in qua christus voluit humiliari. et in maiori gradu humilitatis. Apl̄s. Humiliauit semet ip̄m factus obediens vsq̄ ad mortē. mortē autē crucis. ad phil. ij. Sc̄da. quod thau interpretat subter talis est humilitas vera. Tertia. quia thau ē vltima l̄ra hebraica. Sic semp̄ humilis vult esse vltimus in omnibus. Notari⁹ est xp̄us vt dicit glossa interli. quod ipse signat signo thau. quia ipse dat humilitatē paratis. Ideo Joh. Apoc. viij. Vidi alterū angelū ascendētē ab ortu solis habentem signū dei viui. et clamauit voce magna quatuor angelis quibus datū est nocere terre et mari. d. Nolite nocere terre et mari neque arborib⁹ quousque signemus seruos dei nostri in frontibus eorū. Nota alterū angelū. s. xp̄m. nō angelū natura s̄ officio. signemus nō dicit signabo. quod oportet quod homo se iuuēt ad signandū. cogitādo cū dolore peccata que fecit. et sic hō se humiliat. Nota in frontibus eorū. quia magis apparet. vbi notat quod humilitas debet apparere in incessu. vestitu in ornatu et alijs omnibus. Quia qui nō signat hoc signo humilitatis. venit in posse illorū sex hominū armatorū qui significant sex ordines sanctorū quod licet modo orēt pro nobis. tū in iudicio armabunt contra nos. Sapient. v. Armabit creaturā ad vltionem inimicorū. patriarche armabuntur et percutient cum gladio de misericordia et liberalitate. prophete cum ense deuotionis. apostoli cum gladio charitatis. Martyres cum scuto patientie. Confessores cum balista diligētie. Virgines cum gladio mundicie. Recipiamus ergo thau. id est. signum humilitatis. vt dicit David. Fac mecum signum in bono. vt videant qui oderunt me et confundantur quoniam tu domine adiuuisti me et consolatus es me. huic signo cōtradicitur a superbis vanis et pomposis. de quibus ppheta dicit christo. hi contradicūt sacerdoti. Osee. iij. Nota sacerdoti. i. christo. cui dicit de⁹ pat̄. Tu es sacerdos in eternū s̄m ordinē melchisedech. ps. cix. Ideo dicit christus. Discite a me. quia mitis sum et humilis corde. Matth. v. undecimo. Ecce hic tria signa posita in via paradisi. Sed vtinam non contingat nobis sicut beato Machario. cuius signa arundinea diabolus sibi

amouit de via. Ita deus pater filius et spūscūs in nemore hui⁹ mūdi posuerūt nobis tria signa. puritatis. paupertatis. et humilitatis. sed diabol⁹ iam amouit. Ideo pater filius et spūscūs cōque runē di. ps. lxxij. Signa nostra nō vidimus. iā nō est ppheta. quia iā inter religiosos non apparet signū puritatis paupertatis et hūilitatis. nec inē laicos nec clericos. Ideo Dauid. Posuerūt signa sua signa et nō coguerūt. ps. lxxij. qz iā p diabolū amota sunt de via.

De eadē dñica. Sermo. ij.

Ecce positus est hic in signum. Luc. ij. Deus pater fecit nobis de filio suo sicut solet fieri euntibus ad sc̄m Jacobū vel ad notabile pegrinationē. Nam in biuis occurrentibus ponit aliquod signū. vel crucis vel lapidis in via directa ne errēt. maxime qñ ē stricta et vix apparens et alia via ē patens et lata. sic in pposito. Juxta illud Mat. vii. Spaciosa ē via que ducit ad pditionem et multi sunt qui intrāt p eā: q̄ angusta porta et arcta est via que ducit ad vitā et pauci sunt qui inueniunt eam. Ideo ne errem⁹ in eundo. datus pater posuit nobis in via directa penitentie filiū suum in signū dicens. Hoc signum vobis inuenietis infantē pannis inuolutum positū in p̄sepio. Jō dicit thema. Ecce positus est hic in signū. Nō hic figurā de signo thau q̄ soli signati saluabunt a morte Ezech. ix. vbi declaranda tria sunt.

Primo de viro induto de lineis

Secdo de signatiōe quā fecit

Tertio de sex viris interficiētib⁹ nō signatos. Q̄tū ad p̄mū. vir lineis indutus ē christ⁹. vt dicit glosa. quia q̄diu sumus in ista vita xp̄us est nobis indutus de lino ppter dulcedinē misericordie. quā habet erga peccatores penitentes. Auctoritas Apoē. j. Cōuersus vidi similem filio hoīs vestitū podere. s. alba. Nota conuersus. qz q̄tūcūq; homo fecerit plura peccata et graua et si vult cōuerti et facere penitentia videbit xp̄m indutum. s. de lino misericordie. Sed post hāc vitā videbit ipsuz armatū totū de ferro vt homo armorum. Auctoritas. Accipiet armaturā zelus illi⁹ et induet p thorace iusticiā. et p galea iudiciū certū. Sumet scutū inexpugnabile equitatē. acuet autē dirā iram in lanceā et pugnabit cū illo orbis terrarum cōtra insensatos etc. Sapient. v. Nota zelus illius. quia nunq̄ aliquis homo fuit ita zelotipus de vxore sua sicut christus de anima nra. quā tanto p̄cio em it et redemit. fm illud. Empti em est p̄cio mag. j. Cor. vi. Jō dixit de moysi De⁹ tu⁹ fortis. zelotes. Exo. xx. Et sic hō armaret se cōtra vxorē si recederet ab ipso et iret ad lupanar cū aliq̄ ribaldo lenone. Ita christ⁹ q̄ in baptismo desponsauit aīaz. Ozec. ij. Sponsabo te

mibi in fide. Ecce qualis honor. Sed qñ peccat mortaliter recedit a sponso suo christo. et vadit ad lupanar. et sunt septem lupanaria. et septez lenones. Primū lupanar est de supbia. cui⁹ leno est leuiathan. qñ ergo xp̄s querit a scutifero. scz angelo vbi est sponsa mea. Rūdet angelus dñe recessit et iuit ad lupanar cū leuiathan. ppter qd christus armat et cōcordat. Esa. ix. di. zelus dñi exercitū faciet h. et sic d̄ alijs lupanarib⁹. Xps armat se pmo thorace vel lorica de iusticia. Nūc ip̄e portat camisiā lineā intm q̄ si mittis sibi irato vnā sagittā deuote orationis vt si dimittat tibi peccata statim vulnerat. de hoc ip̄emet dicit. Vulnerasti cor meū soror mea sponsa mea vulnerasti cor meuz in vno oculoꝝ tuozū in vno crine colli tui. Can. iij. Nota quō oratio fit duob⁹ modis siue duplex est oratio. quedam est intellectualis. de qua Exo. xiiij. de moysi q̄ orabat et tñ ore nihil dicebat. et talis oratio vocat̄ icr⁹ oculi et sagitta que vulnerat cor xp̄i. Ideo dicit cor meū in vno oculoꝝ tuozū. Alia oratio ē vocalis que dicit̄ ore et ista exiit p collū que mouet̄ cū p̄dere. et de ista dicit̄ i vno crine colli tui. et ista oratio vocat̄ crinis q̄ mouet̄ vna sufflatiōe. Sz post hanc vttā in alio mūdo christus ē ita armat⁹ in tantū q̄ si homo mori⁹ impenitēs nō pōt vulnerari nec tangi. Rō est. quia armatus de thorace rigoris iusticie. vnde legit̄ Luc. xvj. De illo diuite qui nunq̄ potuit obtinere guttā aque quam petebat orando di. Pater abraā etc. Et in capite accipiet p galea iudiciū certum. Modo videt̄ surdus et cecus. surdus quia nō videt̄ q̄ audiat iuramēta et blasphemia s quas facitis. Et cecus quia videt̄ q̄ nō videat tot peccata que sūt. q̄a nō facit iusticiā videt̄ q̄ nullū habeat iudiciū. sed post mortem accipiet p̄o galea iudicium certum. quia sicut galea stat in capite. ita ibi erit sapientia iudicij. Tunc dicet. nō es tu ille qui fecisti talia etc. O dñe credebam q̄ essetis surdus et cecus. Dico autem vobis q̄ omne verbum ociosum quod locuti fuerint homines reddent rōnē de eo in die iudicij. Mat. xij. Piere. Regnabit rex et sapiēs erit et faciet iudiciū et iusticiā in fra. Hiere. xxij. Itē sumet scutum inexpugnabile nō de asseribus. sed scutū forte d̄ cornu cū venis etc. inexpugnabile cū quo fugabit oēs sagittas supplicationū et orōnū etiā oīm sanctorū si oraret̄ p aliquo impenitente. qz nō p̄nt scutuz penetrare. Sec⁹ mō. qz si tu ip̄e. mittis sibi vnā sagittā siue vnū telū orōnis deuote dicēdo. De⁹ ppiti⁹ esto mibi pctōzi statim penetrat. Itē i māu dextra accipiet lanceā q̄ vno ictu penetrabit oēs pctōzes impenitētes dādo sniaz diffinitiuā. di. Discedite a me maledicti. etc. Mat. xxv. Ab illa lancea nos custodiat dñs. Itz q̄ q̄s ē iste hō idur⁹ d̄ lino. nūc q̄ p̄tūmī ad dñm deū vřz qz benign⁹ et misericors est. quia indur⁹ de lino modo. Q̄tū ad secundū

In festo Circūcisionis dñi

videndū est de significatione quā facit tinctor et significat suā magnā charitatem. Calamus suaz magnā misericordiam. Tinta siue incaustu ē sua magna gratia erga nos. Signat psona signo thau i cōfessione qñ cōfessor absoluit peccatores ad extra. Similiter christus signat ipm in aia intus. De hoc dicit christus cōfessorib⁹. Signem⁹ seruos dei nostri in frontib⁹ suis. Apoc. vii. nō q sit character indelibil. sed est quidaz ornatus ad instar mulieris pulchrā coronā portantis in qua adde ret pulchra stella p ornatu. Sed nota quib⁹ personis debet dari signū thau. sup frontib⁹ viroz gementiū ⁊ dolentiū sup cunctis abhominatiōnibus. Nō ergo debet dari illis qui veniūt ridēdendo vel excusando se vel peccata abscondendo. Tales nō sunt signādi signo thau. imo damnatus est cōfessor qui tales absoluit sed debz eis dicere vadatis. quia ira dei soluet ⁊c. Ido dicit signemus suos dei nō seruos diaboli. scz nō contritos. Idem de mulierib⁹ que qñ sunt ad pedes cōfessoris dicunt pater noster vel auemaria. vñ dicunt nō recordor de aliquo peccato. Sed si cōfessor esset astutus ⁊ interrogaret ⁊ diceret qd d alia vicina vestra ipa diceret de illa omnia peccata in ortalia ⁊ etiam venialia s de se nō recordat. Sic quō confessio est faciēda ad instar alicuius qui habet reddere compotū ⁊ cogitat ⁊ videt et numerat. Idem ⁊c. Deinde signat signo thau s iram dei vīdandā ⁊ aia portat illud signū in fronte. ⁊ qñ exit de corpore demones qñ vident illud signū turbant. **Autoritas.** Turbabunt gentes supple infernales ⁊ timebunt qui habitant tēnos a signis tuis exitus matutini ⁊ vesp̄i delectabiles. ps. lxxiij. ppter hoc dauid sciēs virtutē hui⁹ signi orando dicebat deo. Fac me cū signū in bono vt videant qui me oderunt ⁊ cōfundant qñ tu dñe adiuuisti me ⁊ cōsolat⁹ es me. ps. lxxxv. **Item** ad tertium de sex viris armorū interficientibus nō signatos. hi sunt sex ordines sanctorum qui sunt in celo scz patriarche pphete. apostoli. martyres. p̄fessores. ⁊ virgines. qui modo sunt ad instar christi induti sed post hanc vitam armabunt cū christo. **Autoritas.** Armabit creaturam. i. vniuersitatem sanctorū ad vltionē inimicorum ⁊ pugnabit contra insensatos. Sapiē. v. Nota contra insensatos. ergo nō cōtra me dicē sapiens. Sed quot sunt qui nō credunt imo putant se esse sapientes. Nota sex conditiones stultorum. Prima est auarozū qui totam vitam suā ponunt in pecunijs ⁊ bonis temporalibus ⁊ non curant de spiritualib⁹. Contra istos insensatos pugnabit christus in iudicio quādo ania exit de corpore dicēs Michaeli. voca patriarchas qui venient armati quib⁹ dicit christus. vos q fuistis misericordes ⁊c. quid vob videt⁹ scienduz de illo auaro vsurario ⁊c. Tūc ibi cum gladio liberalitatis pcutient dicēdo. Iudiciū sine misericordiā

fiet illi qui nō fecerit misericordias. Iaco. ij. Isto ictu miser cadit in infernū. Secūda cōditio stultozū est in deuotozū qui nō honorāt deū. nec scōs nec ecclesias. nec suos di. imo iurāt ⁊ blasphemāt deū ⁊ sanctos. de ecclesijs faciūt lupanaria vitupant seruos dei. qñ tales moriunt⁹ sunt in iudicio vocant⁹ pphete qui veniūt armati. quib⁹ dicit christus. vos qui fuistis homines deuoti quid videt⁹ vobis sciendū de his in deuotis ⁊c. Qui lācea deuotionis pcutient dicētes. Dñe maledicti erunt qui contempserunt te ⁊ condemnati q blasphemauerunt te. Tob. iij. Tertia est inuidozū q non possunt videre bonū p̄mi absq̄ dolore cordis qui pcutiunt⁹ ab apostolis ense charitatis. d. qñ nō fuerunt charitatiui. Omnis qui odit fratrem suum homicida ē. Et scitis qñ homicida nō hz vitam in se manentē. s. Joh. iij. Quarta est vindictiuozū qui nolūt remittere iniurias p̄p̄ christum. nunqd esset magna stulticia pcutere seipsum gladio in pectore. ita faciunt vindictiuū q p̄mo occidūt aiam suā vt possint occidere a sinuz p̄mi. i. corpus. Qui pcutiunt⁹ a sanctis martyribus Georgio Vincetio ⁊c. qui fuerūt patientes q pcutiūt cū axa. di. Vos dñe dixisti vindictiuus pater meus celestis tradet vos tortozibus. nisi remiseritis vnusquisq̄ fratri suo de cordib⁹ vris. Mat. xvij. Quinta ociosozū q nolūt laborare in bonis opibus quib⁹ cōtingit vt mercatori stulto qui nō vult emere tempe ferie. sed post ⁊ cōstat sibi florenū quod poterat habere p vno denario tpe ferie. Qui pcutiunt⁹ a sanctis cōfessoribus. s. Martino. Bñico ⁊c. q fuerūt diligētes cum apls dicat. Si q̄s nō vult opari nō māducat. s. panē gl̄e. ij. Theb. iij. s. mittent⁹ ad hospitale miserozū. s. ad infernū. Sexta ē luxuriosozū q sunt insensati ad instar illi⁹ q in supiori domo tenebat magnas mercatias ⁊ in domo inferiori tenebat paleā. volebat se calefacē icēdit paleā ⁊ amisit oēs merces ⁊c. Sic dom⁹ supior ē mēs vbi sunt merces meritozū. Dom⁹ inferior vbi sūt palee sensualitat. Quñ g luxuriosus vult se calefacē accēdit ignē in domo inferiori. s. i sensualitate ⁊ cōburit etiā q̄cqd ē in domo supiori. qz amittit omnia merita. Per vnū em̄ p̄ctm luxurie puta fornicatiōis v̄ adulteriū ⁊c. oia merita mortificatur. Similiter ⁊ p q̄libet mortale. De q̄ vide sc̄m Tho. pulchre differētē. Ignis ē vsq̄ ad p̄sūptiōnē deuozās ⁊ oia eradicās germinā. Job. xxxj. Et loquit⁹ de luxuriosis q pcutiunt⁹ a v̄ginib⁹. s. katherina vsula ⁊c. Que p̄p̄ fetozē claudūt sibi nasum cū manica di. Nō intrabit in eā. s. gloriā aliqd cōinānatū aut abominationē faciēs ⁊ mēdaciū Apoc. xxj. Attēdam⁹ g ad signū de q̄ dicit⁹ thema. Ecce positus ē h in signū. s. virtutū ⁊ in vīam rectā penitētie vt habeam⁹ grām in p̄senti et in futuro gloriā.

In festo circūcisionis xpi. Sermo

Aparuit benignitas et humanitas saluatoris. ad Titum. iij. et in epla In hac die que est caput anni sancta mater ecclesia facit festum circūcisionis dñi quā hodie voluit recipere ppter rōnes quas declarabo. Materia erit factis speculatiua et cōtinet multa secreta. Si bñ vultis attendere optime eā intelligetis. Sed primo salutem vgo Maria etc. Aparuit benignitas etc. Dies ista dicit solēnis ppter tria singuliter que hodie fuerūt facta in psona infantis dñi nri iesu christi que tangunt in themate.

Primū fuit susceptio circūcisionis dolorose. Scdm fuit effusio sanguinis p̄ciosi

Tertiu fuit donatio nois virtuosū. que notatur in themate. Primū ostēdit cū dicit Aparuit benignitas. scdm cū dicit et humanitas. tertium cum dicit saluatoris. Ergo aparuit etc. Primū quod hodie fuit factū in psona infantis dñi nostri iesu christi fuit susceptio circūcisionis dolorose. Omnes intelligitis quid est circūcisio. s. incisio p̄pucij. illius p̄tis hominis verecūde que cū magno dolore et piculo dabat intantū q̄ multi pueri ex hoc moriebant. Hanc circūcisionem voluit hodie habere siue recipere dñs iesus christus die. viij. iuxta p̄ceptum Moyse dicens. In fans octo dierum circūcides in vobis omne masculinū in generationib⁹ vestris tam vernaculus q̄ empticius circūcides et quicūq̄ fuerit de stirpe vestra. eritq̄ pactū meum in carne vestra i fedus eternū. Masculus cui p̄pucij caro circūcisa nō fuerit delebit d̄ p̄lo meo. quia pactū meum irritū fecit Gen. xvij. Idem p̄cipit Veni. xij Mulier que suscepto semine pepit masculū immūda erit septē dieb⁹ et die octava circūcides infantulus. Ecce p̄ceptū legis strictū graue et dolorosum. Hoc p̄ceptum xp̄s voluit seruare et complere. In quo videtur mihi q̄ chastus tenuit modū diuitis plures captiuos habētis qui volens suos captiuos custodire dat eis signū annuli in tibia. Sic fecit dñs iesus qui recipit plim israel vt seruiret sibi et ip̄e esset dñs et dedit eis hoc signū circūcisionis di. Abrae qui fuit p̄mus qui ip̄az recepit. Circūdetis carnem p̄pucij vestri vt sit signū federis inter me et vos Gen. xvij Idē dñs deus qui tūc p̄cepit et dedit illd̄ signū p̄lo iudeorum factus homo hodie recepit illud signum vt captiuos liberaret ab illo signo. Ecce ratio quare christ⁹ hodie voluit recipere circūcisionē in qua ostendit suam infinitā benignitatem. Ideo dicit p̄ma clausula Aparuit benignitas. d̄ qua benignitate dicit bñs Luc. Ip̄e benign⁹ ē sup ingratos et malos. Luc. vj. Ingrī et mali sūt iudei qui noluerūt dñm suū recipere. q̄ maximam benignitatez ostēdit volēs se subijcē legi ad qm nō obligatur. sed vt nos liberaret et in filios nos

adoptaret. Hanc rōnē tangit apostol⁹ di. At vbi venit plenitudo tempis misit deus filium suū factum ex muliere factum s̄b lege vt eos qui s̄b lege erant redimeret. id est liberaret vt adoptionē filiorum dei recipemus. Ad Gal. iij. patet p̄ dicta ratio. Nota venit plenitudo t̄pis dñs de⁹ omnibus rebus mūdi hui⁹ dedit certū tempus et certam durationē. Salomon. Omnia temp⁹ habent. s. determinatū et limitatū et suis spacis trāseunt vniuersa sub celo. Eccl. iij. Circūcisioi dedit deus certū temp⁹ determinatū et limitatū et principium et finez et debuit durare quasi p̄ duo milia annorū. Principiū eius fuit in patriarcha Abraam. Finit⁹ eius in dño nostro iesu xp̄o. Inter duos istos terminos durare debuit pactum circūcisionis. Autozitas. Dixit de⁹ Abrae Ego sum dñs deus om̄ipotēs ambula corā me et esto p̄fectus ponāq̄ fedus meū inter me et te. et infra. Hoc ē pactum meū quod obseruabitis. in me et vos et semen tuū post te. Circūcides ex vobis om̄e masculinum. Gen. xvij. Complēmetuz ergo et plenitudo tempis denotat hic. Hic p̄t cogitare et videre quāta est cecitas iudeoz q̄s deus liberauit et liberos fecit et ipsi volunt eē captiui. Moraliter modo null⁹ vestrū obligat ad istā circūcisionē materialem. quia finita et terminata est in xp̄o. Et obligamur ad circūcisionem moralem siue spūalem. Sic em̄ tūc circūcidebat supflūū illi⁹ p̄tis et remanebat illud qd̄ erat necessarium. Ita moralit̄ ē nūc sciendū. Circūcidere oportet supfluum in illis p̄tib⁹ gladio discretiōis. Illi qui nō sunt de m̄rimonio nō curent de illo actu nec cogitando nec loquēdo nec opando aliq̄ mō imo occasiōes oportunitates et corruptiōnes vitare debēt. sed vir cū vxore h̄ qd̄ ē necessariū p̄ cōseruatiōe humane nature sine peccō committere p̄t fruādo modū debitū omnib⁹ supfluis circūcisis. Hec circūcisio ē nob̄ necēria ad saluationem. Id̄ xp̄s. Sūt eunuchi q̄ castrauerūt seip̄s ppter regnū celozū q̄ p̄t cape capiat Mat. xix. Talib⁹ dicit apls. In xp̄o iesu circūcisi estis circūcisione nō manu facta in expoliatiōe corporis carnis. sed in circūcisione xp̄i. s. spūali etc. ad Col. ij. Nota est expediens q̄ sicut quelibet persona tenet ad istā circūcisionē morālē. ita et quelibet cōmunitas debet circūcidere publicas putas seu meretrices que stāt p̄ vicos ciuitatis et expellere eas d̄ cōitate et solū retinere lupanaria ad remediū. Scdm q̄ hodie fuit factū in psona infantis iesu xp̄i fuit effusio sanguinis p̄ciosi Et hoc ostēdit cū dicit. Aparuit humanitas. vera humanitas xp̄i aparuit in circūcisione in sanguinis effusione sine qua nō poterit dari. Id̄o legit̄ Exo. iij. de zephora. Tulit illico zephora petrā acutissimā et circūcidit p̄pucij filij sui dic. Spon sus sanguinū tui mihi es ob̄ circūcisionem. Vide tur mihi q̄ christ⁹ in sua circūcisione tenuerit mo

In festo Circūcisionis dñi

dum magni mercatoris venientis ad feriā p̄ emēdo p̄ciosas merces quas nō soluit sed dat signū vel arram. Deinde tempe statuto soluit totuz p̄cium. Ita fecit dñs n̄r iesus christus qui venit d̄ celo in terrā in qua intrauit in die natiuitatis ad emendū p̄ciosas margarīthas. i. animas in feria hui⁹ mūdi di. mūdo. **B**a mihi animas cetera tolle tibi. **Sen. xiiij.** Preciū emptionis fuit tor⁹ sanguis christi soluendū in die veneris sc̄a in mensa cambiū. s. arboris sancte crucis s̄m quod erat ordinatum. **S**ed hodie dedit signū vel arraz vt se tenerent p̄ eo. **E**cce hic secunda ratio. q̄re xp̄us voluit hodie recipere circūcisionē in quo apparuit humanitas. **S**ciebat christus esse aliquos hereticos futuros ex ignorantia dicētes q̄ nō assumpsit verā carnē humanā sed corp⁹ aerēū vt angeli faciunt q̄n̄ apparēt hoībus. hoc est erroneum ⁊ cōtra articulū fidei di. **Q**ui pp̄ nos hoīes et p̄pter nostrā salutē descendit de celis ⁊ incarnat⁹ est de sp̄scō ex maria virgine ⁊ homo factus ē. **A**thanasī⁹. **P**erfect⁹ de⁹ p̄fectus homo ex ania rōnali ⁊ humana carne subsistēs. **E**t fuit cōpleta p̄phetia dauid de ista humanitate di. **H**ō natus est in ea. s. virgine maria ⁊ ip̄e fundauit eam altissimus. **C**ōstructio incipit hic. **I**p̄e altissim⁹ fundauit eā. **F**undamentū redemptiōis humanē aliud nemo potest ponere p̄ter id quod positū ē. **j. Cor. iij.** **I**n hoc fundamento passionis de⁹ fundauit hodie virgine mariā. **E**t ecce moduz quō. quia circūcisio que dabat antiquit⁹ erat figura passionis xp̄i ex decē circūstantiis que ibi circundabant que etiam seruare fuerunt in circūcisioe iesu christi quas virgo maria optime itelligebat quia s̄m q̄ dicit **O**rige. omēs p̄phetias itelligebat mirabiliter. **P**rima circūstantia que etiam iuxta circūcisionē est fuit q̄n̄ **J**oseph hodie dixit virgini **M**arie est voluntas dei q̄ filius vester accipiat circūcisionē. quia hodie sunt octo dies a sua natiuitate. hodie ergo debet dari. **R**espondit **M**aria q̄ erat volūtas dei. **T**ūc **J**oseph recessit a christo ⁊ a virgine **M**aria matre ⁊ iuit ad rabios ⁊ c̄. hoc figurabat q̄ sic in passiōe vn⁹ discipulus ei⁹ recederet ab eo ⁊ iret ad iudeos di. quid vultis mihi dare vt ego eū vob tradā. **A**d intelligens virgo plorabat. **S**c̄da fuit q̄n̄ **J**oseph venit cū multitudine iudeorū. quia sicut nos cōgregamur in baptismo pueri. **I**ta tunc iudei in circūcisione. hoc figurabat turbā magnā que venit cum gladijs ⁊ fustibus ad capiendū christuz in nocte sue passionis. **T**ertia fuit q̄n̄ virgo recepit filium suum ⁊ ip̄o recepto de p̄sep̄io presentauit q̄ ip̄m rabinis. hoc figurabat q̄ sicut in passione christus p̄sentaref iudicibus **A**nne ⁊ **C**ayphe **P**ylato ⁊ **H**erodi ⁊ virgo plorabat continue. **Q**uarta fuit q̄n̄ imponebat sibi h̄ nomē **J**esus. hoc figurabat sententiā passionis irreuocabiliter datam p̄ quā saluū fecit ip̄m suū a pecca-

tis eorū. **Q**uinta fuit q̄n̄ iudei elcauerūt sibi vestes. q̄d figurabat nudationē xp̄i in passione iuxta crucē. q̄d intelligens virgo flebat vberime. **E**t dicebant sibi **J**oseph ⁊ rabini b̄n̄ videf certe q̄ estis iuuenis. **S**exta fuit in circūcisione p̄puci tunc ex dolore infans iesus clamauit flendo q̄d figurabat clamorē quē fecit in cruce in passiōe alta voce. **C**ogitate fletū virginis **M**arie. **S**eptima q̄n̄ **M**aria in p̄ano de lino recipiebat sanguinē circūcisionis. quod figurabat q̄ in passione sic i pede crucis **M**aria in suo velo recipet sanguinē eius. **O**ctaua q̄n̄ imponebat sibi vnguentum in vulnere circūcisionis quod figurabat vnctionem sui corp̄is in sepulchro siue sepultura. **N**ona q̄n̄ virgo cum **J**oseph posuerunt filium in p̄sep̄io. q̄d figurabat q̄ sic in passione corpus poneref in sepulchro p̄ **J**oseph ab arimathia ⁊ **N**icodemo. **D**ecima q̄n̄ **M**aria plorabat sup̄ presepe respiciendo filium q̄d figurabat q̄ sic in passione virgo faceret planctū sup̄ sepulchrum. **E**cce quō altissimus fundauit eam hodie. s. **M**aria in fundamēto passionis. **I**deo dicit. **F**undamenta eius in montibus sanctis. **p̄s. lxxxvj.** **N**ota in montib⁹ sanctis pp̄ altitudinē cōtemplationis passionis xp̄i in dictis circūstantiis **E**x his leo papa extrahit moralitatē di. **A**gnosce o christiane dignitatē tuā ⁊ diuine conforis factus nature noli in veterē vilitatē de gratia conuersatione redire. memento cui⁹ capitis ⁊ cui⁹ corporis sis mēbrū. **R**eminiscere qz erutus d̄ p̄tate tenebrarum trāslatus es in lumen ⁊ regnū **P**oli te iterū seruitute diaboli subijcere. qz p̄ciū tuū sanguis xp̄i ē q̄ vitate te iudicabit q̄ miscōia te redemit. **E**rgo ex q̄ p̄ciū n̄re redēptiōis ē tā magnū ⁊ tāti valor! caueam⁹ ne vēdam⁹ nos diabolo modico p̄cio sup̄bie. **S**up̄b⁹ vēdit se diabolo modico vēto sup̄bie ⁊ vanitati. **A**uar⁹ vno denario. **L**uxuriosus modica delectatiōe. **G**ulosus vno cibo v̄l vna tacea vini **A**d cōscēdū q̄ta ē culpa illi⁹ q̄ peccat mortalit̄. **N**ō h̄ pabolā d̄ mercatore q̄ emerat margaritā p̄ciosā qm̄ cōmisit v̄xori ad custodiendum in panno inuolutā quā dedit pro folio lactuce. **Q**uilibet nostrū reputat h̄c mulierem fatuā fuisse. **S**ed vtinā nos nō sumus in eadem fatuitate. hic mercator est christus. **L**apis p̄ciosus seu margarita est aīa n̄ra que plus valet q̄ aliquid corpale que ē empta p̄cioso sanguine iesu christi. **j. p̄s. j.** **N**on corruptibilib⁹ auro ⁊ argento redēpti estis de vana cōuersatiōe paterne traditionis. i. venditionis sed p̄cioso sanguine quasi agni imaculati christi. **H**anc margaritam p̄ano carnis inuolutā christ⁹ cōmisit mihi ⁊ tibi ⁊ illi. **M**ulier transiens portans lactucas vel hm̄i est tēptatio. calor estatis ē ardens desideriū illius rei pro qua peccas mortaliter. tunc tradis diabolo margaritā p̄ tribus lactucis sc̄ cogitatione locutiōe ⁊ opatione. **I**deo caueatis

Sermo

alias dicit **David**. frater nō redimit. qz null' pu-
rus homo poterat redimere. dicit scūs **Tho. iij.**
pte. q. f. ij. scz q' nulla pura creatura potuit satisf-
facere p' natura humana. q. xlix. v. p'mū. **Itē. iij.**
scripto. di. f. q. f. ij. nonū. **Sz** satisfactio p' tota na-
tura humana debuit fieri p' mo' nē christi. qz de-
buit esse vniuersalis z exemplar cuiuslibet alteri-
us vt dicit scūs **Tho. iij.** dist. ij. capitulo. iij. z in
de veritate. q. xxix. vij. sextū. **Unde David** sub-
dit redimet homo scz deus. z nō dabit deo placa-
tionem aie sue. **Et** sequit' pena. laborabit in eter-
num z viuit adhuc in finem. quia efnaliter erit in
pena. ergo auisemur ne peccem' mortalit' **Ter-**
tium qd' hodie fuit factū in p'fona infantis **Iesu**
christi fuit donatio nois virtuosū cū dicit' salua /
toris. sicut nos mō imponim' nomen in bap-
tismo. hoc nomē iesus est virtuosum. quia omēs v-
tutes quas de' posuit in herbis lapidib' verbis
planetis stellis cōstellationib' omēs sunt z con-
tinent' in hoc bñdicto nomē iesus quod fuit ho-
die datū christo. **Lu. ij.** **Postqz** p'summati sunt
dies octo vt circūcideret puer. vocatū est nomē
eius iesus. **Circa** hoc nō q' hoc nomen iesus con-
ueniēter christo impositū est in sua circūcissione.
vt dicit' sanct' **Tho. iij.** pte. q. xxxvij. ar. ij. **Quia**
nomia debēt p'prietatibus rerū respōdere. **Et** b'
patet in noibus generū z specierū. qz vt dicitur
q'rtō metaphisice. ratio quā significat nomen est
diffinitio q' designat p'prietā rei naturā. **Noia** aut'
singularium hoim' semp' imponunt' ab aliqua p-
prietate ei' cui nomē imponit'. vel a tempe vel a
cognatiōe vel etiā ab euētu. vel ex aliqua quali-
tate. horū oim' exempla doctor scūs vbi supra in
corpe articuli ponit. **Sed** noia que imponuntur
aliq'bus diuinitus semp' significāt aliqd' gratui-
tum donū ei diuinit' datū. sicut **Gen. xvij.** dictū
est abrae. **Appellaberis abraham.** quia p'rem mul-
tarū gentiū constitui te. **Et Matth. xvj.** dictū ē
petro. **Tu es petrus z sup hanc petrā edificabo**
ecclesiā meam. **Quia** igit' xpo hoc mun' grē col-
latum erat. vt p' ipm omēs saluarent'. **Ideo** con-
ueniēter vocatū ē nomē ei' iesus. i. saluator. an-
gelo hoc nomen p'nunciāte nō solū matri s' etiā
ioseph q' erat futurus nutricius. **Idē** scūs **Tho-**
mas vbi supra. in solutione ad scōm dicit q' hoc
nomen iesus est p'prium xpo in q'tum significat
spūalem z vniuersalē salutē. **Nō** aut' vt p'ricula-
rem z temporalē. **Sic** em' his qui fuerunt añ xpm
potuit cōuenire hoc nomen iesus z plurib' ante
christū fuit in veteri testamēto impositū. vt patz
etiā ex genealogia christi. vbi dicit'. qui fuit her-
qui fuit iesu. q' fuit eliezer. **Lu. iij.** **Itē** b' nomen
iesus sigt' humanā naturā. s' xps habuit naturā
diuinā z humanā. vt dicit' scūs **Tho. iij.** pte. q.
xvj. ar. v. i corpe articuli vbi dicit' q' in b' noie xps
intelligit' z diuinitas vngens z humanitas vn-
cta. **Et** in tertio scripto. di. x. z. xj. cōtra gentiles

iiij. ca. xxxiij. **Hic** nota pulchrā speculationē. vi-
detur mihi q' spūscūs tenuerit erga xpm modū
quē tenent doctores vel scriptores erga librum.
et libro cōposito imponit sibi nomen vel titulu
de littera rubea iuxta materiaz de qua tractat li-
ber vt de aia vel de celo z de mundo z sic d' alijs
Sic etiā spūscūs cōposuit z scripsit libru. i. cor /
pus christi ipm formādo z organizando z aiam
cū potentijs creando in quo scripsit omnes vtu-
tes theologicas morales zc. **Ideo** dicebat de-
us pater spūsancto. **Sume** tibi libru grandem z
scribe in eo stilo hominis. **Esa. viij.** **Magnus** li-
ber fuit christ' quia existēs in terra rangebat ce-
lum z nō habebat titulu. sed hodie cū vermiliōe
de illo cornu spūsanctus ipm intitulauit nomē
iesus. **Hec** habet aliud p'prium nomen nisi istud.
Ideo quādo hoc nomē iesus nominat' in ecclesia
omēs christiani debēt inclinari. quia idē ē q' sal-
uator. **Ideo** dixit angelus ioseph. **Vocabis** no-
men eius iesus. **Ipe** em' saluū faciet populū suū
a peccatis eorū **Matth. j.** **Popul'** ei' sunt cre-
dentes in eum z sibi obediētes. **Nota** quō nomē
iesus rēp'sentat nob' modū nre saluatiōis triplr.

Primo interpretatione.

Secūdo p'nunciatione.

Tertio rēp'sentatione.

Primo modo iesus interpretat' saluator. **Secūdo** in
hoc nomine iesus sunt due syllabe. prima ē ie. in
qua sunt due l're. s. i. z e. **Hec** p'ma syllaba signifi-
cat humanitatē que consistit in duab' substātis
scz corpis z anime. **Nō** em' anima rōnalis ē hō.
sed homo est aliqd' cōpositū ex aia z corpe. vt di-
cit scūs **Tho. j.** pte. q. lxxv. ar. iij. **Uñ** z **Aug.**
xix. de ciui. dei. cōmendat rōnē p'bi qui hominē
nec animā solā nec solū corpus. sed animā simul
z corpus esse arbitrat'. **Similiter** nec aia est hūa-
nitas. quia vt doctoris sancti pbabilior ē senten-
tia. in rebus materialibus forma toti' sicuti hu-
manitas distinguit' realiter saltem partialiter a
forma p'tis vt ab anima rōnali. **Sic** igit' humani-
tas xpi in duab' cōsistit substātis saltē p'tialib'.
s' z corpis z anime. **Hanc** dist. btūs **Tho.** ponit
iij. dist. xliij. q. j. ar. f. q. ij. scdo z septimo **De-**
tha. **Item** in quotlibetis quotli. scdo. q. ij. scdo.
heclra. **I** significat aiam. z l'ra **E** significat cor-
pus. **Secūda** syllaba ē sus. hec significat diuini-
tatem christi. ppter accentū altum. **Et** habz tres
l'ras significantes triplicē honore qui christo de-
bet' s'm quod dicit' ap'ls. deus dedit illi nomē qd'
est sup omē nomē vt in nomē iesu omē genu fle-
ctat' celestium terrestriū z infernoz. ad **Phil. ij.**
Tertio rēp'sentatione. **Quibet** vult habere tabulā
et imaginem crucifixi. **Dico** q' hoc nomen **Ie-**
sus si subtiliter contempletur rēp'sentat cruci-
fixionem christi in qua fuit nostra salus siue sal-
uatio. **Primo** hec littera **I** significat crucifixuz
quia dicit' **Priscianus** q' **I** non est littera sed

In vigilia Epiphaniæ dñi

aspirationis nota. Ideo significat christū in cruce existentē. quia tunc nō fuit lra legibilis q̄ vitæ cognoscebat. **A**uidim eū r nō erat aspectus **Esa.** liij. **S**ed fuit aspirationis nota q̄ clamans voce magna expirauit. **S**ecūdo in hac lra h sunt tres linationes. s. linea recta que significat aiām chisti rectissimā. sc̄da est linea reuoluta que significat corp̄ chisti passibile r reuolutum in cruce. tertia linea est titel desup que significat deitātē que est sup om̄ia. **Lra** **I** significat latronē bonū ad dextram crucifixi crucifixum. duplici rōne. quia sicut **I** est pua lra. sic latro puulū se reputabat et humilē q̄ cognoscēs suos defectus dixit alteri latroni. **N**os quidē iuste digna factis recipim⁹. hic autē nihil mali gessit. **Luc.** xxij. **S**ecūda rō. quia sicut heclra i est recta. sic latro fuit rect⁹ q̄ dixit chisto. **D**ñe memeto mei dū veneris in regnū tuū. **H**ec lra. **S** significat latronē a sinistris chisti crucifixum. **R**ō. quia sicut heclra **S** ē reuoluta. sic ille latro fuit tortuosus r blasphem⁹ q̄ dicebat xp̄o. si tu es xp̄s saluū fac teipsum r nos **Luc.** xxij. **D**uo puncta que sunt in hoc nomine iesus significāt virginē mariā r iohannem euāgelistā. quorū vita stabat in puncto pp̄ dolorem passiois chisti. **I**do hoc nomē iesus ē uenerandū r sperandū in eo. **D**auid. **B**eatus uir cui⁹ est nomē dñi spes ei⁹ r nō respexit in uanitates r insanias suas. ps̄. xxxix. **I**do b̄tus **P**etr⁹ postq̄ in noie iesu curauit vnū cōtractum dixit. **N**ō est aliud nomē sub celo datū in quo oportet nos saluos fieri. **Act.** iij. **N**ota saluos fieri non solum in aiā sed etiam in sanitate corp̄ali intelligit. **D**ic moraliter cōtra illos qui recurrūt ad diuinos sortilegos cōiuratores r hm̄i. **I**deo dauid **S**i oblitus sum⁹ nomē dei nostri r si expandimus manus n̄ras ad deū alienū. nonne de⁹ requireret ista. s. ad puniendū r vindicandū. **I**pe enim nouit abscondita cordis. ps̄. xliij. **D**eo gr̄as.

In vigilia epiphaniæ dñi.

Heredes sumus

meliori genere magis diues etc. statim ponas au-
rem in lapide cogitando quomodo christus iuit indu-
tus. quia. xxxij. annis portauit eandem tunicam
et cauda mortis claudere aliam aurem sinistram. sed
cogitando quid portabis tecum. et quid dices deo
de vanitate vestri etc. Ecce quare dicit. Estote
ergo etc. Idem si vult te incantare de auaricia. luxu-
ria. gula. vindicta etc. cogita de christo et in mor-
te quid eris et qualis sententia dabitur auaris. luxu-
riosis etc. ergo discite vbi sit sapientia. **S**ecundo
discite quid sit virtus. hic ostendit fortitudo spiri-
tualis que notanter dicitur virtus et non fortitudo.
Quia fortitudo est duplex. s. corporalis et spiri-
tualis. Fortitudo corporalis non est virtus in qua
deus sit querendus. quia animalia bruta sunt for-
tiora hominibus. verbi gratia. Fortitudo est lu-
ctare. sed versus vincet vos. Idem de cursu sicut
equus superabit vos. idem de saltu vnus ceruus
saltabit plus. Idem fortitudo est portare onus.
sed plus portat mulus. Licet ergo fortitudo cor-
poralis sit bona et seruiat quibus. non tamen est virtus.
Sed fortitudo spiritualis sicut est resistere et contra-
dicere peccatis. ista est virtus non dimittere bonam
et sanctam vitam inceptam nec penitentiam. ista est vir-
tus. Item tenere et seruare firmiter bonas ordi-
nationes pro vtilitate communitatis. hec est virtus
spiritualis. de qua debet homo gloriari et se ap-
preciari et non de fortitudine corporali que est com-
munis hominibus et iumentis. De ista fortitudine
corporali non se appreciabat David. licet esset for-
tissimus. quia adhuc puer. xvj. annorum quando
custodiebat oves patris sui et ad eos veniebat leo
et versus David aufererat ab eis predam et occi-
debat eos. vt patet. s. Regum. xvij. Nam leonem et
versum interfeci ego seruus tuus. Sed gloriabat
de fortitudine spirituali de qua dicebat deo. For-
titudinem meam ad te custodiam. s. resistendo et con-
tradicens peccatis. Quia deus susceptor meus
es. psalmus. lviij. Ideo sanctus Paulus pro nobis ora-
do dicebat. Det vobis deus secundum diuitias glorie
sue virtutem. s. fortitudinis spiritualis corrobora-
ri per spiritum sanctum eius in interiori homine.
ad Ephesios. iij. Discite vbi sit intellectus. Ecce iusti-
cia iudicialis siue intellectualis que pertinet ad iu-
dices. Diceret aliquis. improprie loquitur. quod vir-
tus iusticie dicatur intellectus. Responsio quod
notanter dicit ad ostendendum iudicibus quod iu-
sticia non est fienda secundum sensualitatem. sed rationabi-
liter per intellectum. verbi gratia. Si litigant co-
ram iudice diues et pauper. diues promittit iudi-

ci pecunias etc. pauper vero plorat. Si iudex vult
iudicare secundum sensum visus. quia videt diuitem pro-
mittentem sibi etc. pauperem flentem non bene iu-
dicabit. Sed per intellectum examinata prior cau-
sa debet dare iusticiam pro illo qui habet bonum
sive siue sit diues siue pauper. Item non debet sen-
su auditus iudicare. verbi gratia. Si nobilis ba-
ro miles et rusticus litigant coram iudice et nobi-
lis loquitur administrando etc. Iudex non debet iu-
dicare secundum aures. sed per intellectum dando iusti-
ciam rectam et sententiam pro illo qui habet ius
rectum. et nihil debet timere. Item nec sensu ta-
ctus. verbi gratia. si consanguineus iudicis liti-
gat coram eo cum extraneo vel iudeo. pater vel
frater vel consanguineus tangit iudicem in car-
ne vel sanguine non debet iudicare secundum tactum. sed
per intellectum et rationem. Quonia iudex in iu-
dicio non debet cognoscere nec patrem nec ma-
trem nec fratrem nec amicum. sed extra iudicium
faciat eis bonum festum. Item nec sensu olfactus.

Nota quod legitur in thalmuth de illo falsomel-
sia bartolinam incantatore qui dicebat se pro odora-
tum iudicare quis esset bonus vel malus. quem
iudei voluerunt probare et clausis sibi oculis sta-
tuerunt coram eo duos homines. et vnus erat bo-
nus et alius prauus et malus. Qui male senten-
tiauit ideo fuit male sententiatus. Item nec sen-
su gustus. s. propter conuiuia vel dona. seu ence-
nia. Sic de illo rege cui fuit presentata pulchra
anguilla. et quia sapuit sibi dedit sententiam pro
illo qui presentauerat sibi anguillam. Cum autem
cancellarius contradiceret. quia contra iusticiam.
Respondit rex. Vere anguilla sapuit nobis. **I**tem
de iudice dicit scriptura sancta. Non secundum visio-
nem oculorum iudicabit. neque secundum auditum auri-
um arguet. sed iudicabit in iusticia pauperes et
arguet in equitate pro mansuetis terre. Esa. xj.

Quarto discite vbi sit longiturnitas vite. Ecce
hic temperantia corporalis. Sed quare vocat eam
sic et non proprio suo nomine. quia sicut iusticia
ex sua causa dicitur intellectus. Ita temperan-
tia ex suo effectu. quia dat longam vitam. Ideo
vocatur longiturnitas vite. verbi gratia. Ven-
tur duo homines quorum vnus sit abstinentes et
alter gulosus. naturaliter multo amplius viuet
abstinentes. Dicunt medici quod plures interficit ci-
bus quam gladius. Cum tamen moriantur tot in sa-
lis et in guerris. Ideo temperate comedere et bibe-
re debemus. **N**ota quod legitur de magno Ale-
xandro qui cum fuisset monarcha et fuisset in ori-
ente ad bragmannos admirans de eorum anti-
quitate cogitauit quod aliquam medicinam debe-
bant habere ex qua eorum vita conseruabatur.
et querens vt eam sibi ostenderent vt ipsa vite-
retur. Qui dixerunt quod non placeret sibi. Re-
spondit quod immo. Tunc dixerunt sibi quod eorum me-
dicina erat temperantia. quia semel in die comedebant

In Epiphania domini

de vno solo cibo et non placuit ei. De hac dicit scriptura. **N**oli auarus esse in omni epulatione et non effundas te super omnes escam. **I**n multis enim escis erit infirmitas et auaritas appropinquabit usque ad coleram. propter crapulam multi perierunt. qui autem abstinens est adiciet vitam. **Ecclesiasticus xxxviii.** **N**ota sicut dicunt medici quod prima digestio debet fieri in olla. secunda in ore. tertia in stomacho. **I**tem non te effundas super omnem escam. **N**ota contra diuites tam laycos quam ecclesiasticos qui vtuntur multis escis et de qualibet volunt comedere et pfundunt sibi stomachum. quia quilibet cibus habet suam digestionem. **I**deo dicit. in multis escis erit infirmitas. **Q**uia sicut in olla in qua decoquitur de boue et de porco et de pullo etc. quando vnus cibus est coctus alius est consumptus. propter hoc magni domini et plati viuunt parum. **I**deo dicit. propter crapulam. id est crudam epulam secundum ethymologiam multi obierunt. **Q**ui autem abstinens est adiciet vitam. **Q**uinta ciuitas in alto monte sita est quanta virtus que est prima theologialis. scilicet spes que ostendit cum dicit. **D**isce vbi sit victus. sed que spes dicit victus. quia tota spes christiana consistit in victu. quia victus sacre eucaristie est radix spei nostre. **R**atio. quia sicut totum malum destructionis nostre humane nature venit ex cibo. scilicet vitio. **S**ic vult deus quod totum bonum nostre saluationis veniat ex cibo eucaristie. **Q**uerit sanctus **Th**omas in quarto vtrum sacramentum eucaristie sit ita necessarium quod sine illo non possumus saluari. **E**t arguit quod non est ita necessarium. quia pueri absque communicatione saluantur. **S**ed finaliter respondet determinando quod nullus potest saluari nisi virtute huius sacri. **Q**uid ergo de pueris etc. **R**espondet per talem similitudinem. quia quando homo comedit in pradio vel cena. solum vnum membrum corporis. scilicet os comedit et recipit cibum et omnia alia membra reficiuntur. **I**ta de sacramento altaris tota christianitas est vnum corpus fide et charitate coniunctum habens multa membra. **S**acerdos est os huius corporis. **C**um ergo sacerdos comunicat. omnia membra reficiuntur. **I**deo etiam pueri qui sunt membra huius corporis. **I**deo dicit ecclesia in collecta. **R**efecti cibo potuque celesti deus noster. **N**on dicit refectus de cibo sacerdotis. **S**i dicatur ex quo iam comunicamus ore sacerdotum audiendo missam. quid ergo oportet nos communicare in pascha. **R**espondeo quod duplex est comunicatio. scilicet spiritualis et sacramentalis. **C**omunicatio spiritualis fit quotienscumque homo audit missam in charitate. tunc homo comunicat spiritualiter tanquam membrum ecclesie. **A**lia est comunicatio sacramentalis que precipue fieri semel in anno. scilicet in paschate ad quam tenent omnes vtriusque sexus cum ad annos discretionis puenerint. **D**e ista virtute spei dicit **D**avid. **O**culi hominum in te sperant domine et tu das escam illorum in tempe opportuno. scilicet in missa. quia illud tempus est ordinatum. **A**pis tu manum tuam et imple om-

ne aial benedictione. ps. cxliii. **S**exta est fides. ibi discite vbi sit lumen oculorum. **S**ed que renoiat sic **R**espondeo quod sicut corpus habet duos oculos quibus videt. ita anima habet duos respectus tanquam oculos. scilicet respectum diuinitatis christi quasi oculum dextrum et respectum humanitatis eius. quasi oculum sinistrum. **I**n his duobus consistit tota fides catholica. que habet. xliii. articulos. scilicet septem diuinitatis. et septem humanitatis. et omnes simul continentur in **C**redo in deum. **benedictus** est iste qui habet istos duos oculos claros et bonos. de quibus dicit christus. **N**on turbet cor vestrum neque formidet. creditis in deum et in me credite. **J**oh. xliii. **C**reditis in deum. **E**cce oculus dexter. et in me credite. id est in mea humanitatem. **E**cce hic oculus sinister. **I**deo **B**aruid oratio dicebat. **I**llumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte nequid dicat inimicus meus pualui aduersus eum. ps. xli. **N**on loquitur de oculis corporis. quia non legitur fuisse cecus sed de oculis anime. vt illuminarent sibi ne peccaret contra fidem. quia si fundamentum cadit totum edificium corruet. **D**e hoc sanctus **Th**omas. ii. ii. q. iiii. ar. vii. vbi querit. vtrum fides sit prima virtutum et ostendit precipue in solutione ad quartum quomodo ipsa sit fundamentum. **P**ecus de alijs virtutibus. **S**ed quedam sunt ceci oculo dextro vt agareni qui non habent fidem diuinitatis christi. **Q**uidam oculo sinistro vt manichei qui negant humanitatem christi. **S**ed vtroque sunt ceci iudei miseri. **S**eptima est charitas generalis que consistit in amore dei et proximi que ostendit ibi. discite vbi sit pax que sic vocatur ab effectu. quia pacificat creaturam cum creatore quando ipsum diligit super omnia. **E**t ista pax conseruat quod diu creatura seruat tria prima precepta. scilicet non habebis deos alienos. secundum non assumes nomen domini dei inuanius. tertium. memento vt diem sabbati sanctifices. **J**ohannes christus **M**at. xxii. **D**iliges dominum deum tuum ex toto corde tuo ex tota anima tua et ex tota mente tua. **S**ecundo charitas facit pacem cum proximo que suam seruando alia septem. vt si vis honorari a filiis tuis honora patres tuos. **S**ecundo si non vis occidi non occidas. **T**ertio si non vis vxorem tuam tangi ab alio. non tangas vxorem alterius. **Q**uarto si non vis deperdari non furtum facias. **Q**uinto si non vis diffamari non falsum testimonium dicas. **S**exto si non vis in aliquo damnificari nullum damnum inferas. **S**eptimo si non vis vt vxorem tuam aliquis concupiscat non concupiscas vxorem proximi tui. **H**ec est charitas generalis dei et proximi. **I**deo dicit christus de pace dei et proximi. **P**acem relinquo vobis pacem meam do vobis etc. **J**oh. xliii. **D**avid. **P**ax multa diligentibus legem tuam et non est illis scandalum. ps. cxviii. **Q**uia in dilectione dei et proximi vniuersa lex pendet et prophete. **D**eo gratias.

Sermo tertius

D Er aliam viam

reuerſi ſunt in regione ſua. **Mat. ij.** Hoc verbū ſm̄ intellectum hitori cum declarat viam reuerſionis trium regum. ſ. p̄ aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam ⁊ nō p̄ illam p̄ quam venerant iux̄ diuinam ordinationē ⁊ angeli reuelationem dicitis eis ne redirent ad herodē. Sed iux̄ intellectum allegoricum ⁊ ſp̄ialem dicit de nob̄ quid debemus facere. ſ. ire ad regionē noſtrā nō p̄ viam p̄ quam venimus ſed aliam p̄pter qđ oportet declarare tria puncta.

Prim⁹ q̄lis ē terra vel regio n̄ra p̄pria ad qm̄ debem⁹ ire finaliter

Sec⁹ q̄lis est via p̄ quā poſſem⁹ errare vt caueamus ab ea p̄udēter.

Tertio qualis ē via p̄ quā ſine errore pueniamus ad patriā ſecuriter

Quum ad p̄mū dico qđ gloria celeſtis illa ē terra p̄pria ⁊ regio ad quā debemus ire finalit̄ que noſtra eſt triplici rōne ⁊ iure. ſ. **Creationis.** **Redemptionis.** **Legationis.** **Q**uā ad primū quare creditis qđ deus creauit celum. nō p̄ ſe. quia iam habebat habitationē latam. ſ. ſuam eternitatē ⁊ verius dicit qđ celū ⁊ terra ſtant in deo qđ de⁹ ſtat in celo vel in terra. quia deus nō indiget ſuſtēamento nec celum creauit p̄ angelis ex neceſſitate. **R**atio quia cum ſint creature ſpirituales nō indigent loco corporali. ſed ipſum creauit p̄ nobis qui ſumus corporales. **I**deo indigemus loco corporali. ergo iure creationis illa regio eſt noſtra. **A**utoritas. **A**nnunciat de ea. ſ. gloria amico ſuo qđ poſſeſſio ſua ſit ⁊ ad eā poſſit aſcendere. **J**ob xxxvj. **N**ota amico ſuo. quia ſolum amici dei intrant ibi. **I**nimici autē faciunt ſe indignos intrare illud. **E**t ad eam poſſumus aſcendere. ſ. p̄ ſcalam virtutum ⁊ bonorū operū. **S**ed eſt hic argumentum in oppoſitum. quia dicit **D**avid p̄pheta. **C**elum celi dño terrā autē dedit filiis hominū. **p̄ſ. cxij.** **C**elum. i. gloria celi deo. **Q**uō ergo dabitur homini iure creationis. **R**eſponſio qđ poſſentiam ⁊ naturam gloria celi ſoli deo debet. qđ ſua eſt eſſentialiter ⁊ naturaliter. terra autē cōpetit homini ſed gloria celi competit homini p̄ amministrationē diuinalem. **I**deo dicit. annūciat de ea amico ſuo. **S**ecundo eſt noſtra iure redemptionis. quia **ch**riſtus ipſam emit nobis magno p̄cio ſc̄z ſanguine ſuo. **N**ō em̄ ipſam emit pro ſe. quia iam erat ſua. ſed p̄ nobis. quia null⁹ ſanguis humanus nec om̄iūz creaturarū factarū ⁊ hendarum ſuffeciſſet ad emendūz illam gloriam ſolum ad horam vnaz. **S**ed venit filius dei qui dedit p̄cium ⁊ ſup̄abundans. **I**deo ſancti qđ ſūt in gloria dicunt deo. **R**edemiſti nos deo in ſanguine tuo ex omni tribu ⁊ populo ⁊ natione. ⁊ feciſti nos deo noſtro regnum ⁊ ſacerdotes ⁊ reg-

bimus ſup̄ terram viuorum. **Apoç. v.** **R**edemiſti nos nō dicit emiſti ſed redemiſti. i. iterūz emiſti. **D**icunt om̄es ſancti doctores concorditer qđ tanta erat virtus ſanguinis **ch**riſti qđ minima ei⁹ gutta fuiſſet p̄ctū ſufficiens ⁊ ſup̄abundans. **C**ū ergo tot guttas effuderat primo in circūciſiōe ⁊ t̄ **I**deo nō ſolum emit ſed redemit. **E**t feciſti nos deo noſtro regnum ⁊ ſacerdotes. **N**ota dicit regnum ⁊ ſacerdotes. quia om̄es qui intrant gloriam paradī ſunt regnū quātū ad animam in qđ deus regnat in intellectu p̄ cognitionem. **I**n memoria per beneficiozū recordationē. **I**n voluntate p̄ amorem ⁊ deuotionem. **E**t ſunt ſacerdotes quātū ad corpus ip̄m deo ſacrificando p̄ penitētiā. ⁊ ſic exponit gloſa. **E**t regnabimus ſup̄ terram nō dicit in terra. patet ergo qđ illa patria eſt noſtra iure redemptionis. **T**ertio eſt noſtra iure legationis. quia dñs noſter **ieſus ch**riſtus in ſuo vltimo teſtamento ipſam nobis dimiſit. **D**e⁹ fecit duo teſtamēta. ſ. vetus ⁊ nouus. **I**n veteri teſtamento non dimiſit illam alicui. ſed dimiſit argentum aurū panē vinū cibū ⁊ potū fructus ⁊ victoriam inimicorū. **D**einde fecit aliud teſtamētū ſc̄z nouū morte confirmatū. **T**eſtamētū em̄ nouum in morte **ch**riſti confirmatū eſt. ergo ⁊ p̄mū eſt caſſatum. **I**n nouo autē teſtamēto legauit gloriam celeſtem di. **N**olite timere puſillus grex qz complacuit patri veſtro dare vobis regnū. **L**u. xij. **N**on ſumus puſilli reſpectu ſanctorū angelorū. **E**t ne deſpem⁹ di. **E**t quō nos habebimus regnū dei. **i**do dicit **x**p̄s. **N**olite timere ⁊ c̄. **S**z ſūt multi in mūdo qđ maḡ audiūt ⁊ curāt de p̄miſſionib⁹ ve. teſta. qđ de p̄miſſiōib⁹ no. teſta. qz nō curāt de gl̄ia eſna ⁊ futura. ſ. de pecunijs de honorib⁹ dignitatib⁹ de victoria inimicorū ⁊ c̄. qđ om̄ia ſunt tranſitoria ⁊ tp̄alia. **I**o de legato eſno dēm⁹ curare ⁊ ip̄m appetē ⁊ deſiderare. **S**i aliq̄s miles dimiſſ⁹ vob aliqđ caſtrū in ſuo teſtamēto de qđ nō dū h̄retis poſſeſſionē nocte ⁊ die laboraret̄ vt ipſum h̄ret. **Q**uo ḡ maḡ de caſtro gl̄ie nob̄ a **x**p̄o dimiſſo. **S**z pauci ſūt qđ laborāt vt habeāt poſſeſſionē. **I**o dicit **C**iprian⁹ in ſua epl̄a de mortalitate. patriā n̄ram p̄ adīſū cōputem⁹ pentes p̄riarchas ⁊ p̄phas iā h̄re cepim⁹. **E**t qđ non p̄pera mus vt qđ nō curim⁹ vt p̄riaz n̄raz vidē ⁊ parētes n̄ros viſitare poſſem⁹. magn⁹ illuc carozū numer⁹ nos ſpectat turba filiorū parētū ⁊ amicorū qđ iā ſūt de ſua ſalute ſecuri adhuc de n̄ra ſolliciti p̄z p̄m⁹ p̄ict⁹. **S**ec̄do videndū ē q̄lis ē via per quā errauerūt p̄mi pentes ⁊ nos ſiliter poſſem⁹ **E**t caueamus. dico qđ in p̄ncipio mūdi via fuit errata p̄ adā ⁊ euā qđ inuenerunt tres vias totaſ qđ deuiauerūt ⁊ amiſerūt paradī patriā ⁊ venerūt in hāc vallē miſerie ⁊ lachrymarum.

Prima fuit via ſup̄bie

Sec̄da fuit inobedientie.

Tertia fuit gule

In Epiphania domini

Nō credat q̄ peccatū gule fuisset primū. imo dicit sc̄us **Tho.** in p̄ma pte. q̄ anteq̄ de fructu ventu comederēt iam erat in eis peccatū superbie. Quia q̄n serpēs dixit **Eue.** Cur p̄cepit vob̄ de? vt nō comederetis ex om̄i ligno paradisi. **Gen.** iij. Hec fuit p̄ma questio mūdi a diabolo inuēta qui fuit primus sophista in specie serpētis faciem humanā habētis. vt dicit magister historia rum. Statim facta questione **Eua** habuit superbiā. Et quare nō comederemus ex om̄i fructu statim cor eius elatum ē ex supbia. Ecce deuiatō q̄n̄o incepit in **Eua.** Ideo dicit scriptura. Initiū om̄is peccati ē supbia qui tenuerit eam implebitur maledictis et subuertet eum in finem. **Eccl.** x. Nota subuertet eum. quia supbus vult eē altus sup̄ alios. sed in fine ibit caput subtus in infernū sc̄dm̄ peccatū fuit inobediētia sicut fuit in adāz quod fuit grauius. quia magis debuit ipse caue re. Sed dicit **Aug.** q̄ adam peccauit nolens cōtristari suas delicias. p̄mo vxorē que erat pulcherrima et adā multū diligebat eam. Iō amore ipsius comedit. quia si adam nō comedisset ipsa sola fuisset damnata. et nō filij nec fuisset peccatū originale. Sed postq̄ ipse comedit de fructu attulit ade vt comederet. **D.** dixit adam ne comedatis ne moriamini. **R.** dicit **Eua.** ego comedi et nō sum mortua. Ideo comedatis. Adam nolēs eam contristari comedit. Ecce hic sc̄dm̄ peccatū sc̄z inobediētia. **D.** quot adam sunt hodie i mūdo qui volētes cōplacere mulieribus in vanitatibus suis faciunt vsuras rapinas. malas aduocationes. falsas sententias. furta p̄tentioēs et huiusmodi. Ideo ap̄ls. Si adhuc hominib̄ placerem seru? christi nō essem. ad **Gal.** j. **David.** Deus dissipauit om̄ia ossa eorum qui hominib̄ placere cōfusi sunt q̄n̄ de? spreuit eos ps̄. lij. Nō q̄ ossa sunt virtutes. quia sicut ossa sustinēt corp̄. ita vtutes sustinent aiām. sed ossa virtutum illorum qui hominib̄ placēt cōtra deum dissipant et cōfundunt in morte q̄n̄ remittunt ad infernū. Tertiū peccatū fuit secutum quādo adam comedit. Ecce peccatum gule. om̄is labor hoīs in ore eius. sed anima ei? nō implebit bonis. **Eccl.** vj. Nota q̄ vbi nos habem? hominis. iudei habēt ade. Quia om̄es labores ipsius ade et filiorū suorum in ore eius. id est. ex peccato gule venerūt. Et dum os impletur illo fructu anima fuit euacuata virtutibus et meritis. Iō dicit anima ei? nō implebit bonis imo euacuabitur. Ecce secunda via deuiatōis a paradisi via. **¶** Tertiū vidēda est via p̄ quaz debemus reuerti directe. quia dicit thema q̄ p̄ aliam viam reuersi sunt in regionem suam. **Iuxta illud Deutl.** xvij. Dñs p̄cepit vobis vt nequaq̄ p̄ eandem viā reuertamini Item mandatū est mihi sermone dñi precipientis. Non reuerteris p̄ quam viā veneris. iij. **Regum.** xij. **D.** oportet ergo redire p̄ alias vias tri-

bus modis predictis contrarias quas christ? ordinavit et ostēdit nobis.

¶ Primo p̄ supbiā ostēdit viā humilitatis

¶ Secūdo p̄ inobediētia ostēdit viā obedientie

¶ Tertiū p̄ gulā ostēdit viam temperantie.

D. dico primo q̄ deus ordinavit et ostēdit nob̄ cōtra viam humilitatis quā primo ostēdit ope q̄n̄ descendens de celo voluit humiliari n̄f̄as miserias assumēdo. Deinde ipsam ostēdit verbo q̄n̄ dixit. discite a me quia mitis sum et humilis corde **Matth.** xj. Ergo dimittat viā **Ade** et **Eue** superbiē. et sequamur christum p̄ viam planā secundam humilitatis. De qua **Isa.** xxxv. Er̄it ibi semita et via sancta vocabit̄ et nō transibit p̄ eā pollutus. et hec erit vobis via directa. Ita vt stulti nō errent p̄ eam nō erit ibi leo et mala bestia non ascendit p̄ eam nec inueniet̄ ibi. Nota erit ibi. s. in nouo testamēto via et semita. quia vera humilitas cōsistit in duobus. s. in fundamento et in ornamento. Fundamētum humilitatis est in cordē nō supbire de aliqua gratia p̄fectione vel dono sed magis humiliari ad instar bastaxi qui quanto plus portat maius onus tanto plus inclinā. nec se appreciat de p̄ciositate oneris q̄ntūcūq̄ sit p̄ciosum. Idem si portatis onus deuotionis sanctitatis vel diuitiarū vos portatis p̄ciosum scrinium mercatoris christi. ideo caueatis ne ipsum p̄datis. Qui hoc cogitaret de nullo supbiret. h̄ consideratio humiliabat beatam virginem mariam que portabat thesaurum et clenodiū preciosum cum eēt mater dei. Talibus considerationibus humiliabant̄ sancti apostoli et om̄es sancte p̄sone. **¶** Secundo ornamentum humilitatis consistit ad extra in considerationib̄. quia si est vere humiles in corde nō portabitis vanitates ad extra in corpore. Ecce quare dicit p̄pheta. Er̄it ibi semita. s. in corporis humilitate ad extra i operibus. Ita vt stulti nō erret̄ p̄ eam. Quia nullus possit excusari q̄n̄ possit p̄ viam humilitatis incidere. Non erit ibi leo. i. supb. nec mala bestia. i. mulier vana et supba. De eūtib̄ ad paradisu p̄ hāc viā hūilitat̄ pōt̄ dici thema. p̄ alia viā tē. **¶** Secūdo p̄ viā inobediētie. xp̄s ordinavit et ostēdit nob̄ viam obedientie. p̄mo de facto et ope. q̄ fuit i oib̄ obediēs deo p̄ri. Iō ap̄ls. Fact? ē obediēs vsq̄ ad mortē. mortē autē crud. ad **Phil.** ij. Et nō qualē obediētia habuit et ostēdit. nō solū deo p̄ri. s. etiā v̄gini m̄ri et ioseph nutritio. q̄ erat s̄dit? illis. **M.** ij. Itē crucifixorib̄ q̄n̄ dixerūt ei expolia te. et ipse statim obediuit tē. Iō amore sui sim? obediētes ei. et p̄ceptis dei. Hanc viā obedientie petebat **David** di. Legē pone mihi dñe viā iustificatio / nū tuarū et exquirā eā sp̄. ps̄. cxvij. Nō q̄ xp̄us dedit legē et viā obedientie ser̄ p̄ditōib̄ gētiū mūdi. **¶** Prima ē dñorū platorū. Quib̄ xp̄us dedit legem et viam iustificationū di. **¶** Ascite q̄ in vob̄ est gregem dei. p̄uidentes nō coacte. s. sp̄ōtance

fm deum neq; turpis lucrigratia sed volutarie neq; vt dominates in clericis. s; forma facti gre/gis ex animo r cum apparuerit pnceps pastoru pncipietis imarcessibilem glorie coronam. s; **De**. v. Nota turpe lucrū est qñ ppter simoniā faciunt p hanc viā debent ire obediēter dñi plati. **Se**cūda est dñozū temporalū quib; christ; dedit legem obediētie r viam iustificationū di. dñi qd iustum ē r equū seruis pstate. sciētes quia r vos dñm habetis in celo. ad **Col.** iij. **Tertia** ē reli giosozū dicēs. obedite ppositis vestris r subiace te eis. **Ipi** em puigilant. quasi rōnez p animab; vestris reddituri. ad **heb.** vltimo. **Quarta** est simpliciu clericozū di. **Sint** lumbi vestri pnci cti. r lucerne ardētes in manibus vestris rē. **Lu.** xij. **Quinta** est diuitū quib; dedit legem mise ricordie di. **Estote** misericordes sicut pater vester misericors ē. date r dabit vobis rē. **Luce.** vj. **Sexta** pauperū quib; dedit legē paciētie di. **In** paciētia vestra possidebitis animas vestras **Lu.** xvj. **Ecce** quare dicit. **Legē** pone mihi do mine rē. **De** obediētib; dicit thema p aliā viā reuerfi sūt. **Tertio** contra viam gula. ordina uit christus viam tempantie seu abstinentie. pzi mo de facto r ope. quia statim baptisatus a **Jo** hanne intrauit desertū r ieiunauit. xl. diebus r xl. noctibus nihil comedit. **Item** verbo dicens **Paciētiā** agite scz abstinento a delectationib; cibi r potus r aliorū. **Ideo** pmiū pceptū qd de; dedit post diluuiū fuit abstinentia. s; contra gulā di. **Carnē** cum sanguine nō comedetis. **Gen.** ix. **Ideo** dicit **Greg;** sup illo verbo p aliā viam re uerfi sunt. **Quia** a paradisi gaudijs p cibū cecidimus ad hec p abstinentiā q̄tum possumus re surgamus. **Ista** est via de qua dicit christ;. **Ar** ta est via que ducit ad vitā r pauci sunt qui iue niunt eam. **Matth.** vj. **Sed** isti qui tēdunt per istam viam vadūt recte ad paradysum. **De** quib; dicit thema per aliam viam reuerfi sunt in regio nem suam.

Sermo quartus de Ephā.

Obtulerunt ei mu nera aurū thus r mirrā. **Matth.** ij. **Hoc** verbū ad lram loquit de illis tri bus regibus qui obtulerunt deo munera rē. **Sz** iuxta intellectū anagoicuz quem volo ptractare sciendum q; deus in hoc mūdo fecit creaturas i triplici differētia. **Quas**dā creaturas fecit omni no spūales vt sunt sancti angeli. **De** quibus dic scriptura sancta. **Qui** facit angelos suos spirit;. **Item** **Lu.** vlti. **Spūs** carnem r ossa nō habet. **Alias** creaturas fecit omīno corporales. quia tā corpora q; anime sunt de terra. **Dicit** **Philoso** phus q; anima bruti educif de potentia materie **Item** dicit textus. **pduc**at terra animam viuentem in genere suo iumenta reptilia r bestias ter

re. **Gen.** ij. **Ideo** etiam quando moritur brutum morif etiam animā eius. hoc satis tradit sanct; **Thomas.** s; pte. q. v. arti. vj. in solutione ad pri mum. **Autoritas.** **Cuncta** que sunt. suple in ani mali bruto subiacent vanitati r omīa p̄gunt ad vnum locum. de terra facta sunt r in terram pa riter reuertunt. **Eccl.** iij. **Tertio** fecit de; cre aturas simul spirituales r corporales. s; hominem qui quantū ad corpus est corporalis. de terra fa ctus. sicut animal brutū. **Gen.** ij. **Formauit** de; hominē de limo terre q̄tum ad corpus. sed quā tum ad animā ē spūalis. similis angelis. qz ania hominis nō educif de potentia materie. sed cre atur a deo vt angelus r creando infundif corpo ri r infundendo creatur ad gubernandū r custo diendū castrū corpis ad instar militis cui rex cō mittit castrum inter inimicos positum. si bene cu stodit castrum p̄miatur a rege. **Si** aut male r p mittit intrare inimicos regis tanq; proditor pu nitur a rege. **Et** ita moritur hō sicut animal bru tum q̄tum ad corpus. **Autoritas.** **Unus** est in teritus hominis r iumentozum r equa vtriusq; conditio. sicut moritur homo. sic r illa moriunt. r nihil habet homo amplius iumento. scz q̄tum ad corpus. **Eccl.** iij. **Sed** q̄tuz ad animā homo est similis angelis. quia anima hominis est imor talis vt angelus. q; em anima hominis sit incor ruptibilis. pbat efficaciter sanctus **Tho.** s; par te. q. lxxv. arti. vj. **Et** in morte corpis anima re dit ad deum vt reddat compotū deo r rationem de gubernatione corpis. **Autoritas.** **Reuertat** puluis ad locū suum vnde erat. s; q̄tum ad cor pus. r spūs redit ad deum qui dedit illū. **Eccl.** vlti. **Qui** dicit christus. **Redde** rationez villica tionis tue. **Lu.** xvj. **Aplus.** **Statutū** est omib; hominibus semel mori. q̄tum ad corpus. **Et** p hoc iudiciū q̄tum ad animā. **heb.** ix. **Modo** fm **Augustinū** in libro de cura p mortuis agen da. tres cōditiones sunt defunctorum.

Quidā sunt boni pfecte r isti offerūt deo aux p magnū valorem

Quidā sunt boni mediocrif. r isti offerūt deo thus p bonū odorem

Quidā sunt mali puerfi. r isti offerūt deo mir ram p amaritudinem

De his omibus dicit thema. obtulerunt ei aux thus r mirram. **Dico** primo q; qdaz defuncti sunt boni pfecte. sicut sunt deuoti religiosi clerici vel laici. q; fecerūt plura pctā. tñ p tpe con uerterunt se ad deum r fecerunt magnā peniten tiam de peccatis suis. **Primo** habuerūt magnā contritionē. **Secdo** ppositum nō redeūdi ad pec cata. **Tertio** fuerunt confessi. **Quarto** satisfecerunt. **Quinto** remiserunt iniurias rē. orabāt r ieiunabant. cōicabant. faciebant magnas elemofy nas r multa opera bona intātū q; si in statera di uine iusticie ponerent bona r mala que fecerunt

In Epiphania domini

plus ponderent bona q̄ mala .tales sunt aurū purū ppter penitentiā in hoc mūdo factā. **I**do quādo tales decedūt nō trāseunt p purgatoriu quia eorum anime iā fuerūt in hoc mūdo purgate in fornello penitētie. **I**deo vt aurū purū r̄ bonum .statim ponunt in cofris thesaurorū dei .scz in ordinibus angelorū. **S**icut dicit ecclesia de beata magdalena. **I**n thesauro reposita regis est dragma pdita. **E**t talibus dicit **P**etr^o apostol^o. **M**odicū nunci oportet cōtristari in varijs temptationibus vt pbatio fidei nostre multo preciosior sit auro quod p ignē pbatur inueniat in laudem r̄ gloriā r̄ honorē in reuelationē iesu christi s. **P**etr^o .s. **N**ota modicū nūc .scz in hac vita p̄senti .si p quia oportet p̄tristari .quia q̄libet opus penitētie infert tristitiā r̄ dolorem homini .vnde dolor r̄ tristitia est cōteri de peccatis .que tm̄ placuerunt. **I**tē dolor est recipere ppositū nō redire ad ea ad que homo inclinā naturaliter. **I**tez de cōfessione quasi se diffamando siue diffamare se r̄ sic de alijs opibus penitētie. **I**deo dicunt varie temptationes. **S**ed in morte talis anima inuenit in laudem gloriā r̄ honorē .vbi tanguntur tria que sunt anime bone r̄ p̄fecte. **P**rimū est in mortis articulo .angelus custos subito tor^o letus ascendit in celum di .christo quō sibi talis cōmissus est in extremis r̄ xp̄us licet sciat om̄ia .tm̄ ad instar iudicis interrogat iustum r̄ impium r̄ audit relationē angeli qui laudat illum de bona vita de penitentiā quā fecit. **E**cce quare dicit inueniat in laudē. **T**ūc xp̄s p̄cipit alijs angelis vt descendant ad sociandū illā aiām .qui tm̄ nos diligunt q̄ quilibet ingerit se dic̄ . **E**cce ego domine mitte me. **I**tē filij petunt mitti qui simul cū angelis descendant ad associandū animā patris vlt̄ matr̄ r̄c̄. **S**tatim ania a corpe sepata videt eos r̄ cognoscit eos di. **U**nde mihi tantus honor **I**do **J**ob loquēs de p̄sona bona r̄ p̄fecta dicit. **S**i fuerit p̄ eo agel^o loq̄ns vn^o de milib^o vt annūciat hominis equitatē .i. penitētiā miserabit ei r̄ dic̄ . libera eum vt nō descēdat in corruptionē .inueni in quo ei p̄piciet .s. penitentiā condignā. **J**ob xxxij. **I**deo **D**avid .ps̄ .xxxij. **E**xultēt iusti i domino rectos decet collaudatio. **S**c̄do dicit vt inueniat in gloriā .quia talis anima sic p̄fecta sanctis angelis associata vadit ad instar sponse i die nuptiarū. **Q**ualis gloriā q̄ tales r̄ tanti reges duces r̄ nobiles r̄ barones paradisi associant ipsam r̄ qualia festa fiunt ei in qualibet platea paradisi p̄ sanctos r̄c̄ .di. **B**enedicta anima r̄c̄ **E**t ipsa inclinando se dicit. **N**ō nobis dñe nō nobis sed nomini tuo da gloriā .ppter hoc dic̄ . **N**on sunt cōdigne passionēs hui^o temp̄is ad futuram gloriā que reuelabit in nobis .ad **R**homa . viij. **H**ui^o intellectū sanct^o **T**ho .ponit p̄ma sc̄be .q. cxiiij .arti .iij .vbi querit .vtrū hō ex p̄digno possit mereri vitam eternā. **T**ertio dicit vt inueniat in honorem .r̄ hoc quādo sancta anima sic associata venit vsq̄ ad cathedram christi .vbi a christo recipit coronam glorie. **Q**ualis est gloria coronari a summo pontifice .qualis honor est regi .quādo coronatur ab archiepiscopo .qualis est honor cesari augusto coronari a christi vicario rhomano pontifice .quod tamen nihil est respectu illius honoris. **S**apient̄ .v. **I**usti in perpetuum viuunt r̄ apud deum est merces eorum et cogitatio eorum apud altissimum. **I**deo accipient regnum decoris r̄ dyadema speciei de manu domini. **D**e quibus dicit thema .obtulerunt domino aurum. **D**ico secūdo q̄ quidam sunt boni medio modo .sicut sunt illi qui faciunt penitentiam de peccatis suis .conteruntur de peccatis . sed non tantū sicut **M**agdalena .tamē si est vera cōtritio nō est sine gratia dei . confitent̄ semel in anno r̄ seruant penitentiā eis datā siue iniunctam nihil aliud addentes. **A**udiunt missam solum in diebus dominicis r̄ festiuis .cōmunicant in pascale .ieiunant precise ieiunia ecclesie . r̄ nihil aliud faciunt nisi illa ad que tenentur. **T**ales boni sunt sed quia penitentiā est modica respectu peccatorū .ideo modicum redolent .sed tales quādo decedunt offerunt deo thus in igne purgatorij vbi tunc ardentē desiderant deum . **D**e q̄bus dicit scriptura sacra **Q**uasi thus redolēs in diebus estatis quasi ignis effulgens . r̄ quasi thus ardens in igne. **E**ccl̄ .i. **I**n dicta autoritate sunt tres clausule. **P**rima declarat conditionem animarū imperfectarum cum dicit q̄si thus redolens in diebus estatis. **I**n diebus hyemis thus nō redolet ppter frigus .sed in diebus estatis redolet modicum sed in igne multum redolet **S**ic persone bone imperfecte modicuz redolent solum seruant illa ad que tenentur r̄ nihil aliud addunt. **U**nde si dicat̄ eis in dieb^o ferialib^o missam .respondent non teneor r̄c̄. **I**dez de alijs bonis opibus. **I**deo recipiunt illas bonas delectationes r̄ solatia .que possunt sine peccato mortali . r̄ seruant p̄cepta dei. **S**ecunda clausula innuit vel declarat conditiones purgatorij .cum dicit .quasi ignis effulgens. **N**on intelligatis q̄ ille ignis purgatorij sit de lignis .sed est flamma pura et clara. **S**ecus de igne inferni qui est tenebrosus ad istar ignis sulphuriei. **S**ed ignis purgatorij est clarus .quia anime que sunt i purgatorio sunt clare in fide catholica . r̄ in conscientia propter gratiam dei quam habent secum sed purificantur in illo igne. **S**i dicatur iuxta regulam philosophie . **O**mne agens p̄stātius ē suo passo . **C**um ergo anima sit potentior igne . quomodo ergo torquetur illo igne. **R**esponsio regulæ philosophie ē **N**a . loquēdo naturaliter . **S**z ignis purgatorij nō agit naturaliter sed vtute pp̄ria . quia

si sic tunc non posset animas cruciare. quia nullus corpale potest agere naturaliter in rem spūalem. Sed ille ignis purgatorij agit supernaturaliter tanq̄ instrumentum diuine iusticie. nec agit tanq̄ principale agens. Quā si de' vellet vna formica posset vnū angelum cruciare. Et virtute diuina ille ignis durat absq̄ lignis. Quasi ignis effulgens cruciat aīaz. Unde de anima que vadit ad purgatorij dicit ap̄ls. **B**erimentuz patiet ipse aut salu' erit sic tñ q̄si p̄ ignē. **J.** **A**d Corinth. iij. **T**ertia clausula declarat modū quo portatur aīa ad purgatorij. et ponit euz dicit. quasi thus ardens in igne. **D**ic s̄m sc̄m **T**ho. q̄ aīa portat ad purgatorij a bono angelo et non a malo vt dicunt aliqui. Quia talis anima exit cū victoria de cāpo et bello hui' mūdi deuicto diabolo. **N**ō est ḡ verisimile q̄ victor captat a victo et portet. **J**o s̄m sc̄m **T**ho. portat ibi a bono angelo. **D**ic practice quō mittit thus in thuribulo etc. Sic bonus angelus recipit thus sc̄z aīaz de vasculo corporis ducēs corā sūmo sacerdote b̄ndicite. x̄ps vero dat sententiā q̄ sit tanto tempe in purgatorio quasi thus in thuribulo. et tunc anima est q̄si thus ardens in igne euaporans sursum fūmum laudis et b̄ndictionis ad eū qui euasit penas horribiles inferni. **S**ecus de animabus inferni que euaporāt sursum ad deum fūmum fetidum blasphemiarū et maledictionum. **N**ota exēplum de duobus vayletis vel de seruis q̄s dñs vult corrigere quozum vnus humiliter petit veniam. alius nō etc. **B**e illis de inferno b̄ns **J**ohes dicit. estuauerunt estu magno. sed damnati et blasphemauerunt nomen dei. **A**poē. xvj. **Q**uestio vtrū anime purgatorij possunt adiuuari suffragijs nostris q̄stum ad diminutionē tempis et penarum. **R**esponso q̄ sic. **D**eclaref hoc iuxta similitudinem membrorum corporis. quia omnia membra corporis coniuncta vno spiritu viuificant et reficiuntur cibo ab ore sumpto. **S**ecus de membris ablati et a corpore p̄scisi. **I**dem de corpore mystico ecclesie cui' corporis anime purgatorij sunt membra que eodem spiritu sc̄z sancto viuificant. **S**ecus de damnati. quia sunt membra ablata et p̄scisa a corpore ecclesie. **P**rouerb. xj. **M**ortuo homine impio nulla vltra erit spes. **T**aliter ergo anima purgatorij potest iuuari suffragijs parentuz et amicorum q̄ statim liberabit. quia sententiā q̄ dat a x̄po standi in purgatorio tanto vltanto tempore conditionaliter dat. **I**deo apostol' ad Ro. viij. **Q**ui s̄m spiritū sunt que sunt spiritus sentiunt. **D**ic practice quō facto suffragio p̄ipsis vt dicta missa vel oratione vel absolutione facta vlt elemosyna data statim sentiunt alleviatione penę. **D**ic quō suffragij principale quod potest fieri p̄ipsis est suffragium missarū. **S**eruatis tamē duabus conditionibus. **P**rima q̄ non fiat precium in missis etc. **S**c̄da q̄ sacerdos sit bonus ho-

mo et amicus dei tantū quātuz homo potest cognoscere ad extra ne sit concubinaris etc. **G**regorius. **C**um is qui displicet ad intercedenduz mittitur irati animus ad deteriora prouocatur. **I**tem **J**oh. ix. **S**cimus em̄ q̄ peccatores deus non exaudit. **S**ancta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare vt a peccatis soluantur. **M**achab. xij. vide de hoc supra sermone. **T**ertia conditio defunctorum est quozūdam qui sunt mali peruersi. **D**ic de quolibet statu. sicut sunt illi qui se viuere in peccatis mortaliibus et recta via ire ad infernū et nolunt dimittere peccata vt supbiam aut auariciam vel luxuriam etc. imo trufando ridendo comedendo bibendo. et delectando vadunt ad infernum. **D**e quibus dicit scriptura sacra. **D**ucunt in bonis dies suos et in puncto ad inferna descendunt. **J**ob. xvj. **T**ales in morte descendunt statim in infernū vbi offerunt deo mirram amaram per magnum dolorem. **I**deo in persona dānati dicit scriptura sancta. **A**maritudo mea amarissima. **E**saie. xxxvij. **N**ota mors damnatoruz est amara quia in morte corporali perdunt omnia bona. huius mundi. **S**ecundo est amarior quādo datur a christo sententiā damnatorū irreuocabiliter. **T**ertio est amarissima quando iam cruciantur in inferno et post iudicium cruciabuntur simul in corpore. **D**ic quomodo dat deus gloriam vel penā in alio mundo s̄m opera bona vel mala que homo fecit in hoc mundo. **U**bi sciendum q̄ sicut in eterna vita siue beata diuerse mansiones s̄m vrbium christi sunt. quia quidam clarius quidam minus alijs vident diuinam essentiam. **I**ta etiaz sunt inequales gradus in tormentis infernalibus. **N**am si omnes damnati in penis infernalibus q̄ ad durationem siue quo ad perpetuitatem sunt pares. sunt tamen im pares quo ad acerbiteriam. **S**icut etiam omnes beati sunt pares in eternitate suple participata diuine visionis et fructiōis. sunt tamen inequales et impares quo ad gradū visionis s̄m diuersam mensuram facultatis q̄m sortiuntur ex diuersa participatione luminis glorie. **Q**ui em̄ plus habundauerit in lumine glorie clarius et lymphidius videbit diuinam essentiam et intensius si uitione fructet etc. **H**oc veritas est. et doctoris sancti sententiā in plerisq̄ passibus eiusdem resolutorie determinata. **N**ota quomodo opa bona vel mala perpius sunt ab ania cogitando deliberando ordinando pponendo **J**o anima per prius meretur vel demeretur. **S**ed in executione operis corpus cooperatur. verbi gratia de aliquibus operibus. propter quod anima prius habet gloriam vel penam. deinde post iudiciū corpus etiā habebit gloriā vel penā. **D**eo gratias.

De eodem. Sermo quintus.

In Epiphania domini

Ab oriente vene-
runt hierosolymā. **M**atth. ij. **P**oc-
tum ad lram declarat terminū a quo
venerunt reges. cum dicit ab oriente
venerunt reges. nō tracti violēter sed libere cuz
dicit venerunt. s. libere. **E**t terminū ad quē cum
dicit hierosolymam. **D**e isto intellectu nō cura
bo amplius. **S**ed iuxta intellectum spiritualemente
intendo declarare quō gentes que sunt in pecca-
tis possunt venire ad illam celestē hierusalē. **D**e
hoc **D**avid in ps. cvj. **Q**ui redempti sunt a dño
quos redemit de manu inimici de regionib⁹ con-
gregavit eos a solis ortu ⁊ occasu ab aquilone ⁊
mari. **I**tem **L**uc. xij. **V**enient ab oriente ⁊ occi-
dente ⁊ aquilone ⁊ austro ⁊ recūbent in regno di
Ex his patet q̄ a quattuor p̄tibus mūdi gentes
venerunt ad celestem hierosolymā quadruplici
ratione vel modo. scz

Ab oriente iuventutis

Ab occidente senectutis

Ab aquilone aduersitatis

A meridie siue austro p̄speritatis

De p̄mis dicit thema ab oriente venerūt. **D**i-
co primo q̄ aliqui venerūt ad deū in hoc mūd o
p̄ grām ⁊ in alio p̄ gloriā ab oriente iuventutis ⁊
isti venerunt tracti p̄ amorē sicut sunt homies ⁊
mulieres iuvenes qui in flore iuuetutis dant se
deuotioni ⁊ bone vite ⁊ seruitio dei orādo ieiun-
nando nō iurant nec mentiunt nec nocent alicui
sed audiunt missas ⁊ sermones deuote. tales re-
deunt ab oriente iuuetutis. **I**az videtis quō cla-
ritas dei in oriente incipit. **S**ic in talib⁹ claritas
bone vite incipit in oriente iuuetutis. **S**i tu ha-
beres in manu tua rosam pulchrā recentē ⁊ rex
peteret eam a te. ⁊ ex alia parte peteret eam clo-
carius ⁊ ex alia vn⁹ captiuus. nunqd esset prius
danda regi anteq̄ alijs. imo. **I**dem de rosa seu
flore iuuetutis quā a te querit rex xp̄s. ⁊ ex alia
pte vnus cloacarius. s. mūdus ille qui nō curat
nisi de fumo transitorio. ⁊ ex alia pte petit ip̄am
captiuus scz demon. **C**ui ḡ sit danda. clarū est q̄
regi xp̄o. **I**deo **T**hreno. ij. **B**onū est viro cum
portauerit iugum ab adolescentia sua. **P**atet h̄
stulticia illorum qui dicunt. nō placet mihi equ⁹
falleratus nec iuuenis volens videri deuot⁹ **T**a-
les veniunt ad deū ab oriente tracti amore quos
dñs vocat. **A**utoritas **E**sa. xlvi. **E**go sum dñs
vocans ab oriente auem ⁊ de terra longinā viz
volūtatis mee. **A**uis dicit iuuenis duplici ratio-
ne. **P**rima est. sic auis cōfidit in alis ad volādū
Job. v. **A**uis nascit ad volandū ⁊ hō ad laborē
⁊c. **S**ic iuuenis cōfidit de iuuetute sua ad am-
bulandū. **S**ecūda. quia auis nutrita quando
esurit statim venit quādo vocat. sec⁹ si habet sto-
machum plenū. **S**ic iuuenis qñ vocat a deo in
aliqua bona p̄dicatione statim venit maxie si vi-

det rubricaturā passionis christi. **N**ota quō ve-
nator vocat falconē tripliciter. **P**rimo ostenden-
do sibi rubedinem. **S**ecundo p̄tē de carne. **T**er-
tio clamando **S**ic xp̄s nos vocat p̄mo ostenden-
do rubedinem. s. crucem in qua eius caro fuit p̄
nobis suspensa rubea sanguinolenta. ⁊ quando
iuuenis cogitat christi passionē ⁊ dolorē. statim
venit ad eum p̄ deuotionem. quia adhuc nō ē in-
tratus cum mundo. **S**ecūdo vocat nos xp̄s
vt venator gustando de venatione. qñ iuuenis
audit missas sermones libēter ⁊ cogitat delecta-
biliter gaudia paradisi. dicit iuuenis. **O** tam bo-
num est istud ⁊ sequi christū p̄ bonam vitā **J**o-
David ps. xxxij. **S**ustate ⁊ videte qm̄ suauis ē
dñs. **T**ertio vocat clamando ore p̄dicationis.
Matth. x. **N**ō em̄ vos estis qui loquimini sed
spūs patris vestri loquit in vobis. **I**uuenis sta-
tim venit. secus de senibus qui sunt vt falco qui
habet stomachum plenū. qui licet a dño vocat
nō venit sed fugit. **I**dem de senibus qui sunt ple-
ni diuitijs quādo audiunt deū clamantē ore pre-
dicatois dicunt cras in quadragesima sequenti
vel in alio anno ⁊ interim venit mors ⁊c. **S**ed iu-
uenis statim venit. ideo dixit **J**ob cum esset iue-
nis. **V**ocab me ⁊ ego respōdebo tibi. **J**ob. xliij.
Secundo dicit de terra longinqua duplici ratio-
ne scz naturali ⁊ morali. **R**atio naturalis est. q̄a
iuuenis p̄m cursum nature longe est a morte licz
in macello mactant tot vituli quot boues. **S**e-
cūda ratio moralis est. quia iuuenis multum ē
longe a deo quādo nō vult ieiunare nec orare ⁊c
David. **L**onge a peccatorib⁹ salus. **T**ertio dicit
virū voluntatis mee. **N**ota virū. id ē. virtuo-
sum. quia talis placet deo. **D**ic exemplum quod
narrat a trib⁹ euāgelistis. s. **M**atth. xix. **M**ar-
x. **L**uce. xvij. de pueris qui portabant ad chris-
tum. vt ipsos tangeret ⁊ benediceret qd̄ aposto-
li phibebant. quod christus indigne tulit ⁊ di-
xit apostolis. **S**inite puulos venire ad me. talis
est em̄ regnum celorum. **D**icit **M**arcus q̄ am-
plexabat eos. **D**ico secundo q̄ aliqui veniunt
ad deum ab occidente senectutis ⁊ isti veniunt
tracti p̄ timorem. **S**icut sunt illi qui totā suaz iu-
uentutem dederūt mūdo in vanitatibus supbie
luxurie auaricie ⁊c. **E**t quando sunt senes absq̄
molarib⁹ tā nō possunt ire nec comedere nec dor-
mire nec iam vult ipsos mūdus tunc ipsi dant se
deo tales dicunt ventre de occidēte. quia tā sūt
in fine scz iuxta mortem ⁊ veniunt timore mortis
deus nō deberet tales recipere in seruituz octo-
genarium vel nonagenarium quia non faciūt ni-
si comedere ⁊ dormire. **S**ed deus est pius ⁊ be-
nignus ⁊ ideo recipit ipsos. q. d. **O** vos tardi ad
credendum ⁊c. **L**uc. xxij. **D**e talib⁹ deberet fa-
cere deus sicut fecit quidam rex de suo seruitore
qui dimisso rege iuit ad inimicos regis cum qui-
bus expendit totam suam iuuentutem faciendo

guerram dño suo. Et qñ fuit senex redijt ad regē qui suspendit ipm in furca vt merebat. Non sic facit deus cum sit totus pius de his qui veniūt ad ipsum ab occidente timori. De quib⁹ dicitur **Esa. lix.** Timebunt qui ab occidente nomē dñi ⁊ qui ab ortu solis gloriā eius cum venerit qñ fluius violentus quē spūs dñi cogit. **¶** Nota timebunt qui ab occidente suple veniunt nomē dñi nō dicit nomen creatoris vel redemptoris seu saluatoris. sed dicit nomen dñi. Quā ista noia faciunt q̄plures stare in peccatis cogitātes q̄ xp̄us est creator ⁊ nō inuanū creauit nos. Sicut argētarius nō inuanū facit cupā argenteaz vt ipsam proyiciat ⁊c. Idem de nomine redemptoris q̄ redemit nos ⁊c. Idem de noie saluatoris. q̄ cum sit saluator saluabit nos. Idē de nomine gubernatoris ideo gubernat nos. Sed timebūt nomē dñi quod ē nomē iusticie. **Idō Ibiere. x.** Non est similis tui i dijs dñe magn⁹ es tu ⁊ magnū nomē tuum in fortitudine quis nō timebit te. Rex gētium. Hoc nomē dñs tangit cor qñ hō cogitat q̄ deus ē dñs ⁊ ego sum seru⁹. **Idō** si nō facio sibi bonū seruitiū ipse damnabit me. Isto modo venit timor dñi. sed timor solus modicū valet. **Idō** oportet q̄ ibi sit amor. **¶** Secūdo dicit quali fluius violentus quē spūs dñi cogit. Si dicat. qñ senex timebit nomen dñi. **Rūdeo** cū venerit qñ fluius violentus. s. contritio. Quando senex viderit se ppinquū morti ⁊ cogitat penas inferni. et quid erit de ipso. tūc sicut oliua conterit in duas molas. Mola superior est rigor diuine iusticie. Mola inferior est pena inferni. tunc veniunt fluius violentus. s. contritio cū lachrymis d quo multū gaudet deus ⁊ sancti. **Dauid.** Fluminis impetus letificat ciuitatē dei. ps. xl. **Lu. xv.** Gaudū ē angelis dei sup vno peccatore penitentē agente. **Et Ezech. iij.** Abij amarus in indignatione spirit⁹ mei. manus em̄ dñi erat mecum confortans me. Nota quō manus dñi habz qñq; digitos. **Dollex** est cordis cōtritio. **Index** oris cōfessio. **Medius** debitorū restitutio. **Ab** dicitur iniuriarū remissio. **Auricularis** eucaristie cōmunio. **Fiat** manus tua vt saluet me. **Dauid.**
¶ Dico tertio q̄ quidā veniunt ab aquilone ad uersitatis p̄ dolorem sicut sunt illi qui in aduersitate cōuertunt ad deum ⁊ veniunt ad ipsum tracti p̄ dolorem. Quia sicut aquilonaris ventus ē frigidus ⁊ stringit homines. ita aduersitas vel tribulatio stringit hoīem cum deo. **Job. xxxvij.** Ab aquilone venit aurum. id ē. ex tribulatione venit homo ad deū. quia sicut aurū purificat in fornello. ita peccator purificat in tribulatione. Sūt multi qui qñ sunt in p̄speritate nō curant de deo sicut mulieres pulchre iuuenes. sed curant de ornamentis tripudijs ⁊c. **Sz** qñ deus mittit eis tribulationes aduersitates infirmitates diuisiones cum viris suis tūc veniūt ad deū ieiunant d

ponunt vanitates ⁊c. **Itē** hoīes luxuriosi avari supbi parum curant de deo. **Nota** similitudinē. **Luc. xiiij.** de illo qui fecit cenaz magnā ⁊ vocauit multos qui cena parata noluerūt venire ⁊c. **Qui** misit seruū dī. **Compelle** eos intrare. s. per aduersitates dolores ⁊ tribulationes ⁊c. **Idē** de hominib⁹ mūdānis qui se excusant de cena glorie nec curant ire p̄ bonam viam seu viam quam nobis parauit christus. De qua dicit **Johānes Apocak. xix.** Beati qui ad cenam nuptiarū agni vocati sunt. **A** qua aliq̄ se excusant dicētes. viltam emi. **Ecce** supbiaz. **Quidā** dī. iuga boū emi qñq;. **Ecce** auariciā. **Quidā** dī. vxorē duxi. **Ecce** luxuriā. **Sed** cōpellunt venire aduersitatibus tribulationibus infirmitatibus ⁊c. ⁊ sic veniunt ab aquilone. **Greg⁹.** mala que nos hic premunt ad deum ire cōpellunt. sicut puer compellitur a patre vt vadat ad scolā pcutiendo. **De** ista potest dici illud. ab aquilone venit aurum. **Job. xxxvij.** **¶** Dico quarto q̄ quidā veniunt ad deum de meridie p̄speritatis. **Isti** veniūt tracti p̄ rigorē. **Meridies** que est rigida ⁊ fertilis significat p̄speritatem que est habere abundantiam bonorū temporalium honorū dignitatum diuitiarū sanitatum ⁊c. que retrahunt homines ne veniāt ad deum. **Auortitas.** **Incrassatus** ⁊ impinguitus dilatatus dereliquit deum factorē suum ⁊ recessit a deo salutari suo. **Deutl. xxxij.** Sed qñ tales qui sunt in p̄speritate cōuertunt ad deum. vt **Dauid** ⁊ patriarche. dicunt venire a meridie p̄speritatis ad deū. **Auto.** **Abac. iij.** **De⁹** ab austro veniet ⁊ sanctus de mōte pharam. pharam. id ē abundans. **De** his quattuor simul vna **Auortitas.** **Ab** oriente adducā semen tuum ⁊ ab occidēte cōgregabo te. dicam aquiloni da. ⁊ austro. noli phibere. **Esa. xliij.** **¶** Nota ab aquilone adducam semen tuū. s. iuuenes. nō violentus s̄ p̄ amorem ⁊ libere. **Ab** occidēte congregabo te. **Dic** d̄ sacco tritici in agro dispersi quō nō pōt congregari nisi a deo. **Sic** nec homines mundani q̄ habent cor dispersum hinc inde in diuitijs honoribus omnes radices cordis ponunt hic inferius. dicā aquiloni. i. tribulationi. da. ⁊ austro. i. p̄speritati. noli phibere.

In die Ephie. Sermo sextus

Tribulabūt gentes in lumine tuo. **Esa. lx.** **Idō** declaratione ⁊c. **Sciendū** q̄ dñs noster iesus christus volens ostēdere ⁊ declarare differētiā inter temp⁹ ante suā incarnationē ⁊ temp⁹ post dixit. **Si** quis ambulauerit in die nō offendet. q̄ lucē hui⁹ mūdi videt. **Si** autē ambulauerit i nocte offendet. q̄ lux nō ē in eo. **Job. xj.** In ista autoritate xp̄s cōparat tps an̄ incarnationis nocti ⁊ tps post incarnationē diei. **Rō** q̄ sicut d̄ dies qñ sol lucet ⁊ d̄ nox absentia sol. **Idē** de

In Epiphania dñi

christo sole iusticie. de quo dicit vrgini Marie.
Felix nãq̄ es sacra vrgo maria r̄c. hic sol iusti-
cie ex peccato Ade fuit absens generi humano.
Voles adam plus cõplacere vxori q̄ deo. come-
dit de cibo venito r̄c. Aug. Adã peccauit nolẽt
cõtristare suas delicias. Quia sicut adã interpo-
suit mulierem inter se r̄ deũ quẽadmodũ terra in-
terponit inter nos r̄ solem quẽ occidit r̄c. 3o Da-
uid. Sol cognouit occasus suũ posuisti tenebras
r̄ facta ẽ nox. ps. ciiij. Sol. s. christus iusticie co-
gnouit occasum suũ quẽ adã peccauerit interpo-
nendo vxorẽ r̄c. Posuisti tenebras. s. peccatorũ
miseriarũ r̄ dolorũ r̄ facta est nox que durauit
v. m. annis r̄ vltra. Ideo tunc tempis gentes
qui ambulabant p̄ istũ mũdũ cadebãt in erro-
ribus r̄c. quia nõ habebãt claritatẽ scientie euãge-
lice. ideo dicit christus de illo tempe. Si q̄s am-
bulauerit in nocte offendit. quia lux nõ est in eo.
sed orto sole iusticie sup̄ terra in die natiuitatis i-
cepit dies clara dans claritatẽ doctrinarũ euã-
gelij r̄ instructionũ moralium. Beisto die dicit chri-
stus. Si quis ambulauerit in die nõ offendit. id
est. nõ cadit in errorem vel dubitationẽ vel falsam
opinionem. imo credit fidẽ catholicam a christo
p̄dicatã qui nõ fallit nec fallitur nec decipit nec
decipit. Ideo apostolus. Nox p̄cessit dies aut̄ ap-
propinquabit. ad Rhoma. xiiij. De isto die dicit
ppheta spiritu p̄phético dño nro iesu xpo. Am-
bulabunt gentes in lumine tuo. p̄r̄ thema. Do-
do ad eundũ ad paradysum ne cadamus sunt no-
bis necessaria q̄ttuor lumina q̄ habem̄ a dño. scz
Lumẽ intelligentie naturalis
Lumen doctrine sp̄ualis
Lumen exempli virtualis
Lumen gr̄e diuinalis
De quolibet istorũ luminũ dicit thema. Ambu-
labunt gentes in lumine tuo r̄c. Primum lumen
nobis necessariũ p̄ eundo ad paradysum ne cada-
mus est lumen de intelligentia naturali ne hõ sit
stultus. Unde intellectus seu ratio naturalis ne-
hil aliud est q̄ quoddã lumen illuminãs camera
conscientie quẽadmodũ cereus accensus illumi-
nat domũ ad dirigendũ nos in agendis. De isto
lumine loquit̄ David deo di. Signatũ est super
nos lumen vultus tui dñe dedisti leticiam in cor-
de meo. ps. iij. Nota sup̄ nos nõ dicit infra nos
scz in sensualitate. sed supra nos. s. in mente. Cũ
isto lumine homo põt regere se bene r̄ guberna-
re in tribus singulariter. s. In credẽdis. In fiẽ-
dis. In sperãdis. Primum in credẽdis. quia sicut
ille qui viget intellectu naturali quẽ intrat magnã
domum vel palaciũ intellectu naturali cognoscit
potentiã dñi qui illud fecit r̄c. Sic p̄sona que vi-
get intellectu naturali quẽ videt palaciũ huius mũ-
di cuius camere sunt in celo vbi sunt filij r̄ amici
dei. Stabulũ est hic vbi sumus nos cũ bestiis. Car-
cer inferni est inferius in corde terre p̄ malefacto-

ribus. Ex aspectu ergo palaciũ hu-
mũdi potest cognosci potentia dñi qui talem domũ creauit so-
lo intellectu naturali absq̄ magistro r̄ doctore.
quia nulla domus sit a seipsa. Item in ordinati-
one r̄ motu corporũ celestium intellectu naturali
potest cognosci sapiẽtia dei. Item ex eorum vti-
litate quẽ influunt hic q̄tidie r̄ continue potest co-
gnosci bonitas dei. Hoc dicit apostolus ad Rhoma.
i. Inuisibilia dei a creatura mũdi p̄ ea que facta
sunt intellecta conspiciunt̄ ita vt sint inexcusabi-
les. Nota inuisibilia dei sic sunt attributa diuina
vt potẽtia sapiẽtia bonitas r̄c. a creatura mun-
di. s. ab homine intellectu vigente p̄ ea que facta
sunt r̄c. ita q̄ sunt inexcusabiles. s. illi qui nõ cre-
dunt. Secũdo lumine intellectus naturalis pos-
sumus nos gubernare in fiẽdis. vnde dato q̄ de-
us nõ dedisset nobis decem p̄cepta moralia. per
intellectum naturalem possent sciri r̄ teneri. Quia
intellectu naturali scit̄ r̄ ostendit̄ r̄ seruatur q̄
nullus fidelis seruus r̄ bonus debet p̄ aliqua re
recurrere ad inimicos dñi sui. nec cum illis aliq̄d
tractare contra dñm suum qui dat sibi vitam et
prouisionem. sed q̄ in suis necessitatibus debet
recurrere ad dñm suum potentẽ r̄ bonum. Ecce
p̄mũ p̄ceptum. Nõ habebis deos alienos. Se-
cundo intellectus naturalis ostendit̄ r̄ indicat q̄
serui r̄ subditi debent loqui de dño suo cum reue-
rentia. Ecce secundũ. Nõ assumes nomẽ dei tui
inuanũ. Tertio intellectus naturalis dicit q̄ ser-
ui faciant aliquid r̄ tenent̄ facere aliq̄d seruitiũ
dño suo ex quo ipse puidet ipsis de victu. Ecce
tertium. Memẽto vt diem sabbati sanctifices.
Quarto intellectus naturalis dicit q̄ quilibet
dñs vult q̄ in domo sua iuuenes honorãt senes
Ecce quartũ. Honora patrem r̄ matrem tuam r̄c
Quinto nullus dñs vult q̄ in domo sua aliquis
recipiat vindictã de iniuria sibi facta. sed q̄ pe-
tat ab eo iusticiam. Ecce q̄ntũ. Nõ occides. Se-
xto nullus dñs vult q̄ in domo sua aliquis cum
filiabus vel ancillis suis carnaliter conueniat ni-
si ipse dederit sibi in cõiugiũ. Ecce sextum. Non
mechaberis. Septimo nullus dñs vult q̄ in do-
mo sua aliquis recipiat aliquid ab eo vel ab alio
sed q̄ sit cõtentus de pte sua quã dñs sibi dedit.
Ecce septimũ p̄ceptum. Nõ furtum facies. Itẽ
q̄ nullus diffamet alterum. r̄ sic de alijs. Patet
ergo q̄ lumen intellectus naturalis dicit nob̄ q̄d
fiendum. Autoritas. Cũ gentes que legem non
habent ea que legis sunt faciunt hmoi legem nõ
habentes ipsi sibi sunt lex qui ostendunt opus legi
scriptum in cordibus suis. testimonium reddent
te illis conscientia ipsorum. Rhoma. ij. Tertio lu-
men intellectus naturalis sufficit ad ostendẽdũ
nob̄ quid a deo sit sperandum. Quoniã ratio na-
turalis dicit q̄ quilibet bonus dñs potens sapi-
ens r̄ iustus dat retributionem suis bonis serui-
toribus. r̄ malis seruitoribus dat punitionẽ. Cũ

ergo deus sit summe bonus iustus potens et sapiens. Ideo oportet dicere de necessitate quod pmiat suos bonos fructores qui seruiunt sibi iuxta suam voluntatem. et quod punit malos etc. Hec autem retributio bonorum vel punitio malorum seruitorum non fit in hoc mundo. ergo oportet dicere et necessario credere quod est alia vita in qua pmiat bonos et punit malos. vel deus esset iniustus quod absit. de hoc apostolus. Sine fide impossibile est quecumque placeat deo. Credere enim oportet accedentem ad deum. quia est. et quod inquirentibus se remunerator sit. ad heb. xj. De isto lumine intellectus naturalis dicit thema. Ambulabunt geres etc. **D**ico secundo quod secundum lumen nobis necessarium est lumen de doctrina spirituali. Ratio. quia pmi lumen scilicet intellectus naturalis solum nobis declarat quod debemus credere unum deum. et quid sciendum et quid sperandum. sed non declarat nobis nec ostendit quod ille deus unus sit in essentia et trinus in personis. quia intellectus naturalis non sufficit ad hoc declarandum. ut pulchre ostendit sanctus **Th**omas. i. pte. q. xxxij. ar. j. huius rationem superius in quodam sermone reperies. **I**deo fuit nobis necessarium lumen doctrine spiritualis ab ore dei incarnati dei. Tres sunt que testimonia dant in celo. pater. filius. et spiritus sanctus. et hi tres unus sunt. j. **J**oh. v. Item lumen intellectus naturalis non sufficit nobis ad declarandum qualiter de illis tribus personis diuinis nec pater nec spiritus sanctus sed filius fuit incarnatus. sed ostendit lumine doctrine cum apostolus dicat. Qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus esse se equali deo. sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens in similitudinem hominum factus et habitu iuuetus ut homo. ad phil. ij. Item non sufficit intellectus naturalis ad declarandum quomodo virgo concepit et peperit et quomodo post partum virgo permansit. Sed hoc nobis ostendit lumine doctrine spiritualis dicens. Ecce virgo concipiet et pariet filium non patrem nec spiritum sanctum. et vocabitur nomen eius emanuel. **E**sa. vij. Item quod christus sit passus in cruce non in quantum deus sed in quantum homo non sufficit intellectus naturalis ad declarandum. Ideo fuit necessarium lumen doctrine spiritualis. quod ostendit quoniam christus voluit suspendi in cruce ne aliquis sibi credens et obediens suspendat in furca inferni. et ipse diues voluit soluere pretium redemptionis pro nobis pauperibus. ad phil. ij. Humiliauit semetipsum factus patri obediens usque ad mortem autem crucis. Item non sufficit intellectus naturalis declarare quomodo christus est in sacramento altaris verus deus et verus homo perfectus imo fuit necessarium lumen doctrine spiritualis ab ore dei incarnati dei. Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus. **J**oh. vi. Nota vere est potus non similitudinarie. Si dicat. et si sacerdos est malus ribaldus. etc. nunquid vere conficit. respondeo quod sic. ita vere sicut sacerdos bonus et sanctus. quia non fit virtute

sacerdotis. quia solum est instrumentum. sed fit virtute verborum christi. Sed est ibi talis differentia. quia missa boni et deuoti sacerdotis est in saluationem sui et aliorum. Missa autem mali sacerdotis est in damnationem sui et aliorum vel illorum qui ipsam audiunt si publicus fuerit. dist. xxxij. Preter hoc. nihilominus consecrat sed ad sui damnationem. etc. **G**regorius. de conse. dist. ij. Quis fidelium dubium habere possit in ipsa inolationis hora ad sacerdotis vocem celos aperiri et in ipso iesu christi mysterio angelorum choros adesse qui recomedant christo bonum sacerdotem. **S**aluum vero detestantur peccantes a christo licentiam ipsum occidi. Quibus respondet christus. nolo mortem peccatoris sed magis ut conuertatur et viuatur. **E**zech. xvij. Item non sufficit lumen intellectus naturalis ostendere omnia que debemus facere ut quod debeamus baptisari et quod ibi mudemur a peccato a culpa et a pena. Ideo fuit necessarium lumen doctrine spiritualis. dei. **N**isi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non introibit in regnum dei etc. **J**oh. ij. Non sufficit intellectus naturalis quod si post baptismum peccatum quod per penitentiam iterum sanctificemur. sed necessarium est lumen doctrine christi dei. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis et quorum retinueritis retenta sunt. **J**oh. xx. Item non sufficit lumen intellectus naturalis ad sciendum quid sperandum est in alio mundo quantum ad gloriam anime. vel quod horrendum et timendum quantum ad damnationem. et de resurrectione quantum ad corpus. Ideo necessarium est lumen doctrine spiritualis. dei. venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient voces filii dei. et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vite. qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicij. **J**oh. v. licet enim intellectus naturalis sufficiat quod habeamus a deo retributionem. non tamen declarat qualem. De isto lumine doctrine spiritualis **A**utoritas **E**sa. ij. domus iacob. i. christiani venite et ambulemus in lumine dei nostri. **N**ota ta non dicit in lumine intellectus nostri. Ideo dixit christus aliquibus qui erant contenti de primo lumine. scilicet intellectus. **A**dhuc modicum lumen est in vobis **J**oh. xij. **T**ertium lumen nobis necessarium est lumen de exemplo virtuali. Ratio. quia viatores qui habent ire per longam viam et piculosam necesse est ut habeant ductorem qui eis ostendat viam nec sufficit doctrina. scilicet dicere eis verbo sed etiam facto maxime cum in via sunt plures vie. Sicut in via ab hinc usque ad celum in qua primi ductores fuerunt **A**daz et **E**ua. qui in prima dicta errauerunt in via. et consequenter omnes ipsam sequentes. etc. **I**psi vero non cognouerunt vias meas quibus in rari in ira mea si introibunt in requiem meam. ps. cxlij. Sed venit alius ductor. scilicet christus qui nunquam errauit viam. **J**oh. j. **P**et. ij. Sequamini vestigia eius quod peccatum nunquam fecit nec inuentus est dolus in ore eius. **E**t cum in dicta via siue via paradisi sunt multa

Dñica infra octa. Epiphanie

biuita nō oportet respicere nisi p̄ quam christ⁹ du-
ctor vadit. **P**rimū biuū est ad sinistra supbie
z vanitatis. Ad dextram māfuetudinis z humi-
litas. z p̄ istam iuit christus. Ideo dicit ip̄e **Di-**
scite a me. q̄ mitis sum z hūilis corde. **Mat.**
xxj. **S**ecūdu est auaricia z cupiditas. z miseri-
cordia z liberalitas. per primum vadūt ad infer-
num auari vlturarij raptores fures **zē.** **Respice**
p̄ quā viam iuit christus ductor q̄ dicit Luc. vj.
Estote misericordes sicut pater vester misericors
est. **Tertiu est luxurie z carnalitatē p̄ quā va-**
dunt luxuriosi ad infernum. z mūdicie z purita-
tis. p̄ quā iuit christ⁹. Ideo dicit sacra scriptura
Hec est voluntas dei sanctificatio vstra. vt ab-
stineatis vos a fornicatione. z sciat vnusquisq̄
vas suū possidere in sanctificatione. s. ad 1. thes.
iiij. **Quartū est inuidie z malignitatis. z amo-**
ris z charitatis p̄ quam iuit christus. de q̄ Joh.
Apocal. j. Dilexit nos z lauit nos a peccatis no-
stris in sanguine suo. **Quintū est gule z voraci-**
titatis p̄ quod vadunt gulosi. Et aliud est absti-
nentie z parcitatis. p̄ quod iuit christ⁹. Ideo di-
cit ip̄emet Luc. xxj. Attendite ne grauent cor-
da vstra crapula z ebrietate. z sic de alijs. Nō
possumus dicere x̄po illud Genes. xxxij. Pre-
cedat dñs meus z ego paulatim sequar. De isto
lumine dixit ille sanctus senex Simeon. viderēt
oculi mei salutare tuum. Lumen ad reuelationē
gentium. Luc. ij. De isto dicit thema. Ambula-
bunt gentes in lumine tuo. **Quartū lumen est**
de gratia diuinali. Unde sunt multi qui habent
tria predicta lumina tñ nō vadūt ad paradysum
quia nō habuerunt istud quartū lumen p̄pter eo-
rum malam vitam z defectū. de q̄bus dicit Job.
xxij. Ipsi rebelles fuerunt lumini. s. diuine gra-
tie. Ideo necessarium est istud lumē de gratia di-
uinali. scz gratia gratum faciēs. que ē quoddam
lumen a deo infusum in anima. Cui⁹ effect⁹ sunt
illuminare intellectum de credendis. Inclinare
voluntatem in fiendis. z inflammare effectum in
desiderandis. De isto lumine Esa. x. Surge illu-
minare hierusalem. in persona christiana tropo-
logice. Quia venit lumen tuum z gloria dñi sup
te orta est. quia ecce tenebre operient terram. su-
per te autem orietur dñs suple per lumen gratie
Et his sequit q̄ deus reputat nos p̄sonas nobi-
les. z vult q̄ cum quattuor luminibus. id est. q̄r-
tuor cereis accensis vadamus ad paradysum. Cū
nos simus vermes putridi z tñ vult q̄ honorabi-
liter vadamus ad paradysum. Ideo dicit thema
Ambulabūt gentes. scilicet ad paradysum in lu-
mine tuo zē.

Dñica infra octa. Ep̄hie. Sermo p̄m⁹.

Voluntas dei bo-
na beneplacens z p̄fecta. ad Rhom.
xij. z i ep̄stola Juxta motiū thema-

tis in sermone volo vobis declarare breuiter.
quid vult deus a nobis. quia hoc est nobis mul-
tum necessariū ad sciendum pro habendo hic di-
uinam gratiam z in futuro gloriā dei. Sed primo
salutetur virgo Maria. Voluntas dei bona zē
Pro hui⁹ verbi declaratione z materie p̄dicade
introductione. sciendum q̄ inter om̄ia nob̄ mul-
tum necessaria ad gubernationem vite est scire
quid vult deus de nobis. **R**atio. quia nullus ser-
uus potest bene seruire dño suo nisi sciat ei⁹ vo-
luntatem que sunt que sibi placēt. z que illa que
sibi displicēt. alias credens sibi seruire bene ma-
le seruiret. **S**ic nos om̄es christiani sumus serui-
tores Christi. in domū cuius intramus ad serui-
endū sibi in baptismo in quo p̄mittitur nobis
vita eterna siue salarium vite eterne. **Q**uādo sa-
cerdos querit quid petis zē. **R**espondet vitam
eternam. ergo abienuncia sathane z pompis ei⁹
Respondet abrenuncio. **I**deo oportet nos scire
quid vult deus de nobis de quolibet statu. quid
vult a religiosis a clericis quid a dñis quid a pre-
latis quid a diuitibus quid a paupibus quid a
sanis quid ab infirmis vt quilibet se gubernet iux-
ta voluntatem dei. p̄pter hoc **D**avid orādo dī-
cebat z querebat a deo vt sibi ostenderet q̄d vo-
lebat ab eo. di. **D**omine ad te cōfugi doce me fa-
cere voluntatem tuam. quia deus me⁹ es tu. ps.
cxlij. **M**ora domine ad te cōfugi. scz ad seruiē-
dum. **I**do doce me facere voluntatem tuam z
que non potest sciri nisi ab eo reueletur. **Q**uis enim
hominū potest scire consiliū dñi. aut quis pote-
rit cogitare quid velit deus. **S**apient. ix. arguen-
do a minori. scz si volūtas hominis nō pōt sciri
nisi reueletur ab homine. quomodo scietur volū-
tas dei nisi ab ip̄so reuelet. **I**deo modo in nouo
testamento reuelauit nobis clare quid vult a no-
bis. p̄pter hoc deuote dixit apostolus in thema
te. **V**olūtas dei bona beneplacēs z perfecta. vbi
ostēdit apostolus q̄ deus vult a nobis tria prin-
cipaliter ad que om̄ia sunt reducibilia. vult enī
a nobis. **P**rimo conuersionem penitētiāle. ideo
dicit volūtas dei bona. **S**ecūdo durationem vir-
tualē. ideo dicit. volūtas dei beneplacens. **T**er-
tio saluationē celestialem. ideo dicit. volūtas di-
p̄fecta. **D**ico primo q̄ deus vult a nobis con-
uersionem penitētiāle. quia om̄es sumus pec-
catores nec aliquis potest se de peccatis excusa-
re. j. **J**oh. j. **S**i dixerimus. quia peccatum nō ha-
bemus. ipsi nos seducimus z veritas in nobis
nō est. **I**deo vult deus de peccatoribus conuer-
sionem penitētiāle. quia peccando quilibet
vertit dorsum deo z facie ad bona huius mundi
verbi gratia. supbus vertit dorsum deo z facie
ad honores dignitates officia zē. **I**dem de alijs
peccatis auaricie luxurie zē. vult ergo de⁹ vt pec-
cator conuertat se scz vt vertat dorsum bonis h⁹
mundi honoribus dignitatibus zē. z conuertat

faciem ad ipm deum ad seruiendū sibi et obediē-
dum amandū et desiderandū etc. **I**stam conuer-
sionem penitentialem vult deus a nobis. **A**utoritas
Nunquid voluntatis mee est mors impij dicit do-
minus deus et non ut couertat et viuat. **E**zech. x/
viij. **D**e ista voluntate dei dabo vobis vna pul-
chram rationem. **S**icut argentarius postquam fecit
vna pulchram cupam vel taceam de auro vel ar-
gento que cadit in terra vel luto vel frangitur et
deturpat propter hoc argentarius non punit illam
cupam vel taceam cum sit de materia preciosa. **S**e-
cus de vase modici valoris de vitro terra vel li-
gno. **S**ed vult ipsam cupam vel taceam reforma-
re iterum et renouare in fornace vel incude reforma-
re seu reparare. **S**ic deus ab initio fecit diuersa
vasa vel taceas de stagno vel de plumbo de ar-
gento et auro. scilicet diuersas creaturas sed solum ho-
minem fecit de auro. quia est ad imaginem dei. **I**dem
de alijs creaturis corporalibus si cadant et frangantur
deus non multum curat. sed de homine qui cadit
in peccatum mortale supbie vel auaricie etc. mul-
tum curat. quia materia est preciosa et non vult ut per-
datur vel annihiletur per mortem sed vult quod reformetur
et renouetur ad instar vasis auri vel argenti in
fornace penitentiae. **N**ota quod sicut cupa reformatur
tripliciter. scilicet in fornace vel in incude vel alias. sic
peccator tripliciter reformatur. **P**rimo in fornace
contritionis coterendo et dolendo de peccatis suis
etc. **S**ecundo in incude confessionis confitendo pec-
cata feriendo cum martello accusatiōis accusan-
do seipsum fortiter seruata veritate. **T**ertio re-
formatur seruando penitentiam iniunctam a confes-
sione. **H**ec est voluntas dei bona. **I**deo apostolus
Hoc bonum est acceptum coram saluatore nostro deo
qui vult omnes homines saluos fieri et ad agnitio-
nem veritatis venire. scilicet ad **T**imoth. ij. **N**ota qui
vult omnes homines. scilicet peccatores saluos fieri per
conuersionem penitentialem. et ad agnitio-
nem veritatis venire quantum ad fideles. **S**i dicat. quare
ergo non omnes saluantur ex quo ipse deus vult etc.
Respondeo quod tu non vis fieri. **S**i dicatur nunquid
voluntas dei est maior et efficacior quam mea. **R**e-
spondeo quod imo. sed dimittit ipsum in libertate.
Dico secundo quod post conuersionem penitenti-
alem vult deus a nobis durationem virtualem et per
seuerantiam in bona vita incepta. non contentatur
deus de sola inchoatione bone vite imo vult du-
rationem. **S**unt multi qui subito conuertuntur
ad deum quando aliquando audiunt bonam predicati-
onem et proponunt bene viuere sed paulatim desi-
stunt. **H**oc nihil valet. **I**deo vult deus duratio-
nem virtualem. **R**atio. quilibet mercator vult ut
bene conferuent et custodiant merces preciose
quas ipse emit et quanto sunt meliores et preciosio-
res tanto magis vult ut diligentius custodiant.
Idem de domino iesu christo optimo mercatore qui
optime cognoscit merces et iocalia preciosa que ve-

nit ad nundinas huius mundi ad emendum animas
nostras de mundo. **D**abit mihi animas cetera tol-
le tibi. **S**en. xiiij. **M**odo in hoc mundo nulle alie
merces nec iocalia sunt ita preciosa sicut est anima
hominis vel mulieris. **U**nde si omnes creature
corporales scilicet sol luna aurum etc. essent similes in vna
statera plus ponderaret vna anima sola in valo-
re quam omnes tales creature corporales. **I**deo christus
bonus mercator non auro nec argento emit animas
nostras. quia non fuisset precium sufficiens sed emit
eas preciosissimo sanguine infiniti valoris. scilicet per. i.
Non corruptilibus auro vel argento redempti
estis sed preciosissimo sanguine christi iesu. **A**nima est
tam preciosum iocale et tantum constituit domino Iesu
christo quod vult quod non perdat nec furem a latrone
scilicet diabolo. sed quod conseruetur et duret in bona vi-
ta. **S**auid ps. xxix. **D**omine in voluntate tua presti-
tisti decori meo virtutem. id est anime mee virtutem
scilicet durationis virtualis. **M**odo cogitate quod
malum est peccare mortaliter et perdere animam tam
preciosum iocale a christo tam care emptum. **N**o-
ta ad propositam parabolam illius mercatoris qui
in nundina emit preciosissimam margaritam pro qua
dedit quicquid habebat quam commisit vxori cui
studendam in quodam panno rudi inuolutam.
Que nesciens eius valorem. ipsam dedit pro dua-
bus lactucis. propter quod iratus vir occidit eam
gladio. **H**ic mercator est christus qui emit preciosis-
simam margaritam scilicet animam meam et tuam. etc.
Pro qua dedit totum suum sanguinem cuius vna gut-
ta plus valet quam quicquid creauit. **Q**uam animam
committit christus vxori scilicet persone christiane que est
sponsa christi. **O**see. ij. **S**ponsabo te mihi in fide
etc. dixit christus persone christiane. ego teneo me-
am tuam. et ille suam in corpore et venit lactuca
scilicet temptatio diabolica tempe estatis quando per-
sona est calida per concupiscentiam de muliere vel
beneficio vel de honore vel dignitate etc. **E**t ve-
nit temptatio lactucam portans et loquitur ima-
ginationi dicens. **T**u poteris habere quod vis
si facis hoc etc. si das tantum etc. et vis recreari con-
sentis temptationi tunc tradis margaritam dia-
bolo. id est animam tuam. **I**dem emendo vel vendē-
do cum usura tunc das animam diabolo. **I**dem
de quolibet peccato mortali potest dici. **Q**uoniam mer-
cator christus venit. scilicet in morte vel in iudicio que-
rens a te margaritam quid dices. **C**ogita quid
faciet tunc christus de te. faciet sicut mercator fe-
cit de vxore sua stulta. ideo vult deus ut durem
et perseueremus in bona vita custodiendo diligen-
ter animam nostram dicente christo de quolibet
quod dixit iesus de iohanne. **S**ic enim volo ma-
nere. scilicet in bona vita donec veniam. **J**oh. vitio.
Quia existens in gratia dei dicit **J**ohannes. id est
cui data est gratia. **I**deo dicit christus de ipso.
sic enim volo manere etc. **B**eatus qui tunc potest
respondere christo. **D**omine ecce animam meam

Dñica infra octa. Epiphanie

quomodo custodiui vobis diligenter. Hec est voluntas dei beneplacens. de qua David. **B**ñplacitum est dño sup timentes eum ps. cxiij. quoniam timor custodit virum. Dicitur quoque mulier timeret adulterari cogitando quod vir eius respicit eam per fenestram. sic nihil possumus facere in hoc mundo quin totum videat deus per fenestras sue scientie. Ideo timere debemus ad instar mulieris que non audet loqui cum amasio suo respiciente viro. Quia timor dñi expellit peccatum. et sine timore est non poterit iustificari. **Ecclij. Et Ecclij. xxvij. Si non in timore dñi tenueris te instanter subuertetur domus tua. Tertio vult a nobis deus saluationem celestialem. post conuersionem penitentialem et durationem virtualement vult de nobis deus saluationem celestialem. Ratio. quia quelibet persona prudens et discreta vult ducere opus suum ad finem propter quem fit illud opus alias esset defectus vel potentie vel sapientie vel iusticie. Modo videamus propter quem finem fecit nos deus. non ut habitemus in hoc mundo finaliter. quoniam mundus iste non est nisi via quam intramus per portam natiuitatis et eximus per portas mortis. verbi gratia. ubi sunt illi qui erant? modo sunt tot anni. nec fecit nos deus isto fine ut congregemus pecunias nec reddidit? etc. quia omnia sunt dimittenda in morte. quia tam reges. domini. quam etiam pape et prelati dimittent suas dignitates etc. Nec fecit nos deus ut demus nos delectationibus carnalibus etc. ad instar animalium brutorum que etiam habent illas delectationes. sed fecit nos deus isto fine ut habeamus vitam eternam. **Ad Rhoma. vj. Finem vero vitam eternam suple habere. Si ergo quelibet persona vult quod opus suum veniat ad finem. multo magis deus Ideo vult deus de nobis saluationem celestialem que est finis noster. Autoritas. Luc. xix. Venit filius hominis querere et saluum facere quod perierat Subditur. Non est voluntas ante patrem vestrum qui in celis est ut pereat vnus de pusillis istis. **Matth. xvij. Questio diceret aliquis si voluntas dei est ut omnes saluentur. quare tot damnantur cum sua voluntas est omnipotens. Quare ergo damnantur tot infideles. iudei. agareni. et tot mali christiani si deus vult ut omnes habeant saluationem celestialem. quare ergo tot vadunt ad damnationem. Responsio quod voluntas dei est ut omnes saluentur sed tu non vis saluari. sed dices. volo saluari. Responsio verum est verbo. sed non facto. Unde qui dicit se velle ire ad nusciam verbo et recipit facto viam versus maguntiam. metitur. Idem superbus dicit verbo. quod vult saluari et ire ad paradysum. sed facto recipit viam inferni Idem dicatur de quolibet peccato. Unde non est voluntas. sed velleitas. ut dicit sanctus **Tho. in his qui volunt per viam peccatorum ire ad paradysum. patet ergo quod tu non vis saluari. voluntate********

proprie dicta dum intendis in peccatis permanere. **Nota de rege similitudine qui vult quod omnes de ciuitate habeant bonum et viuant. si dicatur. ergo quare suspenditis illum. Responsio. quod fecit contra ordinationem meam. Ego ordinavi propter bonum ipsorum ne fureretur aliquid. sed iste fecit oppositum. ergo etc. Idem de alijs peccatis Idem de deo qui vult quod omnes habeant bonum saluationis celestis. Ideo ordinavit quod omnes infideles veniant ad fidem et baptisentur et ipsi nolunt obedire. ideo damnantur. quia deus non vult togere liberum arbitrium. Ideo de christianis ordinavit decem precepta etc. et nolunt facere Idem de religiosi et clericis ordinavit ut viuant honeste etc. et nolunt. Sicut enim bonus dominus et iustus vult quod omnes sibi subditi habeant bonum. Fruendo suas ordinationes. Ita et deus. quia ista est dei voluntas perfecta. De qua dicit apostolus. Qui cepit in bonis operibus bonum proficiet usque in die iesu christi. ad **Phil. j.****

Dominica infra octauas
Ephie. Sermo secundus

Reformamini in nouitate sensus vestri etc. ad **Rho. xij. et in epistola dñice curreti. Pro declaratione etc. Sciendum quod in omnes creaturas que deus fecit singulariter quid fecit in homine. Quoniam alie creature aut sunt pure spirituales ut angeli. aut pure corporales ut iumenta. sed homo habet vtrumque. habet enim animam spiritualement per quam participat cum angelis. corpus cum animalibus. deus fecit ut doctor qui facit aliquid quem librum. et post in fine libri totum epilogat in vno capitulo. Ita fecit deus qui fecit vnum magnum librum. scilicet istum mundum. in quo qui vult legere potest ibi legere dei potentiam in creatione. dei sapientiam in oratione. dei misericordiam in conseruatione. Fecit omnes creaturas corporales et spirituales. et vltimo hominem qui participat cum omnibus creaturis tam spiritualibus quam corporalibus cum lapidibus in esse. cum plantis in esse et viuere. cum iumentis in esse et viuere et sentire cum angelis in esse et viuere et sentire et intelligere. Illud videtur dicere scriptura sacra **Gen. ij. Formauit deus hominem de limo terre quantum ad corpus. Et factus est homo in animam viuente. Ex hoc sequitur contradictio in homine. quia homo est ex duabus naturis contrarijs. scilicet corporali et spirituali. Corpus naturaliter vult descendere ad delectationes etc. Anima autem vult ascendere per contemplationem etc. Ecce contradictio Autoritas. **Ad Gal. v. Caro concupiscit aduersus spiritum. et spiritus aduersus carnem. Angelonihil contradicit. nec iumentis sed homini. quia quando vult facere aliquod bonum. statim sequitur contradictio. hoc bellum portamus nobiscum******

Et quia ex hoc sunt multi inordinati in hoc mundo. propter hoc dicit nobis apostolus in themate Reformamini in nouitate sensus vestri. non dic carnalis sed sensus. id est anime. Ego quesivi amore vestri per quas virtutes homo potest reformari et inueni per tres. prima ordinat hominem erga deum. secunda erga proximum. tertia erga corpus proprium.

Prima est vera humilitas

Secunda liberalis pietas

Tertia pura castitas

Ex his dicit thema. Reformamini in nouitate. etc. **D**ico primo quod prima virtus qua homo potest reformari est vera humilitas que ordinat hominem erga deum. Nota quia quasi totus mundus securus est doctorinam illius mali magistri. scilicet luciferi qui docuit superbiam. Sic quomodo in serpente venit ad mulierem ad partem debiliores ville. et legit sibi lectionem superbie quando dixit quod essent sicut diuinitates bonum et malum. que statim superbiuit. Sicut enim habemus carnem nostram ab eua. sic etiam inclinamur ad superbiam. Sed vide qualiter deus reformauit mundum cum tanta humilitate. ita quod non potuit esse melior. docens et predicans. quod non sequantur doctrinam illius falsi magistri luciferi. sed quod discant ab ipso di. Discite a me quia mitis sum et humilis corde. et inuenietis requiem animabus vestris. Matth. xi. Scutifer vel miles non vellet ire equitando si rex suus iret peditando nec sedere in scamno si rex sederet in terra. Ideo christus qui est forma humilitatis dedit nobis exemplum humilitatis. De quo apostolus ad phil. ii. Qui cum in forma dei esset semetipsum exinauiuit formam serui accipiens humiliavit semetipsum. Ergo reformamini iuxta formam et exemplum a christo vobis datum. Nota ad propositum experimentum quod dicunt naturales de aquila. Quando ex antiquitate propter nimiam curuitatem rostri non potest cibum capere allidendo rostrum ad petram renouat. De hoc dicit David. ps. cii. Qui replet in bonis desiderium tuum renouabitur ut aquile iuuentus tua. Aquila antiqua est persona superba. curuitas rostri est quedam consideratio propter excellentiam vel generis. quia miles vel nobilis etc. quia magister vel doctor in scientia. vel quia diues et posset emere omnes istos. vel quia iuuenis vel fortis. et sic despiciat alios. ex tali consideratione venit superbia. Idem de mulieribus quando mulier cogitat ego sum pulchrior de villa. scio tripudiarum. cantare. etc. venit superbia in corde. Idem etiam de excellentibus spiritualibus de quibus deberet deum laudare. curuat rostrum ad propriam excellentiam. Nota ad hoc exemplum quod habetur Luc. xviii. de phariseo qui dicebat. deus gratias ago tibi. quia non sum sicut ceteri hominum raptores. iniusti. adulteri. ieiunio bis in sabbato. decimas de omnium que possideo

Ecce quomodo curuabat rostrum ad seipsum. Ex quo sequuntur duo mala. Primum quod non potest sumere cibum. scilicet spiritualem. quia ex illa superbia perdidit consolationes et dulcedinem anime. et clausa est ianua per superbiam. Ideo. i. Pet. v. humiliamini sub potenti manu dei. subdit. quia superbis deus resistit humilibus autem dat gratiam. Secundum malum quod sequitur. quia persona superba ad instar aquile tota est pomposa. Primo in magnis manibus. Secundo in caudis. ecce aquila. Istis clausa est ianua paradisi. rostrum habent curuum dicendo ego sum in magno genere. ego portavi thronum. Sa. lomon. Vanitas vanitatum et omnia vanitas Ecles. i. Remedium quod habemus ad instar aquile. queramus lapidem fortem. Iste lapis est christus de quo David. lapidem quem reprobauerunt edificantes hic factus est in caput anguli. ps. cxvii. In isto lapide percutiamus rostrum considerando humilitatem christi. Praxice. Si quis habet desiderium ascendendi ad dignitatem regimen etc. Cogita si christus voluit habere regimen dignitatem honores. et inuenies quod non. Idem de desiderio ornandi. Respice si christus voluit ornari et vestiri. et inuenies quod triginta tribus annis portauit eandem vestem pauperrimam. Idem de superbia in equis. mulis et etc. percute petram que non quod voluit equitare nisi per necessitate in azino Zacha. ix. et Matth. xxj. Idem de superbia recipiendi vindictam. christum respice et videbis quod noluit se vindicare de inimicis licet esset magnus. imo dixit. Pater dimitte illis. quia nesciunt quid faciunt. De hoc auctoritas David ps. cxxxvj. Beatus qui tenebit. scilicet humilitate et allidet pueros suos scilicet motus superbie ad petram. id est ad christum Tunc poterit recipere cibum anime. Secunda virtus necessaria ad reformationem vite est liberalis pietas que ordinat hominem circa primum quando de gratiis sibi a deo factis facit partem primo verbi gratia. Si deus facit tibi gratiam de intellectu inuua ignorantem ne erret vel decipiat. Si es deuotus et timens deum et primus est peccator. dulciter corrige ipsum. Si habes bonam eloquentiam. loquere pro proximo qui nescit loqui etc. Sic facis partem sibi de bonis spiritualibus. Idem facias de bonis temporalibus et corporalibus. Si tu es fortis et primus sit violentia defende. Si es nobilis vel miles potens in villa. defende viduas et pupillos qui persecutionem patiuntur. Idem de pecuniis da pauperibus. Ecce quid est liberalis pietas benedictus qui sic reformatur. Auctoritas. Quisquis sicut accepit gratiam in alterum illam ministrans sicut boni dispensatores multiformis gratie dei. i. Pet. iiii. Nota de hoc experimentum in natura de serpente probatum a philosophis. Quando serpens propter duriciam pellis non potest se bene mouere abstinet per multos dies. tandem ad strictum foramen dimittit pellem duram hic

Dñica infra octa. Epiphaniæ

serpens significat psonam auaram duplici rati-
one. Prima quia deus dedit serpenti terram ad
comedendū. ait dominus deus ad serpentem. ter-
ram comedes omnibus diebus vite tue. Gen. iij.
Sic auarus comedit terram. quia semper habet
formam vel terram in ore suo loquendo de nun-
dinis foris etc. Secunda ratio. quia serpentes
nō incedunt recte sed serpendo tortuose. Idē de
diuite auaro quādo paup homo venit ad eū vt
mutuet sibi amore dei decē florenos. Si respon-
det certe libenter amore vestri. modo incedit re-
cte. Sed quando dicit. Ecce quādo veniet nota-
rius dicetis q sint duodecim. et ita ponet in car-
ta. Ecce tortuosus. vel quādo recipit possessiōes
in pignore et interim recipit fructus. Ecce iniqui-
tas vel quādo vedit plus pp̄ solutionis dilati-
onē vel quādo emit pro minori precio pp̄ter de-
narios promptos vel solutionis anticipationem
Ecce dolum. vel quādo obligat ad molendū in
suo molendino etc. De tali dicit scriptura sancta
Cor tuum nō est rectum coram deo in felle ama-
ritudinis et obligatione iniquitatis video te esse
Acti. viij. Ecce serpens cum duricia pellis q nō
potest se mouere ad opera misericordie et pietatis
Remedium ergo ad instar serpētis qui facit duo
p̄mo abstinet et caro restringit. secundo transit p
artum foramen et dimittit pellem. Ita debet fa-
cere vsurarius. p̄mo debet abstinere ne decetero
faciat vsuras. iuxta consilium apostoli. Qui su-
rabaſ iam nō furetur. magis aut laborer manib⁹
suis quod bonum est vt habeat vnde tribuat ne-
cessitatem patienti. ad Eph. iij. Secūdo oportet
ipsum transire p strictum foramen restitutionis
dicunt aliqui. nō habeo de quo restituaz. credūt
q ex quo nō habent pecunias supfluas q non te-
neant restituere. vendatis. agrum. domum. vi-
neam. seu vasa argentea. Quoniam regula est the-
ologorum et etiam iuristarum q nō dimittit pec-
catū nisi ablatum restituatur. xij. q. vj. Si res.
De restitutione sanctus Thomas pulchre et sa-
lubriter determinat. scda scde. q. lxij. qui in secū-
do articulo dicit q restituere est de necessitate sa-
lutis sicut etiam seruare iusticiā. Alius dicit. Ego
ponam in testamento etc. Interim tu ibis ad in-
fernum. Illi qui faciunt restitutionem saluantur
solum. Restituatis et eritis reformati ad instar
serpentis in vita vestra. De hoc autoritas. Ex-
poliantes vos veterem hominem cum actib⁹ su-
is et inuentis nouum hominem qui renouat in
agnitionem dei fm imaginē eius qui creauit eū.
ad Col. iij. Tertia virtus que facit reformare
creaturā est pura castitas que ordinat hominem
erga corpus proprium. Si quis vixerit luxurio-
se de cetero corrigat et emendet se. Sic qd est
luxuria. Vir et vxor seruantes modum debitum
nō faciunt luxuriam que sit peccatum mortale.

Sed omnes alij qui volūt gustare etc. peccāt mor-
taliter. Nam apostolus. Obsecro vos per mise-
ricordiam dei vt exhibeatis corpora vestra ho-
stiam viuentem sanctam deo placentem rationa-
bile obsequium vestrum. Nolite conformari hu-
ic seculo. sed reformamini in nouitate sensus ve-
stri. ad Rhoma. xij. Nota ad propositum ali-
quod experimentum in natura de terra. Nam cū
in hieme sit lutosa et sterilis tandem in estate mū-
dat et fructificat. Idē de persona luxuriosa. quā-
do perdit calorem ignis diuini amoris et bonoꝝ
operum. amittit delectationes angelorum. et dat
se delictis porcorum. Sed quādo venit estas. scz
calor amoris dei persona mundaſ et fructificat.
Autoritas. Emitte spiritū tuū et creabūt et reno-
uabis faciē terre. ps. ciiij. Deo grās.

De eadē dñica infra octa. Ephie. Sermo tertius

Deus diuisit mē-
suram fidei. ad Rhoma. xij. Scien-
dum q apostolus Paulus volēs
nobis declarare dignitatem et excel-
lentiam fidei christiane sup omnes alias doctrinas
dicit. Tantū nos habentes impositam nubem te-
stium deponentes omne pondus et circūstās nos
pctōꝝ p patientiā curram⁹ ad ppositū nob certa-
mē aspiciētes in auzorē fidei et cōsumatorē iesum
ad Heb. xij. Nota nubē. i. testium multitudinē te-
stium. Ex hac auzoritate habetur q licet sint mul-
ti testes fidei catholice. tamen vnus est magister
solus et doctor principalis. scz christus. Sicut in
scola vnus est magister pncipalis et doctor et bac-
calarij et repetitores. Sic in scola christianitatis
vnus est doctor et magister pncipalis. scz christ⁹.
Ideo dicit ipse. Nolite vocari rabbi. i. magistri
scz in fide catholica vnus est em magister vester
Matth. xxij. Apostoli aut solum fuerunt bac-
calarij et repetitores fidei. Ideo dicit aspiciētes
in auzorem fidei. id ē. inuentorē et cōsumatorē
quia christus declarando fidem ipsam consum-
mauit seu perfecit et confirmauit per miracula q
a solo deo possunt fieri et non per creaturam. om-
nes alie scientie seu doctrine mechanice habent i-
uentorem purum hominem vt sunt septem libe-
rales artes. Idem de medicina et ceteris legib⁹
Idem de arte politica et iconomica. S3 fides ca-
tholica est a solo christo primo inuentore. et prin-
cipalior est fides catholica et sacra doctrina et the-
ologia omnibus alijs scientijs humanitus inuen-
tis. vt dicit sanctus Tho. j. parte. q. j. arti. v. qd
probat et de speculatiuis et practicis. de specula-
tiuis probat tum propter certitudinem. tum pro-
pter materie dignitatem. de practicis vero pro-
bat ex parte finis. vnde concludit doctrinam sa-
cram fm omnem modum digniores esse alijs sci-
entijs suple humanitus inuentis. Quod confir-

mat argumento in oppositum. quia alie sciētie dicuntur ancille huius. Prouerbio. ix. Misit ancillas suas ut vocaret ad arcem. Nec incōgrue vel irrationabiliter. Quia omnes alie sciētie et doctrine sunt sub intellectu humano. sed fides catholica et eius veritates sunt supra omnem intellectum humanum. Ideo oportebat quod a deo qui mentiiri non potest nec falli reuelaretur. Ideo secure et firmiter possumus credere. propter hoc scriptura sacra dicit. Que scilicet fides catholica cum initium accepisset enarrari per dominum ab eis qui audierunt in nos confirmata est. contestante deo signis et prodigijs. et varijs virtutibus et spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatem. Ad hebr. ij. patet ergo quomodo fuit a christo inuenta tanquam ab autore et doctore et magistro principali. et per apostolos fuit repetita in predicationibus. Ideo dicit thema. Deus diuisit mensuram fidei. Nota deus non patriarcha. nec propheta. nec apostolus. nec philosophus. nec aliqua pura creatura. Sed deus diuisit mensuram et cetera. patet thema Inuenio in sacra scriptura quod quattuor sunt que deus diuisit et dat nobis ad mensuram. scilicet

Credentiam euangelicalem

Gratiam spiritualem

Penam infernalem

Gloriam celestialem

De primo dicit thema. Deus diuisit mensuram fidei. de secundo posset dici deus diuisit mensuram gratie spiritualis. Idem de tertio et de quarto. Dico primo quod deus diuisit et dat nobis ad mensuram credentiam euangelicalem. scilicet fidei catholicam. quia non plus nec minus. Quonia veritates fidei supra intellectum naturalem sunt. Ideo si homines mensurassent fidem multum errassent. Unde antiqui philosophi multas veritates cognouerunt de deo et habuerunt. sed cum multis erroribus. Dicebant quod erat vnus solus deus et verum dicebant. sed errabant quia dicebant quod erant tria principia. scilicet materia. forma. et priuatio. in primo philosophorum. Item dicebant verum quod deus est eternus. sed errabant cum dicebant quod etiam yle. scilicet materia prima est eterna. Idem dicit plato de ydeis. Item dicebant verum quod mundus gubernabatur a deo. sed errabant dicendo. quod mundus non habuit principium nec habebit finem. Sciens ergo christus quod intellectus hominum non est sufficiens ad habendum plenam cognitionem de deo. Voluit dimittere iudicio hominum mensuram fidei sed eam reuelauit apostolis quam expresserunt apostoli in duodecim articulis fidei sicut ipsam audierant a christo. Sunt enim duodecim articuli fidei si eorum accipiamus numerum ex parte apostolorum qui ipsos articulos posuerunt quibus sint. xiiij. si eorum sumatur numerus ex parte credibilium. ut dicit sanctus Thome. iij. scilicet. di. xxxv. ar. ij. Et hi. xij. articuli

ab apostolis expresse in credo in deum. siue in simbolo apostolorum sunt contenti. dicat semel Credo in deum. Ecce hic mensuram fidei in. xij. conclusionibus. Omnes libri sanctorum doctorum sunt ad declarandum has xij. conclusiones. Et ad istam mensuram oportet nos venire. nec aliquis quicumque subtilis debet aliquid addere nec quicumque rudis debet aliquid dinuere. Moraliter nota hic contra subtiles presumptiosos qui hanc mensuram volunt transcendere dicentes quomodo est christus in hostia. Si frangit si diuidit christus. he sunt questiones diaboli loquentis imaginationi ut nescias respondere et dubites et damnaberis. Ideo in talibus questionibus diabolicis debet homo respondere per illum articulum fidei. Credo in sanctam ecclesiam catholicam et cetera. id est. credo determinationes ecclesie que errare non potest in his que fidei sunt. Ideo non plus sapere quam oportet sapere. De hoc dicit apostolus Corinthiis disputantibus. Quia locus et locutus debent proportionari et cetera. di. Timeo ne sicut serpens euam seduxit astutia sua ita corrumpanis sensus vestri et excidant a simplicitate. scilicet fidei que est in christo. ij. Cor. xj. Non practice quomodo eua est decepta a diabolo questionando siue querendo. Cur precepit deus ut non comedereis ex omni ligno paradisi. Genes. iij. Ecce hic prima questio mundi. Eua autem que debuit viriliter respondere et diabolum expellere dicendo. et tu vis mecum disputare de voluntate dei et cetera. non fecit. sed voluit disputare cum diabolo di. Ne forte moriamur. id est. dubitando. quia deus non dixit forte moriamini. sed moriamini. Ideo nolite disputare cum diabolo. deus fecisset gratiam multis si fuissent rudes qui confidentes de ingenio et subtilitate intellectus intra se disputant de fide. Ideo dixit christus iudeis disputantibus. Ego in iudicium veni ut qui non vident videant. et qui vident ceci fiant. Johis. ix. Nota in iudicium. scilicet discretionis ut qui non vident scilicet per scientiam videant. et qui vident ceci fiant. Qui respondentes dixerunt christo. Nunquid et nos ceci sumus. dixit eis christus. Si ceci essetis. id est. ignorantis peccatum scilicet infidelitatis non haberetis. Nunc vero quia dicitis videmus peccatum vestrum manet in vobis supple per presumptionem et scientiam acquisitam ceci fiant per minus credentiam. Dic etiam contra simplices et rudes ne deficiant minuendo fidem catholicam. quia nesciunt credo in deum nec excusant. quia bene addiscunt et sciunt cantilenas siue carmina huius mundi. et cetera. Dic quomodo christus in iudicio interrogat quem libet cuius conditionis est put fuit reuelatum beato Hieronymo. Si aliquis dicit se esse christianum si nescit Credo in deum. est ridiculum. sicut et ego dicerem. ego sum frater. sed nescio cuius ordinis. Ideo apostolus. Dico enim per gratiam que data est mihi omnibus qui sunt inter nos non plus

Dñica infra octa. Epiphanie

sapere q̄ oportet sapere. sed sapere ad sobrietatē
7 ynicuiq̄ sicut deus diuisit mensuram fidei. ad
Rhoma. xij. **N**ota dico p̄ gratiam sc̄z aposto-
licaz. 7 loquitur subtilibus nō plus sape q̄ opoz-
tet sapere quia caderetis in errorem. Deinde di-
cit simplicibus. **U**nicuiq̄ sicut deus diuisit men-
suraz fidei. illam sc̄z velitis tenere nihil minuire
Ideo est optimum consiliū bis in die. sc̄z ma-
ne 7 sero actualiter mensurare mensurā fidei ge-
nibus flexis dicendo. sc̄z credo ad instar militis
homagiu3 facientis regi. 7 attendatis bene si cor
vestrum adheret cuilibet articulo 7 sic salui erit
ad Rhoma. x. **S**i confitearis in ore tuo dñm Je-
sum christum 7 in corde tuo credideris q̄ de illū
suscitauit a mortuis saluus eris 7c. Quia omnis
scientia acquisita obliuiscitur nisi repetat̄ actua-
li consideratione 7 etiam verbali. quanto magis
scientia infusa. **I**deo apostolus. **C**onfitemini tē-
ptate si estis in fide. ipsi vos pbate. ij. Corinth.
ultimo. **S**ecūdo deus dat ad mensuraz suam
gratiam spiritualem. quia quidam habent plus
quidam minus. **R**atio. quia dat̄ fm̄ dispositio-
nes creaturarum. **N**ota exemplum de duobus
pannis vltimis. sc̄z quorū vnus est bene mundus
alius immundus. quoniā mundus recipit maio-
rem claritatem 7 fulgorem a sole q̄ immundus.
licet ambo equaliter sint ad solem. **I**dem si vul-
tis in vobis recipere claritatem gratie spiritual̄
attendatis q̄ cor vestrum sit bene mundum 7 pu-
rum ab inuidia odio rancore 7 mala voluntate a
malis desiderijs 7 cogitationibus imundis **S**ic
enī illuminabit̄ a sole iusticie domino nostro iesu
christo. qui quantū in eo est. equaliter illuminat
om̄em hominē. **S**i autem cor vestrum sit rubigi-
natum rubigine odij inuidie rancoris 7c. non il-
luminabit̄. patet ergo ratio quō dispositio est cā
materialis. **E**adem ratio potest dari de colericis
7 flegmaticis ad solem equaliter existētibus. **Q**uā
colerici magis sentient calorem solis q̄ flegmati-
ci. **I**dē de sole iusticie xp̄o q̄ magis calefecit coleri-
cos. i. siccos a delitijs 7 delectatiōib⁹ mūdānis q̄
flegmaticos vitiosos 7 delitiosos. **I**ō dic̄ sc̄ptu-
ra ad Eph. iij. **U**nicuiq̄ nostrum data est gra-
tia fm̄ mensurā. id est. fm̄ dispositionem cuius-
libet persone. **D**e ista materia dicit christus **M**at-
thei. xxv. per modum parabole. **H**omo quidam
peregre proficiscens vocauit seruos suos 7 tra-
didit illis bona sua. **E**t vni dedit quinq̄ talenta
alijs autem duo. alijs vero vnus. vnicuiq̄ fm̄ pro-
prium virtutem. exponunt doctores. id est. fm̄
proprium dispositionem. **I**n qua parabola chri-
stus comprehendit omnes status qui sunt tres
communiter. sc̄z

Religiosorum

Clericorum

Laicorum

Religiosi recipiunt a christo quinq̄ in quib⁹ cō-

sistit dispositio ipsorum pro habendo gratiam
dei in hoc mundo 7 gloriā in alio. **P**rimus est
paupertas apostolicalis. **D**e qua christus **M**at-
x. **N**olite possidere aurum neq̄ argentum. neq̄
pecuniam in zonis vestris. **N**on peraz in via ne-
q̄ duas tunicas neq̄ calciamenta neq̄ virgam.
Dignus est enim oparius cibo suo 7c. **E**cce hic
regula paupertatis apostolice. **S**ecundum ē
castitas angelicalis non curando de illa materia
nec corde cogitando. nec ore loquendo. nec ocu-
lis inspiciendo. nec manibus tangendo. nec ope-
re faciendo 7c. **T**ertia est obedientia generalis.
fm̄ regulam 7 non contra. **N**ota hic differentiā
inter dispensationem 7 dissipationē 7c. **Q**uar-
tum est afflictio penitentialis seu corporalis. q̄
alias non possum⁹ viuere caste 7 honeste. **Q**ui
tuum est deuotio diuinalis in cerimonijs seruan-
dis. **I**n his quinq̄ consistit dispositio seu men-
sura gratie diuinalis. **S**tatus autem sacerdo-
tum recipit a christo duo. primum deuote officia
re. secundū digne celebrare. **D**e primo nota quo
modo septem hore canonicē dicuntur in memo-
riam passionis christi quam representant. primo
matutine in memoriam captionis 7c. **Q**uantū
ad secundū digne celebrare est primo confiteri sa-
cramentaliter cum proposito non redeundi ad
peccata 7c. **S**tatus autem secularis recipit a
christo vnum tantum. sc̄z obedientiam ad decē
precepta legis. **D**ic̄ historiam **M**atth. xix. d̄ lai-
co a christo querente. **M**agister bone quid bo-
ni faciam vt habeam vitam eternam. **C**ui respō-
dit christus. **S**i vis ad vitam ingredi. serua mā-
data dei. taliter q̄ p̄ nullo lucro vel periculo vi-
tando homo faciat contra mandatum dei. vni-
cuiq̄ ergo deus diuisit gratiam fm̄ mensuram.
7c. **T**ertio dat deus penam infernale3 ad mē-
suram. non credatis q̄ in inferno om̄es damna-
dyi et quedā media. s. gr̄as euāgelicas et quedā
posteriora signacula et gr̄as que fecit tpe moy
si Sed qm̄ moriebant̄ oēs descēdebāt ad lymbum
infernū. s. adam noe abraam moyses. nulli eoz
deus dedit gloriā p̄ illo tpe. nec etiam sancti in
nocentib⁹. nec iohāni baptiste. imo descēderūt
oēs ad infernū qz humana redemptio nondum
erat completa. De hoc auto. ps. lxxxvij. Quis
est homo q̄ viuēt et non videbit mortē eruet ani
mā suam de manu inferi. q. d. nullus. Sed exq̄
venit dñs noster iesus christus et compleuit op⁹
misericordie n̄re redemptiōis dicit thema. q̄ ma
nifestauit gloriā suā quam tenuerat abscondi
tam vltra q̄nq̄ milia annos patet thema. Amo
re vestri quesiuī in facta scriptura q̄b⁹ et quot
p̄ditōibus p̄sonarū deus manifestat gloriā suā
qm̄ decedūt. Et inueni in quadam auctoritate q̄
solum trib⁹ p̄ditōib⁹ p̄sonarū manifestat gloriā
suam di. Gloria lybani data est ei decore car
meli et zaron. Ipsi videbūt gloriā dñi et deco
rem dei nostri Esa. xxxv. Nota gloria lybani. i.
candoris siue albedinis significat p̄sonas inno
centes. Decore carmeli. i. tenelli ecce p̄sone pure
obedientes. Zaron. i. principes merentiū. Ecce
p̄sone penitentes. his tribus p̄ditionib⁹ p̄so
narū deus manifestat gloriā suam quando de
cedunt scilicet.

Innocentibus pure.

Obedientibus plene.

Penitentibus condigne.

De quolibet istorum dicitur thema. **M**anifestavit
 et. **D**ico primo quod deus manifestat gloriam su-
 am infantibus innotentibus pure. sicut sunt pue-
 ri post baptismum qui sunt ab originali purificati
 tales autem sunt innocentes. i. non nocentes quia
 nunquam nocuerunt alicui. dicuntur puri quia sunt to-
 taliter ab originali peccato purificati. **D**ic quod
 originale peccatum est quedam macula existens in
 anima ad instar mape que caderet in pelui plenam
 incausto et. **D**ic enim sanctus **Tho.** .i. p. q. lxxxij. ar.
 .i. quod peccatum originale est habitus. i. languor na-
 ture. i. inordinata dispositio ex dissolutioe armo-
 nie originalis iusticie. **E**st enim peccatum originale
 habitus corruptus non pura privatio quia dicit
 privationem originalis iusticie et inordinatam dis-
 positionem partium anime. ita quod formale eius ut dicit
 sanctus **Tho.** .ij. di. xxx. q. .i. arti. .ij. et etiam di. xxxj.
 et etiam prima. .ij. q. xcij. arti. .ij. est privatio origina-
 lis iusticie. materiale vero est concupiscentia. i. inor-
 dinatio partium anime. unde scriptura. **Q**uid est
 homo ut immaculatus sit et ut iustus appareat nat-
 de muliere **Job.** xv. **N**ullus. nisi sit in utero sancti-
 ficatus sed purificatus et mundatus in lisciuio baptis-
 mi. nec est alius modus mundandi et hoc dicitur
 gloria lybani. i. candoris siue albedinis. si tales de-
 cedunt antequam peccent statim euolant et deus ma-
 nifestat eis suam gloriam. **D**ic contra venulas que
 dicunt quod imo transeunt purgatoriu propter dolo-
 rem matris et. **D**e his dicitur thema. **M**anifesta-
 uit gloriam suam. i. innocentibus. et hoc aucto. **G**ra-
 tiam et gloriam dabit dominus. **Q**uia primo iam datur
 gratia in hoc mundo. i. in baptismo. quoniam maximam gratiam
 faceret rex si filios rustici adoptaret in filios ut
 possent obtinere hereditatem regni. **H**anc gratiam
 facit deus que filios illius rustici ad in baptismo
 adoptavit in filios ut sequantur hereditatem pa-
 radysi. id est baptismus vocatur regeneratio in scriptu-
 ra sancta. quia sicut vir et vxor sua generant filios
 legitimos et. **I**ta christus de sponsa sua. i. eccle-
 sia regenerat filios. et baptizat et effectus filius
 regis christi. **A**utoritas. **V**idete qualem chari-
 tatem dedit nobis deus pater ut filij dei nomine
 mur et sumus. i. **Job.** .ij. **I**deo dicitur primo. gratiam
 dabit dominus. **S**ecundo dicitur gloriam dabit deus. quia
 si filij. ergo et heredes. **P**rimo ergo datur gratia et ba-
 ptismale fructio non priuabit bonis. i. gratie et
 glorie predictis qui ambulant in innocentia. **I**tem
 ad **Titu.** .ij. aplos in persona illoz innocentium dicit
Non ex operibus iusticie que fecimus nos sed
 fm suam misericordiam saluos nos fecit. **Q**uestio est h-
 quid est de pueris absque baptismo decedentibus
 nunquid habebunt gloriam. **R**esponso quod non.
Si dicatur quare. quia nunquam peccauerunt nec cor-
 de peccore et. **P**ersonis simplicibus videtur con-
 cludere hec ratio que tamen nihil valet imo esset si-

illis stulticia querere a rege quare non datur
 regnum suum filio rustici qui nunquam fecit aliud contra
 eum et. quia regnum non datur extraneis sed fi-
 liis legitimis **Job.** .ij. Amen amen dico vobis nisi
 quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non po-
 test introire in regnum dei. sed quia nihil fecit con-
 tra deum ideo non habet penam sensus sed solum
 penam damni nec displicet eis quia non habent
 gloriam nec habebunt scientes quod non pertinet eis.
 sicut non displicet rustico quod non habet regnum
 francie quia sibi non competit sed displiceret fi-
 lio regis si non haberet regnum. **I**tem quia non dis-
 plicet tibi quod non habes alas quia non competit tibi
 sed displiceret aquile vel falconi quibus com-
 petit habere alas. **I**tem de illis pueris qui gau-
 dent et disputant inter se. **M**oraliter habentur
 duas doctrinas. **P**rima quod illi pueri qui decedunt
 statim post baptismum non sunt flendi. quia certum
 sumus quod sunt in paradiso. nullus vestrum fieret
 de filio quem rex recipet de curia et ipsum face-
 ret magni domini imo gauderetis. **I**dem de regi-
 na. si reciperet filiam vestram et. **I**deo aplos. i. ad
Thessal. .ij. **N**olumus vos ignorare de dormien-
 tibus. i. innocentibus in christo quiescentibus. sed fle-
 di sunt filij adulti. superbi. auari. luxuriosi. ribal-
 di et. **S**ed filius innocens qui decedit potest di-
 cere parentibus. **N**olite flere super me sed super vos ipsos
 flete et super filios vestros **Lu.** .xiiij. **S**ecunda doc-
 trina est quod auisitis vos quod non ex culpa vestra pueri
 moriantur absque baptismo. quoniam in die iudicij resur-
 gent in etate. xxx. annorum petendo iusticiam et.
Dic quod masculus in .xl. die a conceptione h-
 aiaz femina vero in .lxxx. die ut dicitur glo. ordinaria su-
 per **Leuit.** .xij. **I**deo auisent mulieres ne quan-
 dosunt grauide saltent vel currant equitent vel
 tripudiant. **I**tem christus. **V**idete ne contemnat
 vnus ex his pusillis. dico enim vobis. quia angeli co-
 rum in celis semper vident faciem patris mei qui
 in celis est **Mat.** .xviij. **D**ico secundo quod de ma-
 nifestat gloriam suam personis obedientibus plene. et
 pueris innocentibus non vult deus nisi purifica-
 tionem baptismalem. sed de adultis vult deus obe-
 dientiam generalem. **H**oc ostendit nobis christus
 qui post sermonem quem fecit de gloria paradysi
 venit ad eum quidam doctor di. **M**g. **Q**uid
 boni faciam ut vitam habeam eternam **Mat.**
 .xix. **R**espondit sibi christus. **S**i vis ad vitam ingre-
 di. serua mandata dei. **A**t ille. **Q**ue. **T**unc chri-
 stus fecit mentionem de decem preceptis. in quibus
 reductiue stant et includunt omnia precepta. **D**e
 his decem preceptis dedit deus decem digitos
 in manibus qui primaxime videntur ad memoran-
 dum. sicut sunt decem digiti quibus operamur.
 ita sunt decem precepta quibus meremur. **I**tem
 primum preceptum ordinat cor quia primum et principalis
 quod requirit a nobis deus sicut dominus a subditis est fide-
 litas cordis ne recurramus ad suos inimicos pro

Dñica prima post oc. Epiphanie

aliqua re mudi. Scdm ordinat os. vt cum reuerentia loquamur de dño non iurare false pro aliqua re mundi nec enormiter nec infideliter. **N**o assumes nomen dñi dei tui inuani. etiam dicendo veritatem absq; vtilitate vel necessitate multoties in falsum rē. **T**ertiu ordinat opus circa diligentiam habendā in seruitio diuino fido. quia ipse dat nobis pusionem rē. **B**ic quo modo dñica est seruanda quiescēdo ab oi opere r missam audiēdo seruatis quattuor pditiōibus. **A**lia tria ordinant personam circa proxios quozuz primi r ipncipales sunt parentes. ideo dicit honora patrem tuū rē. **E**t vt ad hoc magis filij inclinentur facit pmissionem dicēns. et eris longeuus super terram. **E**t apls ad Eph. vi. **F**ilij obedite parentib; vestris in dño. qd ē primū mandatum in pmissione r eris longeuus super terram. **N**ota in dño non contra dñm. proximi minus ipncipales sunt inimici. **E**tiam vult deus q; circa inimicos habeam; patientiā ne sumamus vindictam. ideo pcepit deus **N**on occides. s. causa vindicte quia mihi. vindictam sup. reseruani r ego retribuam ad Roma. xij. **D**e alijs proximis di. **N**on furaberis. nec p rapinam. nec per vsuram. nec per retentiōes. r sic de alijs. **A**lia quattuor precepta ordinant hominem circa seipsum. **P**rimū ordinat pprium corpus vt sit castum. sicut quilibet vult vt equ; suo caste viuat. ideo dicit. **N**on mechaberis. **N**ota quō preter mrimoniū totum est luxuria r peccatum rē. **S**cdm ordinat animam. quia modicuz valeret corpus castum r anima putana per mala desideria r cupiscentias. ideo dicit **N**on concupisces vxorem proximi tui. **T**ertium ordinat os non mentiri maxime in damnū proximi i iudicio nec extra. **I**deo dicit **N**on falsum testimonium dices. imo oportet restituere famā. **Q**uartum ordinat cordi. **N**on cupisces rem proximi tui. s. ad **T**imoth. vj. **R**adix omniū malozuz est cupiditas. **S**eneca. si ista duo pnoia meuz r tuū rē. **E**cce h ordinatio totius bone vite erga deum proximū r seipsuz. **A**utoritas. si audierit et obseruauerint complebūt dies suos in bonis et annos suos in gloria **J**ob. xxxvj. ergo manifestauit gloriā gloriā suā per sonis plene obedientibus. **D**ico tertio q; deus manifestat. s. gloriā peccatorib; digne penitentib; qd bene expedit nobis qui totiens peccam; faciēdo contra dei precepta. ideo dicit christus in pmo sermone quem fecit. **P**enitentiā agite. **E**xinde. s. post ieiuniū cepit pdicare r dicere. **P**enitentiā agite. **E**cce primū thema christi. **I**tetuz **M**at. iij. inquit iohannes. **F**acite dignum fructuz penitentie **M**at. iij. **S**igna penitentia in quattuor consistit que possunt iterari. s. totiens quotiens. **P**rimū est cordis ptritio respectu mudi vt fame vel honoris siue periculi. **R**ecogitabo ti-

bi oēs ānos meos in amari. ani. m. **E**sa. xxxvij. **S**cdm est emēdandi ppositū quia nullus rediret libenter ad emēdū cibum pocionatū si euāderet semel. sic oia peccata mortalia sunt pociones anime. **I**deo **J**ob. viij. **V**ade r iam amplius noli peccare. **T**ertium est oris cōfessio quasi ad vomitum se puocādo. vt eiciat extra cib; pocionatus de stomacho aie. pfitendo peccata sua rē **P**rouerb. xxvij. **Q**ui abscondit peccata sua non diriget. q; autē pfitet r reliquerit ea misericordiam dei psequet. **Q**uartū pnie iniuste obfatio alias nihil valz pfectio. ideo scriptura sancta. **Q**ui humiliatus fuerit rē. s. ad faciendum pniā erit in gloria **J**ob. xxij. **C**or humiliat p ptritioē. os p pfectionē. bursa p restitutionem corpus p pnialem afflictionē. **T**alibus de; manifestat gloriā suā. **D**eo gratias.

De eadem dñica. **S**ermo. iij.

Hydrie sex posite **H**im purificationē **J**ob. ij. **H**oc thema dat mihi motiuū r rationē declarādi que sunt illa que deus ordinauit ad purificādū aias nras vt pnt intrare paradysum. sed primo salutē virgo maria rē. **H**ydrie sex posite rē s; id est ppter purificationē. **I**uxta intellectū spiritualem quem volo ptractare. **S**ciendū q; i incarnatione dñi nri iesu christi fuit factū inrimonium inter filiū dei r nram hūanitatē. q; sicut vir r vxor non sunt duo sed vna caro **M**atth. xvij. ita christ; de; r hō non sunt due plone sed vna. itaq; iam nō sunt duo sup. supposita s; vnū tm. **S**ponsalia fuerūt facta in aula vteri virgialis. ideo dauid loquēs de christi diuinitate dicit **I**ple aut tanq; sponsus pcedēs de thalamo suo ps. xvij. **S**ed nuptie sunt non in hoc mudo q; nō est locus aptus nec sufficiēs pro tantis nuptijs sed sūt in celo empyreo. **A**uētas. **S**imile ē regnū celoz homi regi q; fecit nuptias filio suo **M**at. xxij. **S**icut eni i nuptijs architrictini nullus intrabat nisi pri; lauaret r ppf b; erant ibi sex hydrie vt dicit thema ad lram. sic nec in nuptijs paradysi pōt aliq; intrare nisi prius munderet r purificet in hoc mudo. quia non intrabit in eam supple gloriā aliqd coinquatum aut abominationē faciēs **A**poē. xxi. ppter qd christus sponsus posuit i hoc mudo sex hydrias. s. sex opera pniaia ad lauandū r purificandū aias nostras.

Prima est contritio cordialis.

Secunda pfectio sacramentalis.

Tertia afflictio pniaia.

Quarta oratio spūalis.

Quinta donatio misericordialis.

Sexta remissio iniurialis.

Prima hydria est pmiū op; pnie. que est cōtritio cordial qñ psona cogitat sua pctā r vitia

et mala que fecit p̄terit̄ di. **M**iser q̄d erit d̄ me q̄ tot feci pct̄a. verbi gr̄a de quolibet statu. **P**ri mo de religioso q̄ non seruauit regulam nec con stitutiōes nec ordinatiōes sui ordinis. sed vixit ad libitū q̄n̄ reduc̄it ad se r̄ p̄terit̄ dicēdo. **M**i ser q̄d erit de me r̄c. **I**n ista hydria mūdāf̄ r̄ pu rificāf̄ anima maxime q̄n̄ est ibi aqua lachryma rum. de hoc in planctu regis ezechie. **E**cce i pa ce amaritudo mea amarissima. **E**sa. xxxviii. dic quō peccator est semp̄ in guerris cum deo. s̄ cō tritio peccator̄ facit pacem inf̄ deū r̄ pctōrem. **I**deo dicit. **E**cce in pa. ama. m. ama. par enim causaf̄ ex amaritudine. i. p̄tritioe. vel quia ex pa ce sup̄. mūdāna amaritudo causaf̄. hec enī par ē amara or. ma. ex amaritudine. i. p̄tritioe. **A**mara quia p̄didit gratiā dei. amarior̄ q̄ p̄didit here ditatem p̄dysi. amarissima q̄ est sn̄iatus ad dā nationē infernalē. **S**ecūda hydria est confes sio sacramentalis. **N**ota q̄ p̄fessor debet sedere tanq̄ iudex r̄ pctōr ad eius pedes debet p̄fiteri oīa peccata sua accusando se r̄c. **E**t i fine p̄fessio nis q̄n̄ p̄fessor absoluit aīa purificāf̄ ab oib̄ cul pis mortalib̄. **D**e hoc figura. iiii. Regl. v. vbi habet̄ q̄ q̄dā nobilis hō q̄ erat leprosus vēit ad helyseū vt purificaret̄ ab eo a maculis lepre. cui dixit p̄pheta. vade lauare septies in iordane et recipiet sanitatē caro tua atq̄ mūdaber̄. r̄ sic fu it factū. hic fuit figurata p̄fessio vnde flumē ior danis idem est q̄ flumen iudiciū. **E**cce hic p̄fes sio. in qua p̄fessor ē iudex. ideo debet sedere. pec cator est reus q̄ debet lauari ibi septies. i. p̄fiteri de septē peccatis mortalib̄. ad que oīa alia pec cata reducunt̄. primo p̄fiteri d̄z de pctō sup̄bie. non solū in genere. quia non sufficit sed in specie **I**dem de alijs peccatis r̄ sic aīa purificāf̄. **M**agna gr̄a est ista q̄ ex p̄fessione pctōr̄ absoluatur. **O**positū fit in iudicio hūano in quo facta con fessione criminū pctōr̄ sn̄iatur r̄ p̄demnatur r̄c. **I**deo est maxima culpa illoz̄ qui nolunt p̄fiteri imo stant per tres vel quattuor annos r̄c. **S**i p̄fiteamur peccata nostra fidelis r̄ iustus est de⁹ vt remittat nobis peccata n̄ra. s̄. virtute p̄fessio nis r̄ emūdet nos ab oī iniquitate. **J**ob. i. p̄pter hoc est ordinatū ab ecclesia vt q̄libet ad min⁹ se mel in anno p̄fiteat̄. s̄. in q̄dragesima. r̄ cōmuni cet in pasca. alias debet puari ecclesiastica sepul tura. iuxta decretū. **O**is vtriusq̄ sex⁹. ex. d̄ pe. et re. **T**ertia hydria ē afflictio p̄nialis. **R**atio est q̄ occasiōe carnis n̄re facim⁹ oīa pct̄a. q̄z aīa ex sua p̄p̄ria p̄ditioe semp̄ vellet p̄templari vt angeli. sed caro trahit ipsam. modo ad sup̄biam mō ad auariciā. mō ad luxuriā r̄ sic de alijs. **C**aro r̄cupiscit aduersus sp̄m̄ r̄c. ad Gal. v. **I**deo caro est corripēda r̄ castigāda afflictioib̄ r̄ ie iunjs r̄c. q̄n̄ melius est q̄ p̄f̄ corrigit filius vel filiam q̄z q̄ vadat ad furcam. sic corp⁹ est filius caro ē filia. melius ē vt corrigat̄ a te q̄z a sagionē

bus inferni. i. a demōib̄. **A**uctas. **S**i nosmetip̄ sos iudicarem⁹ non vtiq̄z a d̄no iudicaremur. **J**. Corinth. xi. **S**ed defeci⁹ est n̄r q̄ pro sanitate cor poris abstinē⁹ libent̄ r̄ p̄ sanitate aīe nolim⁹ aliqd̄ facere. hōies armoz̄ p̄ n̄hilo sustinēt tot labores. esuriūt. sitiūt. portant arma ferrea r̄c. sed p̄ aīa nihil. ideo faciet deus iusticiā r̄ p̄nitiōnē in inferno. **A**uto. **D**ico vobis q̄ nisi p̄niaz habueritis oēs simul p̄bitis sicut illi. xviii. sup quos cecidit turris syloe r̄ occidit eos. **N**ota de cūmōctauū pctm̄. s̄. imp̄nia finalis damnat ho minē **L**u. xii. **Q**uarta hydria ē oīo sp̄ualis. **Q**uidā faciūt solū oīonem corpalem q̄ solū ore dicunt verba sed cor cogitat aliud. siue de coq̄ na. siue de foro. siue de taberna. **S**ed oīo sp̄ual est q̄n̄ quis cogitat corde qd̄ loquit̄ ore. **A**ug. i regula **P**salmis r̄ hymnis cū oratis deum hoc verset̄ in corde qd̄ p̄fert̄ in ore. **S**ic ad h̄ innuē dūm p̄iungunt̄ due manus q̄ significat̄ p̄iunctio nes oris r̄ cordis r̄ tūc est oīo sp̄ualis. **R**bi gr̄a. q̄n̄ homo dicit pater n̄r vel aue maria cor debet tunc cogitare cum q̄ loquat̄. q̄z qui cū papa vel cum rege loquit̄ cum magna reuerentia loquit̄ non se agitādo vel induēdo. **S**ic hō in oīone lo quitur cū summo pontifice r̄ rege christo quare cum magna reuerētia. alias r̄c. **I**deo apostol⁹. **S**i orem lingua. sup̄. tm̄ sp̄s meus orat. mēs at̄ mea sine fructu est. qd̄ ergo orabo sp̄ orabo et mente psallans sp̄ psallam r̄ mēte. **J**. ad Cor. xiiij. **T**alis oīo sp̄ualis purificat aīam fm̄ qd̄ declarat christus **L**u. xviii. de illo publicano q̄ ascendit ad templum vt oraret di. **D**eus p̄p̄ci⁹ esto mihi peccatori. nesciebat aliā oīonē. de quo dicit ibidem christ⁹. **A**men dico vobis descēdit hic iustificat⁹ in domū suam. iō oportet sp̄ orare **L**u. xviii. s̄. mane r̄ sero non desistere. **Q**uin ta hydria est donatio misericordial. quia deus est liberalis r̄ maxime liberalis. **I**deo dicit ipse **Q**d̄ sup̄est date elemosynā. r̄ ecce omnia mūda sunt vobis **L**u. xj. **N**ota q̄ sup̄est. s̄. facta resti tutione date elemosynā de bono iusto r̄ ecce oīa scz peccata sunt vobis mūda. **S**i dicat̄ qd̄ faciā quia multa furat⁹ sum r̄ nihil habeo. **R**isio fm̄ ius q̄ non pōt soluere. cedat bonis r̄ est liberat⁹ **Q**uia dicit regula iuris. xiiij. q. vj. **S**i res alie na p̄pter quā peccatū est possit reddere r̄ n̄ red ditur p̄nia non agit̄ sed simulat̄. si autē veracit̄ agitur non remittet̄ pctm̄ nisi restituat̄ ablatūz si restitū pōt. plerūq̄z enī qd̄ aufer̄ amittit̄ nec aliud habet vnde restituat̄ huic certe non possu mus dicere. **R**edde qd̄ abstulisti. **H**ec **A**ug. **S**ic cedere potestis r̄ seruire deo i aliq̄ bono statu r̄ orare pro illis q̄bus tenemī. r̄ sic nullus potest excusari a restitutiōe vel corpali vel spirituali. **T**obie. iij. **E**x substantia tua non ex aliena. fac elemosynā. quō poteris ita esto misericors. **S**i multuz tibi fuerit abundanē tribue. si erigunt

Dñica prima post oc. Epiphanie

tibi fuerit etiā exiguū libet impitri stude. // **S**exta hydria est remissio iniurialis. si vis ut deus tibi remittat iniurias quas tu fecisti contra deum remitte inimicis iniurias quas tibi fecerunt. In pūcto enī quo remittis inimico tuo. in eodē pūcto deus tibi remittit. qz deus non potest supari a creatura in bonitate. qd tamē fieret si tu remitteres et ipse nō remitteret tibi. **D**ic quō in iudicio particulari vel vniuersali deus ondit aie plagas suas dicēs. **E**cce ego qd sustinui p te. videam qd fecisti pro me. **B**ndictus q tunc poterit dicere cū veritate. **E**t si ego non tm feci pro vob qntum vos fecistis pro me. tam amore vestri remisi talem iniuriā. et deus est p tentus. ideo dicit ipsemet. **S**i dimiseritis hoib' pctā eoz. dimittet vobis pater celestis delicta vestra. si autem non dimiseritis oib'. neqz pater vester dimittet vob pctā vā. **M**at. vj. **E**cce qre dicit thema. **H**ydrie sex posite sū. id est. ppter purificationem. **D**eo gratias. // **D**e eadem dñica. **S**ermo. iij.

Quodcūqz dixerit vobis facite **J**ohā. ij. **P**ro introductione sciendū q inter oia opa et vtiliora que possum' facere pro nra salute pncipalius et maius ē obedire mādati dei. et non existimet aliq's hominū q aliter possit intrare paradysum nec p dñū vel ptātem secularē nec spūalem nec p pulchritudinē corpalem. sed p humilem obedientiā. et iō contra sensus corpis et inclinationes carnis et temptatiōes demonū requirit q teneā mādata dei. **E**t pstat dare p expiētiam q tidianā q psona que vult psequi aliqd bonū finale. qd p seipsam habere non pōt. oportet q sit placida et pformis volūtati illius a q illud bonū habet psequi et q sū voluntatē illi' se regat. **E**t hoc apparet in triplici bono. s. in bonis corporis. in bonis aie. in bonis vite. **P**rimo in bono aie certū est q si hō desiderat habere scientiā qd est vñū magnū bonū et pfectio aie quā p suū ingeniū hñe non pōt oportet q habeat mgrm et stet ad regimē volūtati illi'. **C**ū pbs dicit. oportet addiscentē credere. **N**am si mgr diceret discipulo dicas a. si diceret discipul' mgrō contra pbo qd est b. bñ estz malign' nec esset in grā mgrī. **S**ecūdo apparet in corpe. **S**i ē aliq's hñs infirmitatē et nescit quō curabit. oportet q teneat ordinē medici et p silū ad hoc vt sanitatē psequat. **C**ū **A**ug. Semetipsum interficit q precepta medici seruare ptemnit. **N**am si medicus dicerz vobis q comederetis caponē et comederetis bouē nō psequeremī sanitatē. **T**ertio apparet in vita nra. vñ figurā et exēplū habem' **C**en. xij. vbi legi' trāfactis septē annis vbertatis q fuerūt i egypto ceperūt venire septē anni inopie q's p dixerat ioseph et in vniuerso orbe pualuit fames.

in cūcta etiā terra egypti fames erat. sed ioseph filius iacob psciebat istā aduersitatē et caritiam futuram. et factus fuit gubernator per pharaonem in toto suo regno q fecit in septem annis vbertatis pcedentibus magnā puisionē. et cūz populus egypti veniret ad regem dicens. **D**ñe et nos et filij nostri morimur fame. **R**ūdebat rex. **I**te ad ioseph et qd cūqz dixerit vobis facite. quasi diceret. **S**i vultis liberari ab hac fame nō regatis vos sū voluntatē vestrā sed sū regimen ioseph. **N**ūc ergo gloriā paradysi non possum' psequi p nos ipsos nunqd est aliquis ita leuis q possit ascendere ad celum. certe non. sed si habet ascendere oportet q ascendat per manū christi saluatoris. nam esse nature p nos non habemus quia tu non fecisti te qntū ad corpus. nec te creati qntum ad aiam. vnde ps. **x**cix. **S**citote qniaz dñs ipse est deus ipse fecit nos et non ipsi nos. **S**imilit' esse grē non possum' hñe nisi a dño iesu christo ad **E**ph. ij. **G**ratia enī estis saluati per fidem et non ex vobis. dei enī donū est nō ex operibus ne quis gloriē. **S**imilit' esse glorie nō possumus hñe nisi a deo. vñ ps. **l**xxxij. **G**raz et gloriā dabit dñs. **O**portet ergo q postqz desideramus hñe grā et gloriā a deo q simus ei obediētes in mandatis et q regam' nos sū voluntatem eius. **S**ic enī exemplū habem' **L**u. x. **M**ā cum quadam die christus pdicaret multas excellentias glorie paradysi. o quō sciebat illas pfecte. **Q**uidam legis doctor in amore illius glorie fuit inflāmat' dicēs christo. **M**gr qd faciendo vitam eternā possidebo. **C**ui christ'. **I**n lege qd scriptū est quō legi. **Q**ui ait. **V**iliget dñz deū tuū ex toto corde tuo et ex tota aia tua et ex totis viribus tuis et ex oī mēte tua. et proximum tuū sicut teipsum. **D**ixitqz illi. **R**ecte rīdisti. **B** fac et viues. **E**t ideo virgo maria m' grē sciens q q vult salutē psequi oportz q se regat sū voluntatē filij sui. **D**ixit nobis thema. **Q**uodcūqz dixerit vobis facite. **Q**uod sum' in materia quā intendō pdicare. **S**ciendū q int' oia alia que christus mādauit chustianis ad gloriā habendā est q suam sanctā et bndictā vitam imitemur que pntat' in missa. **A**uto. **j**. **C**oz. **x**j. et **L**u. **x**vij. **I** hoc factie in meā cōmemorationē. nōn dicit in meōriam passionis sed simpliciter in meam cōmemorationē. quia non soluz passio sed tota vita christi a die natiuitatis vsqz ad diē ascensionis ibidē representat. **S**z diceret aliq's q hoc mādatū fuerit solū datū psbyteris. sed dico q hoc mādatū a psbyteris ad laicos dirigif. psbyteris vt meōrenē vitam christi celebrādo. laicis vt memorentur deuote audiendo. **E**t ppter hoc dicit thema. **Q**uodcūqz dixerit vobis facite. s. hoc memorādo vitam christi. psbyteri deuote celebrādo. et laici deuote audiēdo. **N**unc sum in materia. **E**t

sciatis quod reperio quod a die qua christus descendit de celo per incarnationem usque ad diem quo ascendit in celum tota vita ipsius representata est in missa solenni per triginta opera principalia. unde credo quod sunt multa alia opera que nescimus. Ideo **Joh. vlti.** Multa quidem et alia opera fecit iesus que non sunt scripta in libro B que si scribantur per singula nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt libros. ita quod mundus ea non posset capere vel comprehendere. aut lingua hominis dicere quantum est de secretis. nam ita sunt sparsa et multiplicata secreta in missa sicut athomi in radio solis et non possunt exprimi nec sciri nec dici. nam non se mouet presbyter in missa quando ibi sit secretum. Sed nunc dicam vobis principalia et sunt triginta. id est attendite cum attentione **Primum** incarnatio. secundum natiuitas. tertium circumcisio. quartum apparitio. quantum in templum presentatio. sextum in egyptum descensio. septimum in egypto recessio. octauum inuentum in templo. nonum baptismi susceptio. decimum ieiunium inchoatio. undecimum vera predicatio. duodecimum miraculorum ostensio. xiiij. cum apostolis cenatio. xv. in horto oratio. xvj. sua captio. xvij. sua crucifixio. xvij. in cruce oratio. xvij. lateris perforatio. xix. septem verborum locutio. xx. humanitatis diuisio. xxi. populi illuminatio. xxij. ad inferna descensio. xxij. de cruce depositio. xxiiij. syndonis inuolutio. xxv. resurrectio. xxvj. apparitio. xxvij. panis comestio. xxvij. ad predicandum missio. xxix. papatus institutio. xxx. et vltimum in celum ascensio. **Primum** opus christi fuit eius incarnatio. quando descendens de celo se posuit in ventre virginalem induens humanitatem. et dico pro tanto quod induit humanitatem quia diuinitas erat secreta occultata sub humanitate. Et debetis scire quod incarnatio fuit facta per totam trinitatem. quod opera trinitatis ad extra ut est magister regla. sunt in diuisa. sed tamen solus filius remansit indutus humanitate. sicut per operationem trium hominum qui vestiunt unam tunicam alicui eorum. certum est quod omnes induunt sed vnus remanet indutus et non alij. et sic pater et spiritus sanctus induerunt humanitatem filio. sed tamen solus filius remansit humanitate indutus. et hoc dico quod requirit in missa solenni et non in alta. nam quando presbyter intrat sacristiam et ibi tres induunt eum. scilicet diaconus et subdiaconus et ipsemet se induit alijs adiuantibus. tamen ipse solus remanet indutus. Sic saluator noster christus summus sacerdos fuit indutus in illa gloriosa sacristia. scilicet vteri virginis beate marie. plena reliquijs virtutum et gratiarum. et si vultis altius contemplari sicut in sacristia relique. et ornamenta. et alia preciosa custodiuntur. sic in illa preciosa et gloriosa sacristia beate virginis plena virtutibus et gratia preseruabunt iocalia no-

stre salutis scilicet saluator mundi. **Ista** ornamenta fuerunt humanitas. et pontificalibus fuit indutus in die veneris. stando in altari crucis. Et si adhuc altius vultis contemplari sicut presbyter secreta induit se in sacristia. nam nullus de populo videt sacerdotem se induere. Sic quando christus summus pontifex induit se humanitate in sacristia beate virginis pro missa dicenda in altari crucis. nullus de populo iudaico vidit nec scituit ipsum quando fuit incarnatus. **Et** si vultis plus contemplari sicut presbyter in sacristia induit septem vestimenta. **Primum** est si est episcopus sandalia. secundum amictus. tertium alba longa. quartum cingulus. quantum manipulus. sextum stola. septimum casula. Sic christus summus sacerdos indutus fuit in vtero virginis marie septem indumentis que sunt septem dona spiritus sancti. De quibus **Isa. xj.** Egredietur virga de radice iesse et flos de radice eius ascendet et requiescet super eum spiritus domini. spiritus sapientie et intellectus. spiritus consilij et fortitudinis. spiritus scientie et pietatis. et replebit eum spiritus timoris domini. **Item** **Isa. iij.** Apprehendent septem mulieres virum vnum in die illa. scilicet incarnationis. **Nota** septem mulieres sunt septem dona spiritus sancti que accipiet virum vnum. scilicet christum. **Ecce** quomodo ista septem dona spiritus sancti quibus christus fuit indutus representantur per istas septem vestes quibus sacerdos induit se. **Ecce** primum opus christi. bene ergo dicitur. hoc facite in meam commemorationem. scilicet incarnationis. **Secundum** opus fuit eius natiuitas quia voluit nasci in diuersorio palam et manifeste. etiam nox claruit sicut dies. **Item** voluit nasci inter ioseph et virginem mariam et iacere inter bouem et asinum. **Item** audita fuit et visa multitudo angelorum dicentium. Gloria in altissimis deo **Luce. ij.** **Ite** pastores dicebant. Transeamus usque bethleem et videamus hoc verbum quod factum est quod fecit dominus et ostendit nobis. **Ecce** ergo qui stabat in illa sacristia gloriosa secreta. postea in natiuitate se manifestat publice. et hoc representat presbyter quando exit de sacristia. **Nam** presbyter representat christum. **Dyaconus** beate virginem. **Subdyaconus** ioseph qui erat collateralis christo. **Duo** autem accolyti representant bouem et asinum. **Lux** quam portant accolyti in candelabris representat illam claritatem que resplenduit in nocte illa. **Chorus** canens gloria patri representat chorum angelorum canentium. **In** exitu presbyteri de sacristia cantatur **Introitus.** per quem reperit gaudium pastorum sonantium fistulas. **Ite** sacerdos exit de sacristia bene ablutus facie et manibus. cum casula aurea et totus mundus sine macula cum leticia magna. hoc fuit ad designandum

Dñica prima post octa. epiphanie

Quia christus fuit natus absq; macula de virgine. vnde dauid i spū sciens natiuitatē christi eē immaculatā dicit ps. xviii. In sole posuit tabernaculum suū et ipse tanq; sponsus pcedens d thalamo suo. quia exiuit totus formosus tanq; spūs qui exiit cum anulo et hoc repñtat episcopus qui induit anulos. **T**ertiu opus fuit qñ octaua die voluit circūcidi et qui diligētē meditaretur quare dabatur circūcisio videret excellentiam huius operis quō christus se hūiliauit. **M**az sicut latroni datur cauteriū igneuz vel scinditur in aure in signū furi vt cognoscat. sic deus in signum illius furti qd fecit adam faciebat hoies circūcidi in illa parte verecundosa et tamen licet christus non teneret ad circūcisionē nec ad incisionem cum non venisset per illam generationē corruptaz. s. ade. sed erat purus sine macula voluit tamen circūcidi. et hoc repñtat presbyter quādo inclinatus coram altari dicit Confiteor etc. **N**am licet presbyter fuit confessus sacramentaliter alias in damnationē suam accedit ad altare si habet pscientiā peccati mortalis et copia asit p fessoris et facta p fessione quū non habeat peccatum mortale. tamē tenet se dicere peccatorem etiam si esset ita sanctus sicut iohannes baptista et hoc ad oñdendū et significandū q christus q ē initium et plenitudo totius sanctitatis ostendit se peccatōre subijciens se legi circūcisiois. **A**uctas **M**isit deus filiū suū factum ex muliere factum sub lege vt eos qui sub lege erant redimeret ad Gal. iiii. **Q**uartum opus fuit apparitio quando de fine mūdi a parte orientali duxit reges p signū stelle et ibi in presepe inter bestias iacentes eum adorauerūt et obtulerunt ei aurum thus et myrrhaz. hoc repñtat presbyter qñ post p fessionē inclinatus se pfuude et sic capite inclinato adorat et dicit. **A**ufer a nobis dñe etc. **E**t sicut reges obtulerunt tria. s. aurum thus et myrrhā sic presbyter inclinatus offert thus per deuotam orationē di. **A**ufer a nobis. **O**fferit aurum cum adorat altare cuz reuerēti adorationē. **O**fferit myrrhā amarā qñ facit signū crucis ad solutionē et remissionē etc. et etiam signando se memorādo dolorose amarā passionem christi quasi dicens illud **Thren.** iij. **M**emoriam memor ero et tabescet in me anima mea. et hec memoria dolorosa representat amaritudinē myrrhe. **Q**uintū opus qd fecit saluator noster fuit q voluerit pñtari in templo et beata virgo inter brachia sua portauit euz ad templum et obtulit eum sacerdoti et erat ibi symeon et illa sancta anna pphetissa laudātes deum. et hoc repñtat presbyter qñ vadit ad cornu altaris ante librum dicens introitum misse dyaconus et subdyaconus euntes ad latera representant symeonem et annam et accolyti et alij q audiunt officium qui non debent accedere ad altare repñtant quō virgo maria et ioseph stabant a

longe humiliter audiendo et licet potuisset accedere ad altare virgo maria cum esset sanctissima tamen voluit nobis relinquere exemplum q nō debemus accedere ad altare **Numeri.** .j. et. iij. **Q**uisquis exteroz accesserit occidetur. **E**t qñ symeon accepit christum in vlnis suis cantauit **Nunc dimittis etc.** in quo sunt quattuor versus **I**deo presbyter in repñtationē huius facit quattuor opera. primo cantat introitū. secūdo kyrie eleison. tertio **G**loria in excelsis. quarto orationem. **S**extum opus christi est qñ aufugit de terra pmissionis in terram egypti dans locū furori herodis et stetit ibi et sua mater sanctissima et ioseph septem annis quibus transactis redierit tanq; exules. **E**t hoc repñtatur in missa qñ subdyaconus vadit ad dicendū epistolam et presbyter remanet cum dyacono et fugit seperans se ab altari et sedet in cathedra. et ibi sededo facit septem opera repñtancia illos septem annos quib; christus cum matre et ioseph fuit exulatus. pmo enī legit epistolam. secūdo rñsorziū. tertio alla. quarto prosam. qnto administrat sacrificiū coraz eo scilicet aqua et vinū. sexto benedicit incensum. septimo dat benedictionē dyacono. hec septem repñtant q saluator fuit septem annis in egyptū **S**eptimū opus fuit de egypto recessus. s. qñ postea redierunt de egypto in terram pmissionis post mortem herodis regis et post eorum reditū mater eius et ioseph duxerunt eum ad templum in iherusalem et ibi fuit amissus et post triduum fuit repertus inter doctores de rebus legis interrogans vt dicit **Hierony.** in prologo biblic. hoc repñtat presbyter qñ surgit de sede et venit ad altare et ibi cum magna diligentia p fiderat et audit euangeliū et magis docet duz p fiderat. q. d. christus in templo audiebat iudeos et interrogabat sicut dicitur **Lu.** ij. et sic illa ptemplatio quā facit presbyter audiēdo euangeliū non est nisi qdam inrerrogatio ad oñdendū q christus prudenter interrogans instruebat doctores in fide. in fine euangeliū cantat **Credo in vñū deum etc.** vbi sunt principia fidei catholice. de quibus christus instruxit iudeos. **O**ctauū opus fuit inuentio dñi nr̄i iesu christi in templo. s. qñ beata virgo maria inuenit eum in templo. et tale gaudium habuit q non poterat lachrymas continere videatis quid fecit christus statim vt vidit matrem suam ad eam recurrit pfortando et osculando. et tunc regressus est cum illis in nazareth. et quū esset dñs mundi tamen voluit esse subditus illis vt dicitur **Lu.** ij. et has p solationes repñtat presbyter qñ dicto credo vertit se ad pplm et dicit **D**ñs vobiscū et osculat libz euangeliū. **E**t p h; administratio quā facit in altari pādo corporalia et calicē et ea que ad sacrificiū pñtēt. representat illud misteriū et fuitiū qd dñs nr̄i faciebat sue sanctissime mē nr̄i. et iō ipsemet dicebat **Mat.** .xx. **F**ilius

hoies non venit ministrari sed ministrare. **I**uua-
bat enim ioseph patrem suum putatiuū in offi-
cio carpentarij. Ratio quia ppter senectutem n̄
poterat ducere ferraz nec secare liḡ grossa. iō iu-
nabat eum. et ideo dicit mgr̄ **N**icolaus de lyra
super illo passu. Nonne hic est faber filius ma-
rie **M**at. vi. q̄ ioseph cum christo vtebat̄ suo
officio et ideo dicebant. Nonne hic est filius fa-
bri. quia christus iuuabat ioseph credebant iu-
dei q̄ esset filius eius o q̄ stulti. **¶** Nonū opus
fuit baptisimi susceptio quando fuit in etate tri-
ginta annoꝝ venit ad baptisimū et licet non fuit
ei necessarius. tam̄ hoc fecit vt̄ sanctificaret aq̄s
in nostram saluationem. **E**t hoc rep̄ntatur i mis-
sa quando p̄byter abluit manus. **N**unc inter-
rogo quare p̄byter abluit manus. nonne iam
abluit p̄scientiam pe confessionē sacramentalez
et manus ante missam certe sic. sed ideo p̄byter
lauit manus non vt̄ lotionē indigeat. sed ad re-
presentandū q̄ christus non indigebat baptis-
mo cum esset in eo plenitudo sanctitat̄. tamē p̄-
pter humilitatē et nostram vtilitatem voluit ba-
ptizari vt̄ daret virtutem aquis ad abluendum
nos. et p̄byter non obstantē q̄ sit p̄fessus sacra-
mentalit̄ etiam q̄tumcūq̄ sit sanctus et sine ali-
qua macula peccati debet tamen lauare manus
suas. ideo dicit p̄byter. Lauabo inter innocen-
tes manus meas. quasi vellet dicere. q̄uis sum
purus et mūdus a macula peccati ppter qd̄ suz
computatus inter innocētes tamē dñe pro rep̄-
sentatiōe illi⁹ ablutōis lauabo sic̄ vos q̄uis ef-
fētis plenitudo sanctitat̄ tamen voluistis laua-
ri. **¶** Decimū opus est q̄ postq̄ baptizatus fuit
intrauit desertum et ibi ieiunauit q̄dragiuta die-
bus et q̄draginta noctib⁹ **M**at. iij. **I**n quibus
nullam refectionē corpālē sumpsit sed stetit sem-
per in oratione non pro seipso. cum non indige-
ret sed pro nobis pctōrib⁹. **E**t hoc rep̄ntat̄
in missa p̄n sacerdos se ponit ad altare et ibi i me-
dio iunctis manibus se humiliat dicens. **I**n sp̄i-
ritu hūilitat̄ et in animo p̄trito suscipiamur dñe
a te etc̄. **A**d ondēdū humiliatōnē et p̄strationes
quas christus saluator noster faciebat in deser-
to orando et post hec sacerdos se vertit ad popu-
lum dicens. **O**rate pro me fr̄s etc̄. **A**d ondēdū
q̄ christus pro nobis orabat et significat oratio-
nem quam christus faciebat in deserto que erat
multum secreta quia non audiebat̄ ab aliq̄. ita
debet sacerdos ita secreta orare quia non debet
audiri ab aliquo. **¶** Undecimū opus fuit q̄ p̄ q̄
ieiunauit in deserto incepit predicare et clamare
alta voce. **P**niā agite appropinq̄bit enī regnū
celoz **M**at. iij. **E**t ante ieiuniū non sic se mani-
festauit dare. sed voluit occulte agere p̄niā in
deserto instruēdo hoies occulte agere p̄niā et
qualit̄ debeāt peccata et vitia vitare et hoc faciē-
do discurrebat per villas castra etc̄. **E**t sicut ver-

bo dicebat ita etiam p̄ opus ondēbat. **I**deo di-
citur **A**ct. i. **R**epit ielus facere et docere. **¶** **M**o-
tate bone gentes q̄ esset magna benignitas i im-
peratore vel rege si ipsemet iret per regnū suū
in plateis publicādo et p̄conifando legem nouā
sic fecit christus nec parabat̄ sibi sedes ad p̄di-
candū. sed ascendeat super aliquem lapidē vel
monticulū et sic p̄dicabat fidem. **N**am in princ̄-
pio non habebat̄ in tanta reuerētia a iudeis q̄
pararent sibi locum. imo deridebant eum. **E**t
rep̄ntat p̄sbyr̄ q̄ dicit alta voce p̄fationem.
Et ad ondēdū q̄ sicut christus ea que p̄dica-
bat ore. opere ondēbat. **I**deo p̄sbyr̄ debet sp̄
tenere in p̄fatione manus altas ad ondēdū
q̄ illi qui predicant verbum dei debent exēplo
et opere demonstrare illud qd̄ verbo p̄dicāt et lo-
quuntur **I**deo dicebat ap̄ls ad **R**oma. xv. **N**ō
enī audeo aliq̄d loqui eozum que per me nō effi-
cit christus in obedientiā gentium verbo et facti
Duodecimū opus est miraculoꝝ ostensio quia
non solum ondēbat per opera ea que p̄dicabat
sed etiam per miracula suam doctrinam confir-
mabat que nullus nisi deus potest facere illa p̄-
ficiendo et precipiēdo tanq̄ deus. cecos enī illu-
minabat. paralyticos sanabat. surdis auditū re-
stituēbat. mutis loquelam. mortuis vitam. **E**t
hoc representat sacerdos quando dicit **S**ancr⁹
sanctus sanctus etc̄. **T**er dicitur **S**anctus ad
denotandū q̄ miracula que faciebat. non facie-
bat virtute hūana sed virtute diuina que vna
numero existens est in tribus diuinis personis
scilicet patre filio et sp̄s sancto. **E**t vlt̄erius dicitur
Sanna. i. obsecro salua nos in quo ostēdit
q̄ christus faciebat miracula pro salute nostra.
¶ **D**ecimūtertū opus fuit cum apostolis cena-
tio. **C**hristus enī postq̄ predicabat p̄dicationez
p̄firmabat per opera virtuosa et miraculosa. et
cum appropinq̄ret tempus sue passionis venit
ad cenam faciendam cum discipulis suis ibiq̄
secrete fecit eis magnū sermonem quem nullus
enangelistarū nisi sanctus iohannes scripsit. et
hoc rep̄ntatur in missa quando sacerdos cano-
nem secreta dicit q̄ nullus audi at. nisi qui sunt
prope eum. sic illum sermonem quem fecit iesus
nullus audiuit nisi apostoli. **D**ecimūquartū
opus fuit in horto oratio. **C**hristus enī p̄ di-
ctum sermonem exiit in hortū gethsēmani ad
orandum. et ibi tribus vicibus orauit deum pa-
trem dic̄ ns. **P**ater si possibile est transeat a me
calix iste **M**at. xxvj. **N**am spiritus promptus
est. caro autem infirma propter amaritudinem
passionis q̄tum ad sensualitatē. **I**n tertia vice
quando orauit. factus est inagonia et gutte sudo-
ris facte sunt quasi gutte sanguinis decurrentis
ad terram et tunc venit angelus confortans euz
non q̄ indigeret sed sicut seru⁹ confortat dñm suū
q̄uis sit robust⁹ dās sibi bonū cor dicens. confortat

Dñica prima post octa. epiphaniæ

mini. quia modo habebitis victoriam de inimicis. Sic angelus dñi nro dicebat. Domine modo anime sanctorum patrum que expectat vos in synu abrae iam sentiunt redẽptionẽ suaz esse paratam et sic pfortamini in vestra humanitate tunc clementissim⁹ dñs fecit orationẽ pro seipso et pro nobis. pro seipso rogans deum patrem d̄ sua resurrectione non q̄ esset de ea incertus vel impotens ad resurgendũ. tamen hoc faciebat in q̄tum homo. Item orauit pro nobis. vt sicut ipse constanter et volũtarie recipiebat mortẽ pro nobis sic nos ardentẽs et fortes essem⁹ ad sustinendũ mortẽ et labores. pro ipso et q̄ resurgemus gloriofi. Et hoc repñtatur in missa qñ presbyter facit super calicem tres cruces dicẽs. **B**ñ dictam ascriptam ratam et c. signando illas tres orationes quas fecit in horto. postea facit duas super hostiam et calicem p̄ticularit̄ ad ostendendum q̄ pro duobus rogabat. s. pro seipso et pro nobis. **Q**uintũdecimum opus fuit sua captio. **P**ostq̄ eni orauit. ecce venit magna multitudo iudeorũ cum gladijs et fustibus. et christus benignissimus voluit capi ab eis et ligari. et duxerũt ipsum ligatum cum magno vituperio et magnis iniurijs ad annam. deinde ad caypham ad pilatum ad herodem. et finalit̄ ad pilatum qui dedit sententiam vt crucifigeret. a qua snia noluit appellare sed batulans sibi crucem in qua debuit crucifigi duxerũt eum ad montẽ caluarie. Et repñtatur in missa qñ sacerdos tenet hostiam in manibus volens p̄secrare dicens. bñdixit fregit et c. signũ crucis qd̄ facit sacerdos significat sententiam mortis datam a pilato sup christo. **D**ecimũ sextum opus fuit sua crucifixio. quia p̄ latam sniam mortis ductus fuit ad montem caluarie et ibi inf̄ duos latrones suspensus fuit ita alte q̄ totum corpus pendebat in duob⁹ clavis fixis in manib⁹. Et hoc repñtatur qñ sacerdos leuat hostiam inter manus suas. per dexteram intelligit̄ bonus latro a dextris. et per sinistra. malus latro a sinistris et hostia in medio duarũ manũ repñtat christum pendentem i medio duorum latronũ. **A**bedo hostie significat corp⁹ christi albus et discoloratũ p̄pter emissionẽ et effusionem sanguinis. **P**ost hoc eleuat sacerdos calicem quasi diceret. **P**ater op̄s offerimus tibi p̄cium nostre redemptionis. et hoc significat q̄ christus in cruce obtulit sanguinẽ suũ deo patri i redemptionẽ humani generis. **D**ecimũ septimum opus fuit in cruce oratio quia q̄diu fuit viuens in cruce nõ cessauit orare. **U**nde dixit. **H**ely hely lamazabani. qd̄ est dictus latine. **D**e⁹ me⁹ deus meus vt quid dereliquisti me. **D**icit. b. hieronym⁹ q̄ oratio quã dixit continet centũ et quinquaginta versus psalterij que incipit ab illo p̄ **D**eus deus meus respice in me. vsq̄ ad versũ **I**n manus tuas dñe cõmendo sp̄m meum. ita

q̄ versus quos christus dixit existens in cruce fuerunt tot in numero quot sunt psalmi in psalterio. et maledicti iudei q̄tum steterunt in cruce non cessauerunt ei facere iniurias et vituperia di. **T**u maledicte qui decepisti mundum. **O** tu incãtator qui alios saluos facis. salua teipsum. **A**lij dixerunt. **O** proditor qui dixisti q̄ destrues tẽplum dei et reedificares illud in triduo et c. et christus benignissim⁹ nihil respondebat eis sed continuabat suam orationẽ. **E**t hoc repñtat presbyter quando extendit brachia sua dicens. **U**nde et memores et c. tenendo brachia sua ad modũ christi in cruce pendentis. **D**ecimũ octauũ opus fuit lateris p̄foratio quia licet sic esset totus vulneratus et haberet illas quattuor plagas terribiles in manib⁹ et pedibus tamen etiam amore nostri sustinuit q̄ corpus suũ aperiret lancea. **U**nde exiuit sanguis et aqua. magnũ miraculũ fuit quia iam sanguis suus dispersus fuerat in sudore flagellatione spinarum coronatiõẽ et manũ et pedum perforatiõẽ. **E**t hoc repñtatur quando presbyter cum hostia facit quinq̄ cruces dicẽs per ipsũ et c. que signant quinq̄ plagas christi p̄ncipales. **D**ecimũ nonũ opus fuit verborum prolatio qñ sic pendens christus in cruce dixit septem verba p̄ncipalia. **P**rimũ quando orauit p̄ suis crucifixorib⁹. **P**ater ignosce eis quia nesci. et c. crediderunt eni se suspendere vnũ peccatorem et suspenderũt christum. **S**cõm fuit quando latroni dixit. Amen amen dico tibi. quia hodie mecum eris in paradyso. **T**ertio quando respexit matrem i angustia et dolore ad pedes crucis ita vt mix erat q̄ non scindebat cor eius pro dolore que sibi dicebat. **O** fili dilectissime loq̄mini latroni et non matri et c. **T**unc ait. **M**ulier ecce filius tuus. et ad iohannem. ecce mater tua. **Q**uartum quando dixit. **H**ely hely lamazabani. hoc est. **D**eus meus vt qd̄ dereliquisti me. non fuit derelictus a deitate sed ab amicis et apostolis. **Q**uintum. **S**itio. **S**extũ p̄sumatum est. scilicet opus nostre redemptionis. **S**eptimũ. pater in manus tuas cõmendo spiritũ meũ. et inclinato capite emisit spiritum. **E**t repñtatur i missa quando presbyter dicit alta voce **P**ater noster et c. **I**n qua septem sunt petitiões p̄m septẽ verba que christus dixit in cruce et p̄pter hoc sacerdos dicit illud alta voce. **D**ecimũ opus fuit humanitatis diuilio. **P**ostq̄ eni mortu⁹ et plagatus fuit voluit in. iij p̄tiri. prima pars fuit corpus sanctissimũ qd̄ remansit in cruce. **S**cõa pars fuit sanguis qui fuit effusus in terra ad pedes crucis. **T**ertia pars fuit anima que descendit ad inferos et hoc modo christi humanitas fuit diuisa. **E**t hoc repñtat presbyter quando frangit hostiam in tres partes non tam in diuinitas ab aliqua earum partium fuit seperata sed tota cum corpore et etiam cum anima. **S**icut si pomũ

diuidatur in plures partes tamen in omni parte erit odor. Sic licet humanitas christi fuit diuisa. tñ tota in qlibet pte ei psonalit̄ & suppositaliē erat plena sicut qlibet ps vitri ē plēa sole. s̄ est lumie solis. **V**icesimū primū opus fuit populi illumiatio qñ puerit multas pditiōes psonarum. **V**olebat enī q̄ iam aparet fructus sue passionis. ideo p̄mo puerit latronē q̄ fuerat male vite. sc̄do puerit centurionē qui dixit. **V**ere filius dei erat iste. & vere hic homo iust⁹ est. tertio puerit populū inimicū quia vt dicit **Luce xxij.** **S**is turba eoz q̄ simul aderāt ad spectaculum istud & videbāt que fiebant pcutientes pectora sua reuertebant. **N**ota q̄ nō ois turba cōuertebat. q̄ malicia scribarū & phariseoz non puerit. sed gentes simplices & ignorātes reuertēdo dicebāt. **M**iseri credo q̄ redemptor noster crucifixus est. **E**t q̄ christ⁹ in passiōe conuertit has tres pditiōes psonarū. ideo p̄sbyter dicit ter **Agnus dei rē.** **N**am p̄mo dicim⁹ agn⁹ dei p̄ quolibet pctōre vt sicut deus pepcit latronē sic & nobis pctōrib⁹. **S**c̄do dicim⁹ agnus dei petēdo sicut dñe pepcisti centurioni & cum illuminaisti. sic illumies & parcas cuilibet hñti regimē populi vel aiarū. vt salutē psequant. **T**ertio dicim⁹ agn⁹ dei petēdo o dñe sicut populum inimicū pueritisti. ita pueritas pplm cōmunē christianū. & illum p̄seruare digneris in pace & misere peccatis eoz. **V**icesimūsecundū opus fuit q̄ noluit ascendere recta via ad celū. sed sua humilitate prius multū secrete descēdit ad inferos ad dandū gloriā sanctis patrib⁹. q̄ statim videntes eum habuerūt gloriā. nam expectauerant eū in synu abrae cum desiderio magno quasi p̄ quos nulla annoz. **E**t hoc repñtat qñ p̄sbyter vnā partē hostie dimittit secrete cadere in calicem & ibi inebriat ad denotandū q̄ in christi descensu ad inferos intm fuerūt aie sanctorū patz inebriate gloria christi q̄ nesciebāt qd̄ agere debebant & cū ista dulcedine amoris laudabāt deum dicētes illud **Lu. j.** **B**ndict⁹ dñs deus israel quia visitauit & fecit redemptionē plebis sue. **V**icesimūtertū opus fuit qñ post suam benedictam mortem voluit deponi de cruce p̄ man⁹ ioseph ab arimathia & nicodemū q̄ de licentia pilati eum amouerūt de cruce. tunc beata virgo cuz maria magdalena & alijs erant in circūitu plorātes. **N**am beata virgo osculabat oculos eius di. **O**culi gloriosi q̄ vidēt corda hominū & abscondita cordiū. **D**einde aures di. **O** aures sacrate que audiūt melodias angeloz. **D**einde nare di. **O** nare bñdicte q̄ sentiunt odorem padyfi. **D**einde ad faciem. **O** facies iocūda. que das angelis gloriā. **D**einde vulnera lateris di. **O** porta gloriosa per quā habem⁹ ingressum in paradysum. **O** fideles christiani qui desiderat̄ gaudium padyfi iam est porta apta quam fili⁹ me

gatiuum ⁊ sanatiuum est verbum fraterne correctionis qd̄ christus optimus physicus confecit. Si ergo vides amicum tuum vel vicinū tuum volentem peccare vel si iam peccauit voca eum ad partem dulciter dicendo sibi. talis fama est de vobis. ideo amore dei corrigatis vos. Ecce hic vnguentum sanatiuum. **Auto. itas.** **Abi** sit verbum suum ⁊ sanauit eos ⁊ eripuit eos de interitionibus eorum. **p̄. cvj.** Nota **Abi** sit verbum suum quia quodlibet verbum correctiuū mittitur a deo per illum ministrū per quem dicitur. **Abi** sit ergo verbum scilicet per os corrigentis ⁊ sanauit eos de interitionib⁹. id est. d̄ pecculū mortis. Auifentur hic correctores q̄ hoc vnguentum ponatur ad instar vnguenti corporalis. qd̄ ponitur dupliciter. scilicet calidum et suauiter ⁊c. Sic etiam quando aliquis est vulneratus ab aliquo peccato quod credit esse occultum ⁊ tamen omnes loquuntur dicendo. **O** iste ribaldus vel illa meretrix. tu scis vis apponere vnguentū correctionis calefacias igne charitatis. nō cū superbia dicēdo. Venite quia ego cognosco vos quia frigide poneretur nec proficeret. Ideo iesus christus dicit ei. Si peccauerit in te. id est. te vidente frater tuus. corripe euz inter te ⁊ ipsum solum. si te audierit lucratus es fratrem tuum **Mat. xvij.** Isto modo vir debet corrigere vxorem ⁊c. Secundo q̄ ponatur suauiter ⁊ dulciter. quia alias non haberet patientiam defectus vxoris non cum baculo nec asperere dicēdo tu putana ⁊c. Idem faciat vxor de viro quando ipsum videbit letum. Idē faciat pater corrigendo filios. ⁊ amicus amicum. Ideo apostolus. Fratres si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto vos q̄ spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis ad **Gal. vj.** Sed sunt aliqua vulnera que vnguento nō possunt sanari. ideo scinduntur a barbitoribus. Sic etiam de peccatis publicis ⁊ notorijs. ideo rectores debent abscindere per ordinationes ⁊c. Ideo apostolus. Utinam ⁊ abscondantur qui vos conturbant ad **Gal. v.** Quoniam ex peccatis notorijs tota cōmunitas conturbatur ⁊ destruitur. // Dico sexto q̄ verbum dei dicitur lumen in doctrinali predicatione. Ratio quia in factis dei totus mūdus est tenebrosus de se. philosophi enim qui tantum credebant scire de deo solū sciuerunt vnā conclusionē. scilicet q̄ vnus ē deus. vna prima causa vnam primū principū seu motor. plus scit mō de deo vna vetula sciēs credo in deum in quo sunt duodecim conclusiones fidei catholice. Et ista sciētia vnde habet? a verbo predicationis. ideo verbus dei dicitur lumen quia nullus intellectus creatus poterat p̄ se scire secreta fidei nisi per reuelationem. Ideo apostolus. Fides est ex auditu. auditus autem per verbum dei ad **Roma. x.** Multi autem am

Dñica in Hexagesima

bulant in tenebris quia non audierunt verbum dei. vel quia non predicat eis verbum dei. sed ovidij virgilij &c. ideo gentes sunt in errore circa agenda & credenda. Verbi gratia. Quot homines sunt qui credunt qd mutare ad vsuram non sit peccatum mortale facientes rationez. nunqd de mea pecunia de qua ille seruit sibi &c. sed fundamentum est falsum. Et qd peccatum esset si thesaurarius regis contra voluntatem regis dispensaret pecunias. Sic christus est rex & dñs omnium bonorum cui habemus reddere rationem. ipse enim precipit ne mutuemus ad vsuram & ne res vendatur plus ratione dilectionis solutionis. nec minus pro denarijs promptis. similiter & prohibet ne mutuemus super possessiones & interim recipiamus fructus. Item prohibet obligationes voluntatis propter mutuam quia vsura est. Ecce lumen verbi dei. Item quot sunt qui credunt qd simplex fornicatio non sit peccatum. dicendo cui faciam iniuriam &c. sed cui sit iniuria qui cum filia regis &c. etiam dato qd sibi placeat & tibi iniuria sit regi nisi det tibi in vxorem. Ecce quomodo verbum euangelice predicationis ad modum luminis viam agendorum ostendit & in semitis credendorum dirigit. Ideo ipse dauid. Lucerna pedibus meis verbum tuum & lumen semitis meis ps. cxvij. Dico septimo qd verbum dei est cibum in spiritali oratione. Et nota hic pulchram declarationem comunem. videtur qd deus super omnem creaturam dilexit hominem. A principio enim deus fecit maximam multitudinem angelorum qui sunt substantie spirituales. deinde fecit maximam multitudinem creaturarum corporalium. & deinde fecit hominem in quo vniuit totum scilicet creaturam spiritualem vt animam & corporalem vt corpus. angelis autem solum dedit cibum spiritualem. animabus corporalem. Homini autem dedit cibum duplicem corporalem ad sustinendum corpus scilicet panem vinum carnes & fructus &c. Et spiritualem ad sustinendum animam scilicet verbum dei quo anima reficitur. quia non in solo pane viuit homo. de hoc viuit corpus. sed in omni verbo qd procedit de ore dei Mat. iij. Et ideo sicut ordinate bis in die reficitur corpus cibo corporali. ita bis in die reficienda est anima scilicet de mane orando dicatur modus. Ecce prandium anime. Idem in sero & sicut non traditis obliuioni prandium vel cenam corporis nec etiam debetis tradere obliuioni prandium vel cenam anime dicendo pater noster in quo sunt septem petitiones quasi septem vincie panis regis. scilicet christi. quia ipse pensauit eum & fecit. Potus est Aue maria. bona societas pater noster aue maria. Ferculum est credo in deum in quo sunt duodecim articuli quasi duodecim frustra carnis. id dicitur. Inuenti sunt sermões tui & comedi eos et factum est mihi verbum tuum in gaudium & letitiam cordis mei Hier. xv. Nota inuenti sunt sermones scilicet orationis. Jam cibus orationis est paratus non oportet ponere nisi in ore ad comedendum & sic anima impinguatur. Ideo dauid. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. & labijs exultationis laudabit os meum. i ps. lxxij. Deo gratias.

De eadem dñica. Sermo. ij.

Quod cecidit cecidit. Verbum istud colligitur ex euangelio currentis dñice Lu. viij Sermo noster erit de defunctis. sed vt materia sit deo acceptibilis & gratiosa & nobis meritoria et proficua. ante omnia salutetur virgo maria. Multi vestrum mirantur forte vnde habetur hoc thema. Dico qd colligitur ex euangelio dominice currentis in quo quadrupliciter dicitur cecidit. Et primo cum dicitur cecidit secus viam. Secundo cecidit supra petram. Tertio cecidit inter spinas. Quarto cecidit in terram bonam. Ecce tota parabola euangelij vbi quater dicitur cecidit. Unde debetis scire qd in sacra scriptura mors hominis dicitur cadere. quia qui moritur cadit scilicet de honore amicis qd tumens sit magnus dominus. Item cadit de pulchritudine in turpitudinem. quia licet viuus fuerit pulcher. mortuus efficitur turpis intantum qd est terror ipsum videre. Item cadit de magnis diuitijs in magnas miseras & paupertates. quia secum solum trahit lintheum. Tertio cadit de amore in odium quia statim projicitur de domo & ponit sub terra. Quarto cadit de vita in mortem. ideo mors est cadere. sicut arbor nucis seu alia plena fructibus & omnes volunt de eius fructibus. sed quando securi scinditur & cadit despicitur quia cadit de magna altitudine & perdit fructus & folia. Sic est de homine diuite seu honorabili qui viuus honoratur propter fructus diuitiarum. sed quando securi mortis scinditur & cadit ad terram statim despicitur. Ideo de hoc est aut oritur que loquitur in persona morientis. Si ceciderit lignum ad austrum aut ad aquilonem in quocumque loco ceciderit ibi erit Ecclesiastes. xj. Sed est hic questio quare persona pro peccato vnius hore vel diei puniatur eternaliter pena infinita si damnatur. nam bonus iudex sine culpam debet dare penam. Et concordat sacra scriptura dicen. Pro mensura peccati erit & plagarum modus Deut. xxv. Item alia de nouo testamento. Etum glorificauit se & in delictis fuit tantum dante ei tormentum & luctum Apoç. xvij. Bona est questio & multi errauerunt in ea vt Origenes. sine qd dicit hieronymus. & ratio est quia creditur qd sicut finitur vita hominis finitur etiam peccatum. Ecce fundamentum erroris & hoc venit ex ignorantia. quia imo magis tunc est obstinata i

illo peccato voluntas peccantis. ideo dicit. in q̄
cunq; loco ceciderit ibi erit. Nota exemplum d̄
duobus quos vultis punire de aliquo defectu
et vnus recognoscens culpam suam humiliter pe
tit veniam promittens emendam statim remitte
tis sibi. Alius vero obstinatus rebellat. ideo p/
cutietis eum gladio etc. Idem est de peccatori/
bus. Ecce quare dicitur. Si ceciderit lignus ad
austrum. Quia autem mors dicatur cadere auzori
tas. ij. Regum. iij. Nū ignorati quoniam prin
ceps et maximus cecidit in israel. dixit dauid de
morte abner. De isto cadere ego recepi tbe. di
cendo. Cecidit quater. ideo quia quattuor sunt
modi seu conditiones morientium. Nam

- 1. Aliq̄ moriunt̄ i pctō origiali. id̄ d̄ p̄mo cecidit
- 2. Aliq̄ in pctō mortali. id̄ d̄ d̄c̄i cecidit.
- 3. Aliqui in pctō veniali. id̄ d̄ tertio cecidit.
- 4. Aliqui in gratia spūali. id̄ d̄ quarto cecidit

Primo dico q̄ aliqui moriunt̄ in peccato ori
ginali vt pueri. ideo non possunt intrare gloriā
paradyfi. Quia dixit christus beato iohāni. qm̄
sibi offendit gloriā paradyfi. Nō intrabit i ea
aliquid coinquinatū aut abominationē faciēs
Apoē. xxj. Peccatum originale est quedam ma
cula quam recipit anima in vtero mulieris. ac si
rectores huius ville facerent vnam imaginē vt
poneretur in templo que dum ducitur ad tem
plum cadit in luto etc. Et d̄ hoc peccato dixit da
uid in ps̄. l. Ecce enī in iniquitatibus conceptus
sum et in peccatis concepit me mater mea. id̄ est.
In peccato origiali. et ponitur ibi plurale pro sin
gulari. Nota peccatum originale est vnū nume
ro in vno homine sed in omnibus est vnum spe
cie vt dicit sanctus Tho. i. ij. q. lxxxij. ij. et dis.
xxxij. q. j. arti. iij. Est tamen etiam in vno homi
ne peccatum originale multiplex virtute qz vir
tualiter continet omnia peccata. vt dicit sanctus
Tho. j. sc̄de. q. lxxxij. ar. ij. ad sc̄dm. Sic igit̄ pa
tet quomodo verbum dauid intelligendum est
cum dicit. Ecce enī in iniquitatibus concep̄tus
sum. loquēs de peccato originali i quo pueri cō
cipiuntur. propter hoc nisi lauentur baptismo n̄
possunt intrare paradysum. Ideo dicitur. Amē
amen dico vobis. Nisi quis renatus fuerit ex aq̄
et spiritu sancto. non potest intrare in regnū dei
Joh. iij. Ideo debetis esse diligentes vt pueri
baptizentur ne cadant extra gloriā hoc est in
lymbo puerorum. Nota peccatum originale
duobus modis dimittit̄ in baptismo. vt notat
mgr̄ sniarum li. ij. di. xxxij. scilicet extenuatione
sui et solutione reatus. Quia per gr̄am baptisimi
vitiū concupiscentie debilitat̄ atq; exte nuatur. ita
vt iam nō regnet. nisi consensu reddat̄ ei vires qz
et reat̄ ipsi soluit. Nota omnes tenentur ad
baptismum et sine eo non potest esse salus homi
nibus. vt dicit sanctus Thomas. iij. parte. q. lx
vij. arti. j. et iij. distinc. vj. Item pueri baptiza

torum debent baptizari. Et etiam si modo aliq̄
sanctificarentur in vtero necesse esset eos bap
tizari vt per susceptionem characteris alijs mem
bris christi conformarentur. Hec sanctus Tho
mas. iij. parte. q. lxxvij. articulo. j. in solutionib⁹
secundi et tertij argumentorum. Item ibi supra
articulo sc̄do dicit et probat q̄ nullus potest sal
uari sine baptismo in actu vel proposito. Dica
tur quomodo sunt quattuor domus i corde ter
re. Prima est inferior. et ista est infernus damna
torum. Secunda est locus purgandorum. Ter
tia est lymbus puerorum. Quarta est synus pa
trū sc̄toꝝ. In lymbo h̄ cadūt pueri qui moriunt̄
cum peccato originali solum. siue sint filij chri
stianorum siue infidelium et non habent ibi nisi
solum penam damni. De hoc sanctus Thomas
ij. scrip. distinc. xxxij. q. ij. arti. ij. distinc. xliij. q.
ij. arti. j. iij. distinc. xvj. q. j. arti. ij. q. ij. tertia p/
te. q. j. arti. iij. ad secunduz. Et dicit sanct⁹ Tho
mas in. ij. sententiarum q̄ disputant̄ in se et sc̄at
lete. Anime separete cum solo peccato originali co
gnoscunt omnia naturaliter cognoscibilia a ra
tione. et multa alia dicit sanctus Thomas. ij. di
stinc. xxxij. q. ij. articulo. ij. iij. distinc. l. q. j. arti. j.
ad septimum. Item in de malo. q. v. articulo. iij.
Habent enim claritatem intellectus sed non glo
rie nec displicet eis nec tristantur. sicut nec tu ha
bes tristitiam quia non es rex aragonum. quia
non debetur tibi vel quia nō habes alas ad vo
landum. Idem est de illis pueris. Ideo dicitur
Audite verbum istud. q̄ ego leuo sup̄ vos plan
ctum. Cecidit et non adijciet vt resurgat virgo
israel proiecta est in terram non est qui suscitaret
eam Amos. v. Nota planctum quia mortua est
creatura sine baptismo. Nota ergo quomodo ē
magnum peccatum quando mulieres cuiusuis
sint status occidunt proles ne peccatum sciatur
et contra apothecarios qui dant medicinas vt
moriuntur. Ideo dicit. virgo israel. Illam ani
mam vocat virginem. eo quia nunq; consensit i
aliquo peccato. et proiecta est in terram. scilicet i
lymbo. Ecce primū cecidit. Dico secūdo q̄ ali
qui moriuntur in peccato mortali qui dure pu
niuntur vt religiosus qui non tenet suam regu
lam nec vota que iurauit vel presbyter qui non
viuit caste vel laicus qui non est obediens deo
nec preceptis eius vel qui non seruat castitatem
nam tales moriuntur i peccato mortali et vadūt
ad infernum damnatorum ad centum milia dya
bolos. Ideo de talibus dicitur. An ignoras q̄
nam benignitas dei ad penitentiam te adducit
fm̄ duriciam autem tuam et cor impenitens the
saurizas tibi iram in die ire et reuelatione iusti iu
dicii dei q̄ reddet vnicuiq; fm̄ opa ei⁹ ad Ro. ij
Nō om̄i pctō. an igr̄ as te esse in pctō. et beni
gnitas dei ad penitentiaz te adducit. qui tam ad
penitentiam noluit adducere angelos peccātes

*Nota que phras̄
ad p̄to d̄bolos*

Dñica in Hexagesima

sed imediate p̄tra eos facta fuit executio ⁊ hoib⁹
dat spacium penitentie. sed quando nolunt con/
uerti quando moriunt cadunt in inferno. Auto
ritas cum secretis. Qui ceciderit super lapidem
istum confringetur super quem d̄o ceciderit cō/
teret euz. **Mat. xxj.** Dico tertio q̄ aliqui moriunt
tur in peccato veniali solum. ideo dicitur tertio
ceciderit licet fecerunt multa peccata mortalia ta/
men fecerunt penitentiā sed non condignaz. isti
tales quando moriunt non statim vadunt a pa/
radysum nec ad infernū ex quo confessi fuerunt
sed vadunt ad purgatoriu qd̄ est domus plena
ignis qui virtute diuina cruciat animas magis
q̄ si anima esset in furno ardenti. **Nota** dicit san
ctus **Tho.** in. iij. dis. xxj. q. j. arti. j. q. iij. ⁊ iij. p/
te. q. xlvi. arti. vj. ad tertium q̄ mima pena pur
gatorij est maior q̄ maxima hic. ⁊ pena purgato
rij semper taxatur fm̄ q̄tatem peccati vt dicit
sanctus **Tho.** in. iij. dis. xx. quia tantum est ad
soluendum peccatum. **Et** pena purgatorij pur
gat illa reatu pene in soluendo penam vt di. san
ctus **Tho.** iij. dis. xxj. q. j. arti. iij. q. ij. **Et** ideo
dicitur. **Si quis superedificat super fundamen
tum hoc aurum argentum lapides preciosos li
gna fenum stipulaz detrimentū patietur. ipse ta
men saluus erit sed tamen quasi per ignem.** .j. ad
Coz. iij. **Nota** si quis superedificat super funda
mentum hoc scilicet fidei. quia ad purgatorium
non vadunt nisi christiani qui stant supra funda
mentum fidei sed edificauerūt ligna fenum ⁊ sti
pulam. id est. peccatum veniale. ideo patiunt in
illo igne. **Pro** quo notandū fm̄ sanctum **Tho.**
iij. scrip. dis. xxj. q. j. arti. ij. q. j. q̄ triplex differē
tia ponitur peccatorum venialium. Quia que
dam sunt grauissima in genere venialium ⁊ diffi
cillime purgabilia. ⁊ hec per lignum signā. que
dam mima que per stipulam. quedam media q̄
per fenum significant. **Ratio** dictorum. quia ve
nialia charitati adiuncta possunt per aliquaz pe
nam consumi. ideo puenienter fm̄ metaphoram
significant illis que per ignem consumunt. **Et**
quia q̄to aliquod peccatum est grauius tanto
difficilius purgatur. ⁊ in peccatis venialib⁹ in
uenitur alterum altero grauius. ideo puenienter
eorum diuersitas significatur per diuersitatē eo
rum que facilius ⁊ tardius consumunt ab igne.
Et quia perfectio cuiuslibet q̄tatis ternario cō
prehenditur propter principium medium ⁊ finē
ideo triplex differētia peccatorum venialium vt pa
tuit ponitur. **His** dictis consonat beatus **Aug.**
cuius verba magister ponit i. iij. dis. xxj. **Dicit**
tamen doctores. q̄ mima pena purgatorij ē ma
ior omni pena huius mundi. qd̄ ⁊ sanctus **Tho**
mas concorditer tenet vt patuit. **Nota** practicā
quomodo anima cadit in purgatorio de manib⁹
boni angeli. **Et** dicit anima i purgatorio existēs
malicie diaboli. ne lateris inimica mea super me

quia cecidi sup̄. in purgatorio. quia confurgam
suple completa penitētia **Mich.** .viij. **Ecc** tertio
um ceciderit. **Dico** quarto q̄ aliqui moriunt i gra
tia spiritali pure. sicut sunt homines vel mulie
res qui tenent vitam apostolicam seu spiritalē
qui licet fecerint peccata mortalia tamen fecerūt
condignam penitentiam contentur sepe ⁊ com
municant ⁊ plorant sua peccata ⁊ faciunt magis
penitētiā ⁊ lucrantur magnas indulgētiā ⁊ tē
intm̄ q̄ si ponerentur i statera diuine iusticie om
nia bona que fecerunt ⁊ bona opera in vna par
te ⁊ mala in alia. plus ponderarent bona q̄ mala
tales quando moriunt via recta vadunt ad pa
radysum ⁊ ascendunt ad gloriā celestem. **Et** d̄
istis dicit apostolus. **Scimus** autem quoniam si
terrestris domus nostra huius habitationis dis
soluatur q̄ edificationē ex deo habemus nō ma
nufactam sed eternam in celis. ij. ad **Coz.** .v. **De**
qualibet tali anima beata dicitur i euangelio ce
cidit in terram bonam **Luce.** .viiij. de qua dauid.
Credo videre bona dñi in terra viuentium. **La**
ucte ne cadatis de paradyso. **Dicit** dauid. **Im**
pulsus euerfus sum vt caderem ⁊ dñs suscepit
me. **Fortitudo** mea ⁊ laus mea dñs ⁊ factus est
mibi in salutem. in ps. cxvij. **Nota** impulsus sci
licet in morte per diaboli temptationes. sed dñs
suscepit me. **Qui** mittit angelos suos ⁊ c. **Laus**
mea scilicet in aere contra demones quando di
xi. deo gratias qui liberauit me de tali peccato
de quo ille proditor me temptauit ⁊ c. donec do
minus factus est mibi in salutem. quādo dat mi
hi gloriā celestem.

De eadem dñica. Sermo. iij.

Datus est mibi isti
mulus carnis mee. ij. **Coz.** .xij. **Pro**
huius verbi declaratione est sciendū
q̄ inter multa ⁊ magna mala ⁊ miseras hui⁹ mū
di sunt duo scilicet p̄mptuositas ad malum. et
difficultas ad bonum. **Ad** malum autem inclina
mur naturaliter. ⁊ ideo dicitur. **Sensus** enim et
cogitatio humani cordis in malum prona sunt
ab adolescētia sua **Gen.** .viiij. **Sed** difficultas est
qui vult viuere sancte ⁊ ordinate. scilicet iuxta
dei voluntatem impeditur ⁊ retrahitur ab intra
scilicet a carne. sicut enī equus qui de se est leuis
impeditur tamen a curru quem trahit. **Ita** etiaz
anima que de se est leuis ad currēndum ad para
dysum retrahitur onere carnis qd̄ trahit ⁊ con
tradicit. **Ideo** apostolus. **Caro** concupiscit ad
uersus spiritum. spiritus aduersus carnem ad
Gal. .v. **Multi** vellēt viuē in hūilitate ⁊ castita
te ⁊ sic de alijs. s̄ impediūt a carne. **Et** s̄ p̄plāgen
do se ap̄ls dicit. **delector** enī legi dei fm̄ interio
rem hoiez. **Video** aut̄ aliā legē in mēbr̄ meis re

pugnantem legi mentis mee et captiuantem me in legem peccati que est in membris meis. infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius ad Roma. vii. Ideo ex hac difficultate aliquis dimittit bonam vitam. sed in interiorum hominum instigatur ad vitas virtuosas quemadmodum stimulat asinus ut vadat. Ideo apostolus dicit stimulo suo dicebat thema. Datus est mihi et. patet ergo thema. Et inuenio in sacra scriptura quod christus habet quatuor stimulos quibus diuinitus excitamur ut vadamus ad paradysum.

Primus est dolor corporalis affligens.

Secundus est doctor cordialis compungens.

Tertius est timor iudicialis conficiens.

Quartus est amor spiritualis perurgens.

De primo singulariter loquitur thema. Dicitur est et dico primo quod deus habet stimulum de dolore corporali affligenti ne scilicet pigrescamus in bona vita. sicut sunt infirmitates fames siccitates mortalitates et. Non credatis quod deus delectetur in nostris malis. Sed ratio principalis nostrarum afflictionum ex parte dei est reductio exercitatio et promotio ad bonum et tandem introductio ad gloriam. Nota ad hoc similitudinem de iumento quod portat onus quod non delectabiliter verberatur a domino suo. sed si deuiat a recta via tunc percussit et ad viam reducit per flagellum. si vero non deuiat adhuc cum flagello percussit non delectabiliter sed ut citius vadat. et ulterius percussit ut currat et tandem ad domum veniat. Sic etiam via ad paradysum est bona vita. hec via ambulate in ea neque ad dexteram neque ad sinistram declinabitis Esa. xxx. Sed aliquotiens homines deuiant ad dexteram amore prosperitatis dimittentes bonam vitam et faciunt contra dei mandata vel ad sinistram timore aduersitatis ut fugiant mala dimittunt bonam vitam. Videns ergo deus quod iumentum suum deuiat a via recta stimulat ipsum flagello infirmitatis vel famis doloris vel mortalitatis que tangunt carnes ut dicat homo. Si ego essem in via bone vite non stimularer me. et sic reducit ad viam perterendo perterendo et remittendo et. si forte sit in via sed vadit tarde tepide et spaciose stimulat etiam a deo ut citius ambulet per bona opera accelerando et festinando ad bonam vitam meliorando. scilicet cum maiori favore spiritus ut diligentius faciat bona opera. Hanc stimulationem et simile tangit dauid qui de se dicebat deo. ut iumentum factus sum apud te et ego semper tecum tenuisti manum dexteram meam et in voluntate tua deduxisti me et cum gloria suscepisti me. ps. lxxii. Naz dauid optime sentiebat stimulum dei. ideo si erat extra viam. statim reducebat se ad viam dicendo. Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. et. sed si iam erat in via feruentius operabatur. ideo dicit ut iumentum factus sum. Non apparet defectus nisi quod non possumus dicere ut iumentum factus sum sed

minus quam iumentum. quam iumentum si est extra viam et flagellatur a domino suo statim reducit se ad viam. Nam videtur habere rationem et cognoscere. quod ideo percussit a domino. quod est extra viam et tu quod peccata es extra viam bone vite et deus flagellat te et tu non cognoscis nec propter hoc redis ad viam. imo multi ex hoc efficiuntur peiores. ideo non potes dicere cum dauid ut iumentum factus sum. sed minus quam iumentum. Item si iumentum sit in via et percussit a domino statim meliorat passum accelerando quasi cognoscat quod dominus ideo percussit ipsum. Et quando tu homo vel mulier a domino flagellaris facis oppositum. non solum non melioras te. imo in corde tuo recipis indignationem contra deum dicendo malas grates et. nonne videtur vobis quod sumus minus quam iumentum. De hoc stimulo dicit apostolus. Ne magnitudo reuelationum extollat me. id est. extra viam tollat. Datus est mihi stimulus carnis mee. angelus sathane qui me colaphizet. ij. ad Cor. xii. Paulus est super omnes mortales et habuit donum reuelationum quia sicut amicus ostendit amico totam domum suam. ita christus ostendit paulo paradysum et ordines angelorum et omnia edificia paradysi plus quam iohanni. Intra quod dicit Augustinus. quod ostendit sibi diuinam essentiam. Paulus enim in raptu vidit diuinam essentiam ut dicit sanctus Thomas. j. parte. q. xii. arti. xii in solutione ad secundum ubi sic dicit. quod sicut deus aliquid miraculose ac supernaturaliter in rebus corporeis operatur. ita etiam et supernaturaliter et preter communem ordinem mentes aliquorum in hac carne viuunt. sed non sensibus carnis utentium. usque ad visionem sue essentie eleuauit. ut dicit Augustinus. xii. super Genesim. ad litteram. et in libro de videndo deum de moyse qui fuit magister iudeorum et paulo qui fuit magister gentium. Hec sanctus Thomas. ibi supra idem dicit in. iiii. dist. xlix. et in de veritate. q. xiiij. et. ij. scilicet in materia de raptu. ideo ne magnitudo reuelationum eum extolleret datus fuit sibi stimulus carnis. glo. verior dicit. quod iste stimulus fuit dolor lateris. scilicet punctio. si dicatur. hoc impediebat eum ne ita cito ambularet sibi auferendo ieiunia predicationes et. Respondeo quod apostolus proficiebat ex patientia illa et humilitate doloris. quia erat ita sanctus quod curabat alios infirmos et quod ita pateretur patienter. Si ergo apostolus tam sanctus indigebat stimulo quam magis nos peccatores debemus patienter sustinere flagella. Secundus stimulus est doctor cordialis pungens. iste est predicator verbi dei qui per aures stimulat et pungit cor ut ad deum veniat. secundus est de predicatoris seu doctore curioio qui predicat verba ornata. quia iste non pungit cor sed solum aures. Sed predicator qui predicat verba sacre scripture pungit cor superbi quando reducit ad viam humilitatis. vel auari quam reducit ad viam liberalitatis et misericordie restituendo

Dñica in Sexagesima

et sic de alijs. **D**e isto modo loquendi ad cor dicit **E**saia. **D**icit dñs deus noster loquimini ad cor hierusalem et aduocate eam **E**sa. xl. **N**ota loquimini ad cor non dicit ad aures. ipsas de multitudine richmis seu verb poctarū. hierusalē dicit hic anima. **D**e isto stimulo auētas. **V**erba sapientū sunt stimuli et quasi clau in altū deseri que per mgroꝝ consiliū data sunt a pastore vno **E**ccl̄s. xij. **N**ota verba sapientū. id est. predicatorum. quia sicut iuriste vulgariē dicunt sapientes. quia sciunt leges vel canones et allegatiōes etc. faciunt fieri iusticiā de receptis seu iniuriatis **I**ta pdicatores sacre scripture faciūt iusticiā fieri. s. penitentiā pctōrib⁹ a diabolo deceptis que est quedam iusticia pñialis. **P**enitentia enī est virtus specialis moralis non theologica. et est pars iusticie cōmutatiue subiectiua. vt dicit sanctus **T**ho. iij. dist. xiiij. et iij. parte. q. lxxxv. et sic pdicatores sacre scripture faciunt iusticiā fieri peccatorib⁹. s. punitionē. **V**erbi gratia. **P**ia/bolus vt falsus emptor modico precio emit animam peccatoris in qua emptiōe est fraus vltra dimidiū iusti precij quando consulit hoī vt faciat vsuram furtum rapinā vel q̄ retineat sibi decimam vel alias. et homo sibi consentit tunc venditur diabolo. **I**deo qd̄ debes facere? vēire ad iuristam leges scientem et canones sacre scripture et sic predicator predicādo dicit q̄ debes facere restitutionē si aliquid fuisti lucratus in ludo cum raxillis. et hoc quando temptat vel decepit te diabolus auaricia. **S**ecūdo diabolus decipit de luxuria iuuenes. suggerens q̄ est magna delectatio. tu parēs sibi ad punctum. gloriaz parady si amittis et perdis oīa merita in puncto qm̄ tu consentis sibi. quia per vnū peccatū mortale oīa bona opa mortificānt **D**e bonoꝝ opoz mortificatione vide sanctum **T**ho. in. iij. dist. xiiij. veni ergo ad sapientē in pdicatiōe habebis p̄tionem et statim oīa perdita tibi restituent. **E**cce ratio quare pdicatores dicunt sapientes. autoritas christi. **E**cce mitto ad vos pphetas sapiētes et scribas **M**at. xxiiij. **S**cdo dicit. sicut stimuli. dicit q̄ verba predicatoris sunt sicut stimuli qui pungunt contra difficultatē ad bene opandum et quasi clau in altum deseri contra pñitatē ad malum. que per mgroꝝ consiliū. glo. ordinaria pphetarum q̄tum ad vctus testamentū et ap̄torum q̄tum ad nouū. data sunt a pastore vno. s. christo. **T**ertius stimulus est timor iudicialis cōfigens. i. clarificans. inter alia que multuz retrahunt hominē a malo et a peccato et excitāt ad bonum est timor iudicij p̄ticularis v̄ generalis ad qd̄ oportet nos venire et forte citius q̄ credam⁹. **I**deo debet quilibet intra se cogitare vel cogitando dicere. **M**iser videamus quem compotuz reddam deo de vita mea et quid respōdebo christo mihi dicenti. **E**cce quid feci pro te videam⁹

quid tu fecisti pro me. **B**enedictus erit qui tunc poterit dicere et respōdere dicēdo. **D**ñe ego erā superbus sed amore et exemplo vestro fui humiliatus et sic de alijs. **S**ed videatis de illis qui nihil fecerunt pro christo. et hoc timore quilibz debet se a peccatis custodire. sed et hoc timore aialia irrationalia vincunt nos que a maximis concupiscentijs abstinet timore periculi. **V**erbi gratia. **C**anis licet famelicus abstinebit nec recipiet panem si datur sibi cum virga in capite vel cū pugno gladij. et nos minus q̄ bestie nolum⁹ abstinere a peccatis timore gladij diuine iusticie et damnationis imo despiciunt. **I**deo peccatorib⁹ dicit dauid in ps̄. **N**isi conuersi fueritis gladiū suum vibrabit arcum suū tetendit et parauit illū etc. **I**o dauid orando dicebat. **C**onfige timore tuo carnes meas. a iudicijs enim tuis timui. ps̄. cxviiij. **I**ste stimulus facit magnū bonū. **N**ota hic exemplum de vno iuvene qui somnādo fuit interrogatus a christo i iudicio et subito ex timore totus factus fuit canus. id est. albus. **I**sto stimulo paulus fuit conuersus. quia quando christus sibi dixit. **S**aule saule durus est tibi contra stimulum calcitrare **A**ct. ix. **C**ui christus ostendit se vt dicunt glose sicut stabit in iudicio. paulus statim tremens ac stupens dixit. **D**ñe quid vis me facere. **D**e isto ergo iudicio cogitate dicendo. **V**ideamus si ego modo morerer qd̄ esset de anima mea. quia tam malam vitam teneo etc **C**irca predicta nota q̄ sanctus **T**ho. iij. par. q. lviij. arti. vj. in so. ad. iij. dicit q̄ paulus in sua cōuersione vidit christum corporaliter. **Q**uartus stimulus est maior alijs. s. amor spiritualis vrgens quando ea que quis facit. facit ex charitate dei et proximi solo puro amore facit. dato q̄ nō esset infernus nec aliqua alia pena sed sicut philocapti qui stulto amore pdunt somnū et potum et cibum. sic etiam de illis qui sunt ita phlocapti de deo q̄ amore eius pdunt somnū vigilando in oibus pdunt cibum et potum sc̄iunādo et laborant per bona opera. **I**sto stimulo purgebant apostoli et christi discipuli quia non timore. nam pfecta charitas mittit foris timorem. imo exponebant se periculis et aduersitatib⁹ predicando fidem christi in honorem dei et saluationē animarum dicentes. **C**haritas dei vrget nos. ij. **C**or. v. **D**e isto stimulo dicit autoritas sacre scripture. **Q**ui tenet aratrum et qui gloriatur in iaculo stimulo boues agitat et puerfatur in operib⁹ eorum **E**ccl̄s. xxxviiij. **N**ota qui tenet aratrum. **A**ratrum est lingua predicatoris arans terram conscientiaruz vt faciat fructum prouocando superbium ad humilitatem. auarum ad misericordiam et liberalitatē et christus tenet eam in māu sua. quia alias nullus potest fructuose predicare. **H**ominis est animū ppare. s. legēdo studēdo p̄tēplādo et dñi ē gubnare linguā **P**rou. xxvj. s.

predicando. Item qui gloriatur in iaculo. s. virga que est scriptura et sumitur pro auctoritate seu potestate regali. et ideo dicitur. **Consurget virga de israel et percutiet duces moab Ruin. xx. iij.** Nullus rex potest gloriari iaculo. quia vicegerentes et officiales christi solum sunt. nisi solus dominus iesus christus qui habet auctoritatem et potestatem regalem. qui stimulo sui amoris boues agit. s. potentes in potentia et scientia perfectos. quia oues. id est. simplices tribus primis stimulis agitantur.

De eadem dominica. Sermo. iij.

Exist qui seminat

seminare semen suum **Lu. viij.** In presenti sermone cogitavi tenere modum quem tenent isti magistri domorum. notabilis sermo quando volunt edificare unam magnam domum seu turrim. **Primo** ponunt fundamentum et forte taliter quod edificium non potest cadere vetero et pluvia nec terremoto. deinde edificant cameras ad habitandum. **Sic** volo facere nunc in isto sermone. **Primo** ponam fundamentum et forte plusquam celum nec terram. s. verbum dei. id est. historiam euangelij de quo dicit christus. **Celum et terra transibunt verba autem mea non transibunt Lu. xxj.** Et posito isto fundamento edificabo plures cameras. s. intelligentias spirituales in quibus habitent anime nostre contemplando. **Dicitur** breuiter historia euangelij ad litteram. **Ecce** fundamentum positum de quo apostolus. **I. Corinth. iij.** **Fundamentum aliud nemo potest ponere preter illud quod positum est quod est christus iesus. glo. fides iesu christi.** **Super** isto fundamento edificabo tres cameras. id est. tres intelligentias spirituales per animas nostras. **Prima** vocatur anagogia. id est supernaturalis que est de mundiali creatione.

Secunda vocatur allegoria vel figuralis que est de humana redemptione. **Tertia** vocatur tropologia vel moralis que est de euangelica predicatione. **Dico** primo quod prima camera vocatur anagogia. ab ana quod est sursum et gog ductio. i. sursum ducens quod est quoniam facta vel dicta in sacra scriptura exponunt de his que sperantur in celesti gloria. **Dicit** autem prima pars euangelij. **Exijt** quod et. **Nota** **Exijt** deus in mundiali creatione. **Creare** potest dici seminare. **Ratio.** quoniam sicut agricola seminans semina per diuersos sulcos vel agros siue areas mittit semina sua. sic et deus. **Cogita** quod totus mundus sit quasi vnus campus que deus seminauit proprio sanguine et non de alieno. **Et** primo seminauit in celo nouos sulcos. i. nouos ordines angelorum de puro semine. s. substantijs spiritualibus. **Primo** sulcus qui est in ingressu celi empyrei. vocatur angelorum **Secundus** archangelorum. **Tertio** principatum. **Quartus** prelatum. **Quinto** virtutum. **Sexto** dominationum. **Septimus** thronorum. **Octauo** cherubi. **Nono** seraphin

et in quolibet sunt tot milia milium. **Deinde** descendendo seminauit celum chrySTALLINUM quod alias dicitur aqueum. a phisico vocatur primum mobile in quo sunt stelle. **Deinde** descendendo in sulco firmamenti seminauit stellas. s. solem lunam etc. **Item** descendendo seminauit elementa pura. s. ignem cum suis qualitatibus. aerem cum aere. aquam cum piscibus. terram cum animalibus plantis et hominibus. fontibus et metallis. **Ecce** quod creare dicitur seminare **Et** possumus dicere. **Deus** nonne in imo certe bonum semen seminasti in agro tuo **Mat. xij.** **De** hoc dicit thema. **Exijt** qui seminat seminare semina sua non semina aliena. **Et** iste est intellectus anagogicus id est supernaturalis. **Nota** cum dicit. **Exijt.** s. deus creator. sed vnde exiuit. **Querunt** aliqui vbi habitabat deus ante mundi creationem. **Responso.** quod ante mundi creationem habitabat deus in secretissima camera eternitatis sue in qua etiam habitat modo vbi sunt pater filius et spiritus sanctus. que est camera maior celo et terra et toto mundo. nec pro se creauit mundum sed pro nobis ad habitandum. **De** habitatione autem dei dicit propheta **Isa. lviij.** **Domini** excelsus et sublimis habitans eternitatem vbi erat secretus et inuisibilis et incognitus ab omni creatura. ideo propheta. **Uere** tu es deus absconditus deus israel saluator **Isa. xlv.** **Exiuit** autem de camera eternitatis in creatione mundiali non dimittendo eternitatem. sed dicitur exire manifestando se faciendo se cognoscibilem per creaturas. sicut dicit phisicus. quod virtus exiit ad extra per operationem. vt patet in ferro ignito si tangatur. et radix dicitur exire extra per germinationem quoniam in tempore veris exeunt flores etc. tamen non radix nec arbor mouet se de eodem loco. **Sic** radix diuinitatis exiit ad extra ad ramos. s. ad creaturas per quas cognoscitur et manifestatur tanquam per effectus etc. **Autoritas.** **Inuisibilia** dei a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. sempiterna que eius virtus ita vt sunt inexcusabiles. ad **Ro. i.** **Nota** inuisibilia dei. s. potentia sapientia diuinitas maiestas etc. **Ecce** quare dicit. **Exijt** etc. **Nota** cum dicit quod quatuor partes facte sunt de semine. quia aliud cecidit secus viam et calcatur est et volucres celi comederunt illud. **Hoc** semina fuit lucifer cum suis sequacibus. s. malis angelis quod cecidit secus viam. i. deus qui dicit. **Ego** sursum via **Joh. xiiij.** **Dico** practice casum suum. **Qui** cum videret se super omnes creaturas excellentiorum **Sanctus** Grego. voluit se deo parificari et suum peccatum reuelauit oibus angelis. et multi sibi confiterunt de quolibet ordine. **Boni** autem. s. michael gabriel etc. cum alijs responderunt. propter quod lucifer cum suis cecidit de celo in infernum. **Cui** dixit propheta. **Quomodo** cecidisti de celo lucifer qui mane oriebaris. corruisti in terram **Isa. xliij.** **Unde** sequitur in euangelio. **Et** conculcatus est. scilicet a bonis angelis contradicenti-

Dñica in Sexagesima

bus ipsum cum suis sequacibus de celo eijciendo
Et volucres celi. id est. superbe elationes cordis
comederunt illud. id est. destruxerunt irrepara/
biliter intantum quod passio christi nihil eis profecit
Aliud cecidit supra petram et ortus aruit quia non
habebat humorem. hec pars fuerunt primi paren/
tes. scilicet adam et eua. hoc semen cecidit supra
petram. scilicet inobedientie comedentes de fru/
ctu vetito et natum aruit. quia dicunt doctores
quod adam ea die qua natus est de matre virgine
scilicet terra que nondum fuerat corrupta aliquo
peccato. aruit. id est. peccauit. quia non habebat
humorem. scilicet gratie dei nec charitatis nec de/
uotionis que viuificant animam rationalem. Ali/
ud cecidit inter spinas et sicut exorte spine suffoca/
bat illud. hoc semen fuit totum genus humanum ab
adam descendenti quod cecidit inter spinas. scili/
cet penarum penalitatum et multarum tribulationum
miseriarum necessitatum et infirmitatum. et simul ex/
orte spine suffocauerunt illud. scilicet per mortem
corporalem que totum suffocat. secus si adam non
peccasset. Aliud cecidit in terram bonam et ortus
fecit fructum centuplum. scilicet angeli boni qui
steterunt fortiter. qui post casum malorum angelo/
rum ceciderunt coram deo per veram obedientiam
dicentes. non est equum quod creatura equiparetur
creatori. et ortum fecit fructum centuplum. scilicet
glorie confirmate. quia sicut mali angeli fue/
runt humiliati. ita boni fuerunt exaltati et per gra/
tiam confirmati. **A**utozitas. Superbum sequitur
humilitas et humilem spiritum suscipiet gloria. **P**ro/
uerb. xxix. **N**ota superbum. scilicet luciferum se/
quitur humilitas et deiectio. et humilem spiritu
suscipiet gloria. scilicet michael. **E**cce hic prima
camera pro personis speculatiuis et contemplati/
uis. **S**ecunda camera vocatur allegoria seu
figuralis que est de humana redemptione. dicitur
allegoria ab aleon quod est alienum et gog sententia
quasi aliena sententia quando unum factum signat
aliud credendum in sancta fide catholica et exponitur
de deo. **C**um ergo dicit. **E**xit qui seminat et allegorice
potest exponi de incarnatione filii dei
que potest dici seminare. **N**ota sicut ille qui
seminat intendit multiplicare et fructum habere
propter quod eligit terram bonam non spinosam
vel arenosam nec petrosam. **S**ic fecit deus pater
in filii sui incarnatione quia licet in mundo fuissent
multe mulieres sancte tamen ultra quinquaginta milia an/
norum spectauit terram bonam dignam et sanctam
scilicet virginem mariam optime cultam. in qua
nunquam fuit mala herba peccati in qua seminauit
illud superbenedictum semen. **D**e quo **L**u. viij. **S**e/
men est verbum dei. quod verbum caro factum est **J**o. j.
vt multiplicaret et fructum faceret inestimabilem
sanctarum personarum. quod apostoli discipuli innumerabiles
martyres doctores professores virgines innocen/
tes penitentes et continentis. **E**cce ratio quare filii

dei incarnatio dicitur seminare. **A**uto. **S**imile est re/
gnum celorum homini qui seminauit bonum semen in agro
suo **M**at. xiiij. **N**ota in agro suo. scilicet virgine ma/
ria que semper fuit ager dei. **I**deo dicit spiritus san/
ctus. **T**ota pulchra es amica mea tota pulchra
es et macula non est in te **Cant.** iij. **D**icit ergo euan/
gelium. **E**xit. scilicet deus pater. **P**ro quo sciendum
quod deus pater a principio mundi ad filium sui incarna/
tionem habitauit in domo rigoris iusticie clau/
sus in qua habitauit ultra quinquaginta milia annos ser/
uans iusticiam rigorosam intantum quod furto illius
fructus quod fecit adam fuit ita rigorosus in iusti/
cia quod nunquam permisit quod aliqua persona humana
quodcumque bona sancta et amica sua intraret pa/
radysum. patet primo de adam qui post peccatum
fecit magnam penam quod diu vixit. scilicet nonaginta tri/
ginta annis **Gen.** v. et fuit mortuus bonus et san/
ctus amicus dei. etiam eua. tamen non permisit
eos intrare in paradysum. imo descenderunt ad
infernum. **I**dem de noe qui seruiuit deo nonaginta
et quinquaginta annis **Gen.** ix. et sic de alijs. **Q**uod
plangens dauid dicebat. **Q**uis est homo qui vi/
uit et non videbit mortem et cetera. quod d. nullus. imo erat
intimè rigorosus quod statim post peccatum vindica/
uit se de peccatoribus. vt patet in diluuium **Gen.** viij.
Item de sodoma et gomorra **Gen.** xix. **I**tem de
vitulo in deserto et de alijs multis et cetera. **S**ed in su/
perbenedicta incarnatione filii sui deus pater exi/
uit de castro rigoris iusticie et intrauit plateam la/
tam dulcoris misericordie. **Q**uod modo si moriun/
tur pueri nouiter baptizati statim recipit eos in
paradysum et inueniunt ianuam apertam licet nunquam
fecerunt aliquid bonum. **I**dem de perfecte obedientibus.
Idem de digne penitentibus quodcumque fue/
runt magni peccatores. **I**tem spectat modo ad
penitentiam dei. **P**enitentiam agite **M**at. iij. **E**cce
quomodo exiit de pater de castro iusticie semina/
re semen suum iesu in agro vteri virginalis. **S**ed
nota quod hoc semen cecidit quadrupliciter. **P**rimo ce/
cidit secus viam. scilicet in natiuitate quia noluit nasci
in palacio vel domo sed secus viam. scilicet in diuor/
torio seu stabulo. **D**ic quod ioseph cum virgine
grauida venit in bethleem nec inuenit hospitium
nec domum nec hospitale in quo reciperent. vide
hoc in sermone natiuitatis. **S**equitur. **E**t concul/
catum est. id est. despectum a iudeis qui licet au/
diuerunt tota mirabilia natiuitatis dei. claritate
et cetera. tamen timore herodis noluerunt ipsum reci/
pere nec adorare. **I**dem dicit in persona christi **E**sa.
j. **A**udite celi et auribus percipite terra filios enu/
triu et exaltaui. ipsi autem spreuerunt me. cogno/
uit bos possessorem suum et a sinus presepe domini sui
israel autem me non cognouit. **E**t volucres celi
comederunt illud. scilicet reges orientis qui quasi
aues cito venerunt et ipsum suppliciter adorauerunt
et cordialiter susceperunt tanquam deum crea/
torem et saluatorem mundi. **S**ecundo cecidit supra

petram. scilicet in sua puerfatiōe. quia iudei vo-
luerunt ipsum pluries lapidare maxime qm̄ pre-
dicabat eis de sua eternitate dicēs. Amen amen
dico vobis anteq̄ abraam fieret ego sum **Joh.**
vii. Tulerunt lapides etc. Et natum. s. in cordi-
bus iudeoz qm̄ incepit predicare crediderūt i eū
di. **Hic est heres Mat. xxi.** Sed aruit. quia nō
habuerūt dumorem deuotiōis quia non fecit ip-
sos magnos dños et m̄gros vt ipsi false expecta-
bant de messya. **Tercio** cecidit inter spinas. s. in
sua passione quando fuit coronat⁹ corona spina-
rum in domo pilati et in cruce. iuxta ppheciā sa-
lomonis que fuit tunc completa. **Ego** sicut liliū
inter spinas. et sic tandem spinosis dolorib⁹ sus-
focatus est. s. per mortem. **Quarto** cecidit in ter-
ram bonam. s. in sua iumulatiōe quando corpus
fuit positū in sancto sepulchro. anima vō in lym-
bo sanctorū patrum. **Et** ortum. s. in resurgendo
fecit fructum centuplū. s. sanctorū patrum libe-
rationem et nostram redemptionē. **Et** fuit com-
pletum verbum qd̄ christus dixerat. **Amē amē**
dico vobis. nisi granū frumenti cadens in terra
mortuū fuerit ipsum solum manet. si autem mor-
tuū fuerit multum fructus affert **Joh. xii.** **No-**
ta q̄ christus comparat se grano frumenti. ideo
dicunt doctores q̄ corpus christi non potest cō-
fici nisi de pane frumenti. **Nota** ipsum soluz ma-
net. id est. ipse solus fuisse saluus. si autem mor-
tuū fuerit multum fructum affert. quia omnes
credentes per mortem eius si voluerint salui fi-
ent. **Et** hec ē secūda camera p̄ psonis deuotis
que possunt in hac habitare p̄templando quo-
modo deus exiuit de domo iusticie in plateā mi-
sericordie et seminauit filium etc. **Tertia** camera
vocatur tropoloya vel moralis que est euāgeli-
calis predicatio. predicare est recte seminare. **No-**
ta iam videtis quōd vita humana p̄seruat ex se-
mine laborator quia alias non possem⁹ viuere.
Sic etiam predicare est seminare i triticū d̄ grano
noui testamēti vel hordeum asperū de grano ve-
teris testamēti in agris p̄scientiarū n̄rarū. **Sic**
enim p̄seruatur vtra spūalis et fides catholica.
quia als iam vita spūalis et fides essent despecte
et p̄dite. **Autoritas.** **Nisi** dñs exercitū reliquis-
set nobis semen quasi sodoma fuisset⁹ et quasi
gomorra similes essemus **Esa. j.** **Et** ad istum in-
tellectum dicit textus euāgelij. **Exiit** qui semiat
scilicet predicator. **Nota** et vnde exiit. **Respon-**
sio. de studio seu cella vbi debet esse clausus stu-
dendo pensando et ruminādo p̄quirendo semen
in granarijs dñi. s. auctes figuras similitudines
et parabolas. **Qm̄** predicator qui vult predica-
re fructuose non debet ire nec visitare illum vel
illum nec ponere se in negotijs alias non poterit
predicare nisi fabulas nec facit fructum. imo di-
citis vos. **Disse** tam bene dicit et male facit. iō
hodie p̄uertuntur pauci nostris p̄dicationibus

Ece quare dicit. **Exiit.** scilicet predicator d̄ stu-
dio seminare semen suū. scilicet christi non alie-
num. scilicet ouidiū vel virgilij nec hominū dā-
natorum. **Semen** christi est biblia vetus et nouū
testamentuz. hoc est semen qd̄ facit fructum de-
uotionis amoris. charitatis. penitentie et salua-
tionis. ideo dicit christus. **Qui** habet sermones
meum loquatur sermonē meum vere. quid pa-
leis ad triticum dicit dñs. **Quid** non verba
mea sunt quasi ignis ardens. et quasi malleus cō-
terens petras. **Hiere. xxiiij.** **Nota** quid paleis. i.
dicta poetarum ad triticum scripture sacre com-
miscendo licet quandoq̄ raro possit allegari ali-
qua auctoritas poetarum ad p̄positum. sed fa-
cere totum sermonē de dictis vel factis poetarū
hoc est malum. **Apostolus** paulus qui predica-
uit. xxxvij. annis et non legitur allegasse auctori-
tates poetarum nisi ter. **Ece** quare dicit semen
suū. **De** hoc dabo vobis vnam p̄cordantiam
ad p̄positum loquens de p̄dicatoribus dicens.
Euntes ibant et flebant mittētes semina sua. ve-
nientes autem venient cum exultatiōe portātes
manipulos suos. ps. cxxv. **Nota** euntes ibant.
quia predicator duobus modis debet ire ad p̄-
dicandum. scilicet spūaliter et corporaliter. **Prī-**
mo spūaliter crescendo in deuotiōe p̄templatio-
ne predicatione et seruire spiritus de die in die
de mense in mensem. de anno in annū semper au-
gmentando et meliorando. ideo dicit. **Euntes.** s.
spūaliter ibant. **Secūdo** corporaliter de loco ad locū
de villa ad villam etc. non stare in vno loco. **Jō**
dixit christus primis predicatib⁹. **Euntes** in mū-
dum vniuersum predicate euāgelij omni crea-
ture **Mat. vlti.** **Nota** predicate euāgelij non
dicit ouidium nec virgilium. **Apostolus** affligit
rationem di. **Non** erubescō euāgelij virt⁹ enī
dei est in salutem omni credenti **Roma. j.** **Nota**
et flebante. quia predicator debet flere rigando
agrum seminatū vt faciat fructum. sicut vos fa-
citis de agris irriguis. orando pro eis deuote cū
lachrymis. **Nota** mittentes semina sua. scilicet
auctoritates figuras similitudines de veteri et
novo testamento. **Nota** venientes. scilicet ad glo-
riam anime in die obitus. venient sup̄le ad glori-
am corporis in die iudicij. cum exultatione. qm̄
sancti p̄dicatores veniunt ad diem iudicij cum
magno gaudio et cum magno honore ducentes
secum sub bannerio suo omnes illos quos con-
uerterunt ad christum cum suis predicatiōibus
Dicit Grego. in omelia q̄ tunc veniet petrus cū
iudea. iohannes cum azia. mattheus cum ethyo-
pia et sic de alijs sanctis apostolis et predicatori-
bus. **Qualis** honor est baronib⁹ qm̄ sub banne-
rio suo hnt plures gentes armorum. **Idem** tūc
de sanctis predicatoribus. **Tunc** dicent illi qui
fuerūt p̄uersi regratiātes deo et p̄dicatori. **Ope-**
tre et paulē ego erā infidel⁹ etc. s. p̄p̄ vestras p̄d.

Dñica in Quinquagesima

 tua scilicet intentio vane glorie. **M**ulta enim ope-
 ra et magna perduntur sinistra intentione. **T**er-
 tia expositio modus dandi elemosynam qui po-
 test esse bonus vel malus dicitur esse manus dex-
 tera vel sinistra. **B**onus modus dandi elemo-
 synam est quando elemosyna que est opus piete-
 tatis datur cum pietate. benignitate. et ex pura
 charitate. tunc enim datur cum dextera. **Q**uan-
 do vero malo modo sicut panis cani. vel qui sin-
 gant se non audire pauperem vel cum indignati-
 one ex importunitate petentis. tunc datur cum
 sinistra. **I**deo dicit textus. **T**e autem faciente ele-
 mosynam et. **I**deo seruandum est consilium apo-
 stoli dicentis. **N**unquid quis prout destinauit in
 corde suo scilicet dare elemosynam. non ex tristitia
 vel necessitate. **H**ilarem enim datorum diligit de-
 us. **C**or. ix. **N**ota practica quando vadit
 aliquis ad ecclesiam vt portet in manu quod pro-
 posuit dare amore dei. **E**cce quare dicit. **T**e au-
 tem faciente elemosynas. nesciat sinistra tua quid
 faciat dextera tua. **E**t seruatur consilium thema-
 tis scilicet. **A**tendite ne iusticiam vestram faciatis
 coram hominibus et. **D**ico tertio quod in parte ter-
 tia euangelij christus dominus noster ostendit
 facere iusticiam penitentialem de anima rationa-
 li non coram hominibus sed secrete. **C**um oratis
 non eritis sicut hypocrite. vsque reddet tibi. **D**icat

Feria sexta post Cin erum

modus orandi antiquorum hipocritarū in sinagoga. viciis. et in angulis platearum vbi gētes cōueniebant vt viderent. qui cuz magnis suspirijs et gestibus orabant vt laudaret. **O** de istis benedictis. de quibus dicit xpus in euangelio Amen dico vobis receperunt mercedem suam. **O** stulu q tam preciosum locale vt ē oratio dabitur pro tam modico et vili precio. **I**ohannes christus ostendit modū orandi dicens. Tu autē cum oraueris intra in cubiculum tuum. et clauso hostio ora patrem in abscondito. et pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi. **N**ota in cubiculum tuus. Sed circa hoc posset aliquis dicere. ergo nō est orandum in templo vel in ecclsijs. **R**esponso q hoc intelligitur dupliciter. **P**rimo modo cōscientia dicitur cubiculum secretum. et ista ē oratio dum non fit in ecclsijs. scz clamando nec magis faciendo gestus vt videamini ne alij pturbentur. sed claudendo ostiūz scilicet secrete orando. **E**t hoc debet intelligi de orationibus que fiunt in publico seu cōmuni. **D**e alijs orationibus particularibus et ceteris debet se homo claudere in camera. sic intelligitur textus. Sed posset hic aliquis arguere dicens. **V**ides q xpus dominus noster in doctrina sua sit sibi ipsi pturari. quia dicit in euangelio hodierno. Attendite ne iusticiam vestram faciatis corā hominibus etc. et in alio loco dicit. Sic luceat lux vestra corā hominibus vt videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in celis est. **M**att. v. videtur hic contrarietas. **R**esponso q non ē ibi contrarietas sed audi declarationē. **C**hristus cum sit dominus et magister vniuersalis dabat doctrinam omnibus tam perfectis personis q etiam imperfectis. **Q**uia habebat alios instruere et in formare in vita spūali et doctrina dicebat. **V**os estis lux mundi. **E**t loquebatur apstls et alijs perfectis personis quibus ventus adulationis non nocuit. **I**deo ait. Sic luceat lux vestra. i. opera vestra et catholica doctrina. corā hominibus. vt videat etc. ac si dixisset. **P**ortate litterā regiā scz doctrinā euāgelicā. signatāz sigillo bone vite. vt quilibet dicat. pcerto iste seruat qd pdicat. qz alias nō creditur sibi. **S**ed imperfectis et inchoantibus bonam vitā. quibus vctus laudis posset nocere dicit. **A**ttendite ne iusticiam vestram faciatis corā hominibus etc. **H**ec questio fuit sel facta bto Anthonio q eam declarauit isto modo. **S**icut magnus ignis nō extinguit vctō imo potius accenditur. sed modicū lumē modico vctō extinguit. **S**ic etiā magnus ignis ardentis deuotionis et charitatis ē in corpore perfectorum sed modic⁹ in imperfectis. iō statim extinguit modico vento laudis. sed in perfectis magis accenditur et augmentat. **E**t nota de magno honore fa-

cto beato Petro cū veniret anthiochiā. et de beato Iohanne de exilio redeunte. et de de beato Paulo in galatia. vt ptz ad Gal. iij.

Feria sexta post cinerū. Sermo secundus.

Anuncia populo meo scelera eorum. **E**sa. lviij. et in epistola hodierna. **I**n presenti sermone volo vobis ostēdere et declarare aliqua graua peccata propq de⁹ ē iratus ptra nos. ideo mittit istas tribulationes pestilentiaz mortalitatu p mundū. **U**t ergo ista peccata corrigant et cesset ista plaga. volo nunc ista peccata declarare. **S**ed primo salutetur virgo maria. **A**nuncia populo meo etc. **P**ro huius verbi declaratione et materie pdicande introductione. **S**ciendum q defectus et vicia et pctā nostra in sacra scriptura noiant diuersimode. **U**n defect⁹ q fiunt ptra pximū imediate et de directo. vt furari ipm diffamare vulnerare seu occidere. dicunt iniquitates. id ē nō eqtates. qz ibi non seruat eqtas a deo nobis data. di. **D**iliges pximū tuū sicut teipm **M**att. xxij. **A**lij defectus fiunt imediate et de directo ptra corpus. sicut nimis comedere et bibere inebriari et hmōi. **I**ohannes dicit scriptura. **P**ropter crapulā multi perierūt. q abstinēs est adiciet vitā. **E**cc. xxxviij. **I**te luxuria ē contra corpus. **A**pstls. **O**mne peccatū qd cunq fecerit hō extra corpus est. qui aut fornicat in corp⁹ suum peccat. i. **C**or. vj. **I**te peccatū accidie ē contra corpus ad instar ensis gladij seu ferri qd rubignat qn nō seruit. id ē de corpore. **I**ohannes laborēt modo ordinato etc. **I**sti defectus dicuntur proprie pecā. i. pecoz acta. sm etimologia. qz comedere bibere luxuriari ociari sunt acta pecudū **A**lij defectus sūt q fiunt imediate de directo s aiām q nō tangunt pximū nec corpus. vt presumptio supbia. q solum tangunt aiām. et etiaz vana glia ypocrisis ira inuidia odiū malicia. mala desideria. male cogitationes. desideriorū vindicte nō sunt nisi venenum q occidit aiām. expellit gratiā dei q ē aie vita. **E**zech. xvij. **A**ia q peccauerit ipa moriet. **I**sta pprie dicunt delicta quasi derelicta. qz aiā dz diligentē custodiri et cōseruari qsi reliquia p̄ciosissima. **A**lia sunt q imediate et de directo sūt ptra deū q sunt alijs maiora et grauiora. sicut iurare renegare blasphemare et hmōi. **E**t ista dicunt pprie scelera. ptz g dīa q ē inter defectus vitia et pctā stricte loquendo. **A**uctas **J**ob petens veniā a deo dicebat. **Q**uātas habeo iniquitates et peccata. scelera mea atq delicta ostende mihi. **J**ob. xij. **N**ota ostende mihi. qz ad peccatorūz correctionē necessaria ē ipozum cognitio. et tunc sequitur correctio. **D**e peccatis autem q fiunt singulariter contra deū.

loquitur thema predicatori dicens. **A**nnuncia populo meo supple tu predicator. scelera eorum non dicit iniquitates nec peccata nec delicta. licet sint etiam annuncianda et corrigenda sed scelera. **I**deo iuxta preceptum dei. modo volo vobis declarare et nunciare peccata que fiunt contra deum ex quibus veniunt iste tribulationes. **Q**uam annunciationem faciam per quandam figuram que habet **Ezech.** viij. vbi legitur quod in terra iuda et in ciuitate hierusalem venit magna tribulatio mortalitatis et pestilentie et populus orabat deum vt ipsos iuuaret. **E**t tribulatio augmētabatur. **D**e quo propheta dolens et admirans plāgens populum orando dicebat. **D**ñe et quare datis tot mala populo vestro. **T**ūc deus volēs reuelare prophete rōnem et cām subito portauit eū in hierusalē vt videret peccata q̄ ibi fiebāt cōtra deū. **E**t posuit ipm̄ in porta ciuitatis dicens **R**espice. **E**t ppheta respexit. et vidit ibi idolum zeli ad prouocandum iram dei. **E**t oēs gentes recurrebant ad idolum. **C**ui dixit deus. **F**ili hominis vides quid faciunt isti. **E**t ppheta. **D**ñe quale peccatum. istud sufficit vt veniant tot mala. **N**on dixit deus. qz̄ adhuc ostendat tibi alta. et duxit eū ad vnam magnā plateam ciuitatis muratam in circūitu. **E**t dixit sibi. fode parietem et vide abominationes quas isti faciunt. **C**ui fodit et vidit ibi diuersas imagines bestiarum pictas quibus senes ciuitatis dabāt incensum. **E**t dixit ppheta. **D**omine nō mirū si mittitis mala etc. **P**ostea duxit eū ad aliā plateam. et ibi vidit mulieres plorantes et plangentes adonydez **S**im poetas deū amotis. **D**omine dixit ppheta quale peccatū. neqz̄ mirum etc. **A**dhuc dixit deus. ostendam tibi amplius. **E**t duxit eum ad plateam templi dicens. **R**espice. et vidit ibi gētes vertentes dorsum templo dei. adorātes ad orientē. **E**t dixit ppheta. **D**ñe tam magnum peccatū. **T**unc dixit sibi deus. **E**x his peccatis ego faciam supple vindictam in furore meo. nec p̄cet oculus meus. nec miserebor cū clamauerit ad aures meas voce magna nō exaudiat eos. **E**ze. viij. **I**n qua figura deus ostendit pphete quattuor scelera seu peccata q̄ fiebāt p̄tra deum. que significant et figurāt quattuor p̄ctā grauiā. q̄ fiūt mō in mundo p̄tra deum imediate et de directo. **E**x quibus veniunt ista mala. **E**t nos clamam⁹ ad deū. et ipse claudit. s. aures. **I**ō dicit **A**nnuncia populo etc. **H**ec ciuitas est xp̄ianitas a dño iesu xp̄o fundata et edificata magnis laborib⁹ et multis p̄uilegijs et gratijs dotata. d̄ qua dauid **G**loriosa dicta sūt de te ciuitas dei. **I** porta huius ē baptismus. nec aliquis p̄t eē ciuis seu habitator huius ciuitatis nisi intret per portam huius baptismi. **H**ec porta domini. s. actiue et passiue.

isti intrabunt in eam. **E**t ibi datur fides xp̄o et abrenūciatur diabolo et pompis eius. **H**ic modum baptizandi. **S**ed hic ponitur idolum zeli quādo contra fidem christi promissaz in nostris necessitatibus recurrimus ad diabolum vt pro sanitate habenda. vel pro re perditā ad inueniēda. vel pro filijs habendis. vel si estis maleficiati statim vadatis ad idolum scz̄ diuinum in q̄ est diabolus cum quo diuinus facit opera sua. **E**cce idolum zeli ad prouocandum iram dei. qz̄ rex indignaretur si aliquis iret per ciuitatē subtrahendo sibi populū et trahendo ad suū inimicum. quid faceret rex cōtra illū et contra villam hoc facientem et ipm̄ sustinentē. tanq̄ p̄ditores daret ipsum ad furcā. **I**ta facit diuinus contra regem christum cui subtrahit populuz et trahit ipsum ad diabolum. **I**ō corripiantur etc. **H**ic q̄ modo in omnibus suis necessitatibus qlibet bonus christianus debet recurrere ad christum q̄ sanat oēs infirmitates. qz̄ diabolus non p̄t aliq̄ curare veraciter sanando. sed a lesione cessando. vt legitur i historiaz beati **B**artholomei. **I**deo in sacra scriptura precipit deus di. **C**ir si ue mulier in quibus diuinationis fuerit spirit⁹. morte moriatur lapidibus obruent eum. **L**eui. xx. **E**t quare omnis populus lapidabit. nūquid sufficeret vt cōbureretur vel suspenderetur etc. **R**espondeo. qz̄ diuinus omnibus nocet. qz̄ prouocat iram dei. **I**deo voluit deus. qz̄ nō ab vno solo homine. sed a toto populo occideretur. **I**ō quādo in vna villa vel patria sustinetur vnus diuinus. ex illo peccato deus mittit tribulationes vel inundatiōes aquaz. vt patet de abyssu diluuij etc. vel mortalitates. vt de rege saul. q̄ recurrit ad phytionissaz in endor. propter qd̄ mortuus fuit ipse et perdidit regnum pro se et suis. **I**. **P**aralip. x. **M**ortuus est **S**aul propter iniquitates suas. eo qz̄ preuaricatus sit mandatu⁹ dñi qd̄ preceperat et non custodierit illud. sed insuper etiam phytionissam consulerit nec sperauerit in domino. propter quod interfecit eum et transtulit regnū eius ad dauid filium ysai. **V**el si fit diuisio prop̄ regimē. dicit quōd illud idolum significat domū cōsilij. **N**ota qz̄ de⁹ precepit antiq̄tus moysi qz̄ domus cōsilij eēt in porta ciuitatis. vt forenses possent eam statim inuenire. **Q**ue quidem domus est idolum zeli ad prouocanduz emulationes seu inuidias. **Q**uot inuidie et emulationes et zelotipie sunt in hac villa ex illo idolo qd̄ oēs adorant. **D**icit vnus. **M**ille fuit p̄siliarius et ego non fui qui sum de meliori genere etc. omnes laborant vt habeant regimen. **E**x quo sequitur multa mala inuidie destructiōes comunitatis et rancores. **E**cce dānatio aiarū propter multa peccata q̄ ibi cōcurrunt. **P**rimū ē

Sabbato post Cinerum

peruriū qđ ē maius peccatū qđ homicidium vt dicunt theologi. Et qñ intrant in regimē iurāt qđ pcurabūt bonū cōmunitatē fideliter. et qđ cor rigēt peccata notoria. et nihil faciunt iō sūt pū ri. Scđm peccatū ē furtū. qđ multi ex ambitione regiminis expēdūt. et qñ sunt intus volūt recu perare. iō furantē a cōitate qđcđ possūt qđ ē ma ius peccatū et mai' furtū qđ si reciperent furtiue a psona p̄ticulari. qđ magis tenent diligere bo nū cōitatis qđ p̄ticularis p̄sone. **Tertiu** pctm ē dānū et destructio cōitatis. **Nota** similitudine de nauī qđ debet ire vltra mare. et persone tenēt cō silū quis erit patronus nauis et quis nauta. et qđ marinarij rē. **Sic** in p̄posito magna nauis triū coopturaru ē cōitas. **Prima** cooptura secreta sunt religiosi in monasterijs absconditi. **Secūda** ē clericorū vbi sūt merces sacramentorū. **Tertia** vero vbi sit exercitiū ē laicorū. in qua optet po nere patronū scđ vicariū seu nautā. subuicariū et marinarios scđ maturos. **Iō** in p̄silio quilibz debet attendere et respicere cōitatem et nō p̄san guinitatē nec amicitia vel partē. s; vtilitatē vil le. alias adorēt idolū. **Iō** neq; mirū si de' mittit ista et ducit secū filios vestros. **Iđē** faciet de vo bis nisi vos corrigatis rē. **Scđm** peccatum qđ ofēdit de' p̄phete. in platea ciuitatis fuit d' ima ginibus et de illis qđ dabāt eis incensuz. **Hoc** pec catū significat ludū taxilloz. **Quid** aliud taxilli qđ imagines bestiarū depicte quib' maiores et seniores dant incensum. **Antiquit'** solum lude bant ribaldi et lenones rē. **Sed** mō maiores vil le sine aliqua verecūdia ponūt se ad ludendum tibi cū ribaldis. et emittūt incensū versus celū scđ blasphemiaz p̄tra deū et virginē mariā rē. **Ex** quo peccato veniūt multa mala et plaga morta litatum. **Auctas** Vir multū iurās iniquitate re plebitur et non descendet a domo illius plaga. **Eccē. xxiij.** **Iđē** de villa in qua de' notorie blas phemaf a qua nō recedit plaga. **Nota** penam blasphemantiū. **Leui. xxiij.** **Nota** etiā histo. d' illo sancto qđ iuxta altare dei vidit altare diabo li vbi gentes p̄fluebāt rē. **Dicunt** quidā si amo uetur ludus p̄demus ipositionez siue lucrū rē. **S; meli'** ē p̄dē impositiōes qđ corp' et animā et bona tpalia p̄ tēpestates. iō p̄uideatis rē. **Ter tiū** peccatū qđ deus ofēdit p̄phete fuit de mulieri bus plangentib' adonydē rē. **hoc** significat pec catū mulierū qđ mō plangūt et plorant qñ pdunt filiū vel filiā dilectā dicētes in multa x̄ba stulta cō tra deū cū tñ deberēt letari. **Nunqđ** gauderet si rex transiens p̄ istā villā reciperet in curiā suam filiū vestrū. et faceret ipm magnū dñm. **Iđez** de regina qđ reciperet filiā v̄raz rē. **Sic** mō rex xp̄s seu papa iesus transit p̄ villā et recipit in curiaz suam filiū v̄m innocētē et bonū vt ipm faciat

magnū dñm maiorē qđ sit hic rex vel papa. **De** hoc ergo ploratis vos **J. d' ap̄ls.** **Volumus** vos ignorare de dormientib' vt nō tristeminī sicut et ceteri qđ sp̄e nō habēt. **J. Thessal. iij.** **Sed** non ploratis nec plangitis mortez animaz filiorum adulteroz qui dant se peccatis blasphemijs lu xurie rē. qđ recta via vadūt ad infernū et non cu ratis. **Iō** pōt vobis dicere fili' v̄r qñ morif. no lite flere sup me s; sup vos flete et sup filios v̄ros scđ adultos. **Lu. xxiij.** **Quartū** pctm fuit illoz qđ verterūt dorsū ad tēplū et adorabāt ad oriētē. **Ecce** hic pctm de fractiōe festiuitatū. qñ gentes despiciēbant p̄cepta et ordinatiōes ecclie. tunc verterūt dorsū ad tēplū dei et adorauerūt ad oriē tē fm qđ dicit dauid. **Or'** est sol et exibat hō ad opationē suā. **Quā** ḡ gētes nō seruāt festa s; faci unt negocia in foris et ferijs rē. tūc vertunt dor sū tēplo et adorabāt ad oriētē. **cu** tñ de' optime diuisit tps qđ totū currit i septē diebus. et dedit nobis sex dies ad laborādū. et vos x̄titis vos ad oriētē scđ orto sole vaditis ad agrū vestrum vineā forū seu feriā. **septimū** diē retinuit sibi scđ dñicam. **Et** vult qđ illa die vertam' faciez ad tē plū et dorsū ad oriētē. et vos facit' opposituz. qđ qñ d' missa in qđ oēs tenemur eē qđā stāt i platea rē. quidā in vineis. qđā in lupanari. qđā i taber na rē. **Dicit** de'. et vos auferet' mibi tps meū iō ego auferā vobis tps v̄m. **Ista** rōne veniūt mortalitates. qđ ille qđ debebat viuere. xl. vel lx. ānis morif cras. **Iō** diē tpe. **Lū** accipo tps ego ego iusticial iudicabo. **ps. lxxiiij.** ecce h' pctā qđ si ūt s; deū. p̄p' qđ veniūt iste tribulatiōes et mala. **Iō** corrigant' p̄ bonas ordiatōes. et d' iuuabit als. **Ecce** quid dicit. **Lū** multiplicauerit' orōez vestrā non exaudiam vos. **Esa. j.**

Sabbato post cinerū Sermo primus.

Ascendit ad illos in nauim et cessauit ventus. **Marci** vj. **Post** qđ christus multa mirabilia fecerat i terra. fecit etiā in mari. qđ recitat' ab oi bus euangelistis vt ostenderet se esse dominū non solum terre sed etiam maris. **Dicatur** bre uiter historia euangelij. **Modo** vt intremus se creta oportet loqui de tribus. **Et** primo de ista nauī posita in tam magna et valida fortuna. **Scđo** de hora qđ venit illa fortuna. **Tertio** d' bo no aduētū et trāquillitate ex p̄ntia. qñ ip̄e intra uit nauē. **Et** de isto tertio loquit' thema. **Quā** tū ad primū sciendū qđ fm oēs doctores et glo sas nauis illa i tā magno piculo posita signat ec clesiā militantē duplici rōe. **Prīa** rō ex officio. rō qđ sic nauis portat p̄sonas et merces de vno loco ad aliū. sic etiā ecclia. **Et** qđ nō nauigāt cum ista nauī oēs pereunt. **Sic** tpe **Noe** perierunt

omnes qui extra arcam inuenti fuerunt. **E**cce officium huius nauis. **I**deo Salomon ad litteras de ecclesia dicit. **F**acta est quasi nauis institoris delonge portans panem suum **P**rouerb. vlti. **E**cce q̄ propter officium ecclesie dicitur nauis. vt cōmuniter dicunt doctores. **S**ecunda ratio (et est subtilior q̄ nauis significat ecclesiam) est si volumus attendere ad formam seu figuram nauis que est in principio hoc est in proza angusta. in medio est lata et in fine hoc est in pupi angusta. **R**ecte nauis significat ecclesiaz militantem que est hōi forme. et dñs noster iesus christus est q̄ si proza siue anterior pars nauis. vbi coniungunt due tabule. scilicet duo apostoli vt petrus et andreas qui fuerunt primi apostoli christi. deinde duodecim apostoli. s. ad **C**oz. xv. Deinde creuit p̄ septuaginta duos discipulos. deinde p̄ tria milia conuersos **A**ctuum. ij. **S**ic tandem creuit paulatim per totum mundum. quia in omnem terram exiit sonus eoz. scilicet predicationis ad **R**homa. x. **S**ed iam diu est q̄ nauis ecclesie angustatur et restringitur circa finem. **N**ota hic decez diuisiones ipsius christianitatis. intantū q̄ dicit christus iesus. **F**ilius hominis cum in terra uenerit putasne inueniet fidem in terra **L**u. xvij. **P**atet ergo q̄ ecclesia militans dicitur nauis nō solum propter officium sed etiam propter formam et figuram. **E**t totum hoc tangitur in dicta autoritate. **F**acta est. scilicet ecclesia militans. quasi nauis institoris. **E**cce formam. delonge panem portans suum. scilicet merces. ecce officium. **S**z agitur fluctibus. est enim in magno piculo nauis. scilicet ventorum. hoc clare potestis videre si uultis cogitare ad hoc q̄ dico. **Q**uando eniz vacat vnus magnus episcopatus statim reges et dñi temporales rogant pro indignis. etiam cum minis vel munere. **U**nde papa videns q̄ rogāt pro indigno quia nesciret custodire tres capras tribulatur. **I**tem iam videtis qualis ordinatio nes ecclesie seruantur. quia despiciunt libertates et inuinitates ecclesiastice franguntur. **N**am q̄libet reputat se dignum ad maiorem mundi prelationem. quilibet seruat de ordinationibus ecclesie prout vult et sibi placet. nihil aliud. **E**cce quo modo nauis est in magnis periculis **I**am eni verificatur illud quod dicitur **M**at. xij. **N**auicula autem in medio mari iactabatur fluctibus. erat autem contrarius ventus. quarta autem vigilia noctis venit ad eos ambulans supra mare. videtes eum supra mare ambulantem. turbati sunt dicentes. quia fantasma est. et pre timore clamauerunt. **S**tatimq̄ iesus locutus est eis. dicens. **E**go sum nolite timere etc. **Q**antum ad secundum videndum est de hora in qua venit illa fortuna. **N**am dicit textus. **E**t cum sero esset erat nauis in medio mari. **I**pse autem solus erat i ter-

ra. et videns eos laborando remigando. erat autem contrarius eis ventus. **O**ccasus solis facit vesperum. modo videamus in qua hora diei sumus. **D**icatur q̄ sicut sol radians super terram facit diem artificialem. et quando radiat valles et torrentes et colles adhuc est mane. sed quando non irradiat vertices montium nec valles tunc est sero. **A**d propositum in sacra scriptura christus dicitur sol. **I**deo dicitur virgini marie. **F**elix namq̄ es sacra virgo maria. et omni laude dignissima. quia ex te ortus est sol iusticie christus deus noster etc. **M**odo ad cognoscendum in qua hora sumus diei. scilicet durationis huius mundi **V**ideamus si radij solis. scilicet christi irradiant torrentes valles etc. **T**orrentes sunt laborantes triplici ratione. **P**rimo quia sicut torretes sunt asperi et petrosi. sic etiam vita laboratorum aspera est dura et petrosa. **S**ecunda ratio est quia torrentes aliquando abundant aquis aliquando non sic laboratores aliquando abundant bonis temporalibus aliquando non ex siccitate vel alis. **T**ertia ratio est. quia sicut torretes sunt inferiores partes terre. sic rustici et laboratores sunt delecti et omnibus alijs inferiores intantum q̄ potest eis dici dictum **D**aniel **I**mmixti sumus plusq̄ omnes gentes sumusq̄ humiles in vniuersa terra **D**an. iij. **S**ed modo iam torrentes et laboratores non irradiantur sole iesu christi. **A**ntiquitus tamen irradiabant. quia erant deuoti. nam quolibet mane et sero orabant. **V**ir i vno angulo. et mulier in alio. **N**ota quomodo primo se signabant. deinde dicebant **C**redo in deum. sciebant bene **P**ater noster. **A**ue maria. et decem precepta legis. nam ista est scientia laboratorum. **M**odo autem nesciunt se signare. nec sciunt **C**redo in deum. nec **P**ater noster. nec **A**ue maria. nec etiam aliquod bonum. **S**ed bene sciunt sortilegia. conURATIONES et vanitates. sciunt etiam quot denarij sunt in vno floreno. ideo iam sol iusticie ab istis torrentibus retraxit radios suos. **I**tem antiquitus quolibet die audiebant missas in auroza. deinde ibant ad sua negocia. **S**ed modo nec in dominica nec in alijs diebus volunt audire missas et si forte veniunt iam pransi et tarde veniunt. et quando sunt in ecclesia non faciunt nisi loq̄. **I**tem antiquitus comunicabant quolibz die dñico de uote et p̄cessionaliter. modo autem nisi semel in anno. **I**deo dauid. **N**escierunt neq̄ intellexerunt in tenebris ambulant. mouebunt omnia fundamenta terre. in ps. lxxxj. **M**odo videamus si radij solis iusticie illuminet valles. **V**alles dicuntur omnes homines diuites. ideo quia vallis est terra delitiosa et abundans. **N**am talis est vita diuitum pinguis et delitiosa et abundans. **I**deo dauid in ps. **V**alles. id est. diuites. abundabunt frumento. ps. lxxij. **S**ed iam ab istis recessit ra-

*Nota ambiguitatis
illoz q̄ p̄p̄terea
p̄p̄terea vniuersum
ad futurum dicitur
q̄ illa p̄p̄terea et
iam et p̄p̄terea p̄p̄terea*

*Quid dicitur etc.
q̄ iam p̄p̄terea
q̄ iam p̄p̄terea
q̄ iam p̄p̄terea
q̄ iam p̄p̄terea*

7 p[ro]phet[is] g[er]m[an]ia p[er]tinet ad
7 p[ar]te[m] illa[m] h[ab]et g[er]m[an]ia[m] 7 p[ar]te[m]
Sabbato post Limerum

dius solis. scilicet gratia dei misericordie et veri-
tatis. **¶** In antiquitus diuites querebant si erat
aliquis qui venisset ad paupertatem ut possent eum
iuuare in aliquo. sed modo vellent sibi inuicem
auferre oculos. **¶** Antiquus si diues videbat ager
vel vineam alicuius incultam. vel filiam alicuius
adultam imediate dicebat sibi quare non semina-
tis agrum etc. de quo viuetis etc. et statim mutua-
bant semen pecunias. maritabant puellas virgi-
nes. **¶** Sed modo si pauper laborator qui habet do-
mum plenam filiis indiget pecunia pane vino etc.
et venit ad diuitem ut recipiat etc. **¶** Nota vsuras
quas faciunt. **¶** Item quando vident viduam vel
puellam pauperem laborant quod fiat meretrix. ec-
ce quomodo sol iusticie recessit. et verificat ver-
bum christi dicentis. Quonia[m] abundauit iniqui-
tas. refrigerabit charitas multorum. **¶** Matth. xxiii.
¶ Item videamus si radius solis tangit costas. **¶** Co-
ste dicunt esse simplices presbyteri. **¶** Ratio quia
sicut coste sunt torrens et vallibus altiores et mo-
tibus et collibus primiores. sic simplices clerici
sunt populo altiores in dignitate et sanctitate et
magis iungunt monti. scilicet christo. **¶** Ideo dicit scri-
ptura de eis. **¶** Sepauit vos deus ab omni populo is-
rael et iunxit sibi ut seruiretis ei. et in cultu tabna-
culi sui staretis coram frequentia populi. **¶** Numeri
xvi. **¶** Sed modo ab istis retraxit radios suos sol
iusticie. nam antiquus irradiabant deuotione et
scientia. sed modo quasi nullam habent deuotio-
nem vel scientiam imo sunt ignorantes. **¶** Et iam veri-
ficat de eis prophetia dei. **¶** Sacerdotes eius contem-
serunt legem meam. et polluerunt sanctuaria mea.
inter sanctum et prophetam non habuerunt distantiam.
inter pollutum et mundum non intellexerunt et a sabba-
tis meis auerterunt oculos suos et coindnabar in
medio eorum. **¶** Ezech. xlii. **¶** Modo videamus si irra-
diat colles sol iusticie. **¶** Religiosi dicunt colles.
¶ Ratio. nam merces que portant de loco ad locum
transeunt per colles. sic etiam merces celestes. scilicet
sanctarum doctrinarum veniunt ad nos per religio-
sos. **¶** Item quia via seu transit per colles est an-
gusta. talis debet esse vita religiosorum stricta et aspe-
ra pro penam. **¶** Et ideo dauid in ps. lxxiii. **¶** Pingue-
scent speciosa deserti et exultatione colles accin-
gentur. **¶** Nota qualiter antiquus religiosi sua-
bant obedientiam paupertatem et castitatem et omnes cere-
monias. quia tunc sol iusticie tangebatur colles. sed
modo seruant obedientiam. ita. sed de capone. sed
si ultra voluntatem precipit aliquid statim sequun-
tur appellaciones etc. **¶** Item tenent paupertatem siue
indigentiam in his que non possunt acquirere. **¶** De casti-
tate autem et de ceremoniis ipsi sciunt quod viuunt
Ibo igitur ad optimates et loquar eis. ipsi enim co-
gnouerunt viam domini et iudicium dei sui. **¶** Et ecce ma-
gis hi simul confregerunt iugum et ruperunt vin-
cula. **¶** Dicere. v. **¶** Jam transiit. ergo hora vespere

rum etc. **¶** Item videamus si sol iusticie tangit mon-
tes siue summitates montium. **¶** Et isti sunt prelati
siue domini temporales. **¶** Ratio quia sicut montes eminent
super terram. sic prelati et domini sunt alti eminentes ex
dignitate et domino temporali. **¶** Videamus modo si illumi-
nant a sole iusticie. quoniam antiquus prelati non da-
bant prelationes dignitates vel beneficia nisi bonis
personis sanctis et dignis et illos cogentes. et plus
curabant de animabus quam de redditibus. **¶** Nota modo quod
liter fit iuxta illud apostoli. **¶** Quis que sua sunt querunt
et non que iesu christi ad phil. ii. **¶** Idem de domini
temporalibus. **¶** Nam antiquus seruabant iusticiam et contem-
tabant de propriis redditibus quos etiam diuide-
bant. scilicet pro seipsis. pro deo et pauperibus. sed modo nota
de iniuriosis et exactioibus quas faciunt. **¶** Jam
enim verificat illud dictum prophetice dei. **¶** Principes
tui infideles socii furum. omnes diligunt munera.
sequuntur retributiones. pupillo non iudicant et causa
vidue non ingrediuntur ad illos. **¶** Esa. j. **¶** Nunquid ergo
videbit vobis si sumus in fine diei et in occasu so-
lis. **¶** Ecce qualiter illa fortuna nauis in sero figura-
bat fortunam finis mundi que dicit sero. **¶** Et ideo di-
citur. **¶** Cum autem sero esset dicit dominus procuratori
suo. **¶** Uoca oparios et redde illis mercedem suam.
¶ Mat. xx. **¶** Et tum ad tertium etc. videnda est terra
quillitas ventura ex christi presentia cum dicit the-
ma. **¶** Ascendit ad illos in nauim et facta est tran-
quillitas magna et cessauit ventus. **¶** Et nota hic hi-
storialiter quod christus in quarta vigilia noctis de-
scendit de monte ad discipulos qui erant in ma-
ri. ita modo in isto sero. scilicet in fine mundi ut ex pre-
dicti patet quoniam nauis ecclesie piclytaf. **¶** Dominus iesus
descendit de monte altissimo celi empirei ubi mo-
do interpellat pro nobis apud patrem ostendens
patri lar et vulnera et virgo maria etc. **¶** De isto
monte ex alia parte dicit dauid. **¶** Quis ascendet
in montem domini etc. ps. cxlii. **¶** De isto monte descen-
det in die iudicii supra mare huius mundi. quia non
descendet in terra sed in aere. **¶** Autoritas. **¶** Hic ie-
sus qui assumptus est a vobis in celum. sic veniet
quodammodo vidistis eum euntem in celum etc. Act. j.
¶ Dicat qualis timor et tremor erit tunc peccatoribus in
eius adventu. intantum quod dicit propheta. **¶** Ecce ve-
nit dicit dominus exercituum et quis poterit cogitare die
aduentus eius. et quis stabit ad videndum eum. ipse enim
quasi ignis conflans et quasi herba fullonis. et se-
debit conflans et emundans argentum et purgabit filios
leui. **¶** Subdit. **¶** Ego accedam ad vos in iudicio.
et ero testis velox maleficis et adulteris et piuris
et qui caluniant mercedem mercenariorum. et humiliant
viduas et pupillos et opprimunt peregrinum nec timu-
erunt me. **¶** Malach. iij. **¶** Quod qualis timor erit illis.
¶ Sed benis dicit. **¶** Ego sum nolite timere confi-
dite. si mali timet non erit mirum. quod videbit coram
damnationem patam propter quod dabitur iniam dicendo.
¶ Recedite a me etc. **¶** Deinde data signa ascendet i

Diuites ad oculos

clerici et p[ro]bri

optimum et bonum et p[ro]p[ri]um
et aliud nota motus
et doctrina p[ro]p[ri]um

Nota p[ro]p[ri] dolor
f[er]re et in p[ro]p[ri]o
et in v[er]o

Religiosi p[ro]p[ri]um
et ad v[er]a v[er]a
et in v[er]o

optimates p[ro]p[ri]um

nauculam. id est. totam ecclesiam christianaz. et secuti sunt eum eius discipuli. id est. boni. et statim fuerunt ad aliam terram. ut dicitur Johan. vi. Sicerunt boni christiani pringentes ad terram illam de qua dicitur dauid. Porcio mea dñe. sit in terra uiuentiu. et tunc cessabit ventus tribulationum infirmitatum et erit tranquillitas eterna. Ioh. dicitur. Absterget deus omnē lachrymā ab oculis sanctorum Apoē. vii.

Sabbato post Cinerū. Sermo. ij.

Akat nauis in medio mari Mar. vi. Nota mystice quod penitētia dicitur nauis propter quatuor que habet ad instar nauis. s.

Diversam figuram.

Grandem mensuram.

Altam staturam.

Incertam venturam

De hoc quarto modo dicitur propositum thema. Erat nauis etc. **¶** **Q**uartum ad primum. Nauis non habet unam figuram uniformem. sicut alia edificia quadrata vel rotunda et hmoi. Sed in principio est stricta in fine etiam stringit. licet non tantum quantum in principio. et in medio est lata. Sic penitētia in principio inchoandi est stricta Luce xiiij. Contendite intrare per angustam portam quia dico vobis multi querent intrare et non poterunt postea propter assuetudinem et adiutorium gratie dei sit spaciosior. Proverb. iij. Viam sapientie monstrabo tibi et ducam te per semitas equitatis quas cum ingressus fueris non artabunt gressus tui. et currens non habebis offendiculum. tandem propter debilitatem carnis incipit artari aliquotulum. Ideo Proverb. viij. Facta est quasi nauis institoris delonge portans panem suum. **¶** **Q**uartum ad secundum. penitētia est quasi magna nauis. s. triū coopturatum. Prima inferior et secretior est cordis contritio. Hier. xv. A facie manū tue solus sedebam. quoniam amaritudine replesti me. Secunda est oris confessio. Prou. xxviii. Qui abscondit scelera sua non dirigitur. qui autem confessus fuerit et reliquit ea. misericordiam dei consequetur etc. Tertia est operis satisfactio. Lu. iij. Facite dignos fructus penitentie. Ioh. pnia est illa maxima nauis noe de qua Gen. vi. Venacula et tristega facies in ea. **¶** **Q**uartum ad tertium. Altitudo huius nauis est maxima propter malum crucis que velum extensum est caro christi mundissima. absque hoc malo non nauigat. Ioh. xv. Sine me nihil potestis facere. Sabia que precipue defendit nauis est titulus triumphalis cruci suppositus. iuxta illud Prou. xvij. Turris fortissima nomen domini ad ipsum currit iustus et saluabitur vel exaltabit. Ioh. Canē. vii. Statura tua assimilata est palme. **¶** **Q**uartum ad quartum. **Q**ui nauis est in medio mari propter innumera pericula incertum est eventus eius donec pervenit ad portum. Eccl. ix. Sicut iusti atque sapientes et opera eorum in manu dei. et tunc nescit homo utrum amore an odio

dignus sit. sed omnia in futurum servantur incerta. sed optimum remedium secure gubernationis ostendit in euangelio. s. assumere secum christum. Nota hystorice breuiter. Christus autem assumit in eucharistia Ioh. vi. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem habet vitam eternam. ideo hic in euangelio. Confidite quia ego sum. nolite timere. et ascendit ad illos in nauim. et cessavit ventus. Unde dicere potest fidelis penitens a quo christus sumit per eucharistie communionem. Si ambulauero in medio viarum breuium non timebo mala quoniam tu mecum es. ps. cxlii. Dominica prima in quadragesima. Sermo primus.

Accesserunt angeli et ministrabant ei Mar. iij. Sanctum euangelium hodiernum declarat nobis de sancto ieiunio iesu christi per quatuor puncta ut scilicet **¶** Primo locum convenientem ubi ieiunauit. **¶** Secundo tempus sufficienter per quod ieiunauit. **¶** Tertio modum expedientem quod ieiunauit. **¶** Quarto fructum puenientem ex ieiunio.

Et de isto quarto loquitur thema. Accesserunt angeli etc. Fructus enim qui sequitur ex ieiunio. quia angelus accesserunt etc. **¶** Dico primo quod euangelium hodiernum declarat nobis de sancto ieiunio iesu christi locum puenientem ubi ieiunauit. **¶** Non sciendum est quod quoniam christus voluit quadragesimam ieiunare noluit ea ieiunare in ciuitate bethleem ubi fuit natus. nec in templo ubi fuit pntatus. nec in nazareth ubi fuit nutritus. nec in hoies. sed in deserto quod est habitatio bestiarum. Et hoc dicitur principium euangelij. Ductus est iesus in desertum a spiritu. volens super ieiunare. et iste locus fuit valde pueniens. Ratio propter convenientiam quam habet locus desertus cum fine ieiunij. nam ieiunium ordinatur ad triplicem finem. scilicet ad

Refrenationem.

Liberationem.

Meritum.

Primo ad refrenandum. s. vitia et peccata que pro maiori parte accidunt ex carnis inclinatione propter hoc ordinata fuerunt ieiunia. s. ad refrenandum. **¶** Nam sicut homini stulto et armato auferuntur arma cum quibus multis nocuit. sic etiam corpus hominis stultum armatum cibo et potu et alijs delectabilibus que nobis deus dedit ad necessitatem nature indiscrete sumptis. multum totiens occidit animam. id est sibi subtrahi debet prudenter et amoueri. **¶** Secundo ordinatur ieiunium ad liberandum. s. animam que quod diu est vnita corpori multum a corpore impeditur in bonis. s. spiritualibus. Et ideo dicitur. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Sap. ix. Ideo ut anima sit libera ad operandum spiritualiter deprimatur caro. s. per ieiunia. et sic anima eleuatur libere in deum. sicut de statera. nam quando vna pars deprimatur alia eleuatur et econuerso. **¶** Tertio ad merendum et acquirendum thesaurum spiritalem. quoniam sicut per totum annum homo laborat pro necessitate corporis. sic ieiunando ad meritum isto

Dominica Inuocavit

sancto tpe laboratis p anima. Unde ap[osto]l[us]. Un[de] quisq[ue] p[ro]p[ri]am mercedem accipiat s[ecundu]m suu[m] labo[re]m. s[ecundu]m ad Cor. iij. De omnibus istis rationibus vide auctoritatem beati Grego. di. Qui corpora li ieiunio vitia cōprimis. Ecce p[ri]mū. scz corp[us] re- frenare. mentem eleuas. Ecce scōm. scilicet aiaz liberare. virtutem largiris et premia. Ecce terti- um. scilicet mereri. Huic triplici sint ieiunij val- de conuenit locus desertus vbi vitia comp[er]untur. quia non habetis occasiones peccandi nec oculis videndo rē. et sic de alijs sensib[us]. patet er- go q[uod] desertus est locus cōueniēs ieiunio. Ideo super illo verbo. Ductus est iesus in desertum a spiritu. dicit. b. Grego. in omelia hodierna. Du- bitari enim solet a quibusdam a quo spiritu duct[us] sit iesus in desertum. vere et absq[ue] vlla questio- ne conuenient[er] accipit[ur] vt a sp[iritu] sancto in desertum ductus credatur. Sed dicit[ur] aliquis. Iste ratio- nes non sunt ad p[ro]positum de christo qui in suo corpore nunq[ue] habuit malas inclinatio[n]es. Item nec ex carne impediēbas eius anima q[ua]m haberet p[er]fectissime suas fructuosas. Item quia iam meru- it inq[ui]situm deus et inq[ui]situm homo. Respondeo q[uod] q[ui]t[us] ad p[er]sonam christi bona est ratio. sed ip- se hoc fecit vt daret nobis exempluz. s. vt tpe ie- iunij vadamus ad desertum dimittētes ciui- tates villas et cōitates. q[uo]d sic intelligendū est vt in sancto tpe dimittam[us] negocia t[er]ralia questiones et discordias rē. Detur hic modus oibus. Et p[ri]- mo religiosi et clerici in sancto tpe satis sunt occu- pati circa horas et officium. Laboratores v[er]o in hoc sancto tpe debent summo mane audire mis- sam et sermonem. si predicatur in aliquo loco. et post negocien[te] vt possint p[ro]uidere filijs et domi- bus suis. Diuites autē surgant in auroza ad ad- orandum. deinde audiant missam maiorem et ser- monem. et post dicant psalteriū post missam ora- do. et hora prandij erit p[er]fectum. Illi diuites qui nesciunt psalteriū post missam orando p[ro]quirant ecclesias monasteria hospitalia vbi cōter sunt magne indulgētie. post prandij v[er]o possunt dor- mire. deinde ire ad completoriū. et post dicere ve- speras vel septem psalmos p[ri]uales vel pater no- ster rē. Et isto modo homo vadit ad desertum. Et istum modum tenuit dauid rex ille magnus. dicens de se. Ecce elongaui fugiens et mansi in solitudine et expectabā eum qui saluū me fecit a pusillanimitate spirit[us] et tempestate. ps. liiij. Nō legitur q[uod] dauid ex quo fuit coronatus fuerit in deserto sed mansit in solitudine camere sui pala- cij elongatus a negocijs. et ad quez finem osten- dit. expectabam euz qui saluū me fecit. Ecce fru- ctus meritoz. a pusillanimitate spiritus. Ecce li- bertas anime. et tempestate. suple malarum incli- nationū carnis. patet ergo locus conueniēs p[ro] ieiunio. Dico scōdo rē. q[uod] temp[us] sufficiens fuit scilicet q[ua]draginta dierum. Nam dicit textus. q[uod]

cum ieiunasset q[ua]draginta diebus et q[ua]draginta no- ctibus. et quare dixit q[ua]draginta noctib[us]. Respō[de]o deo q[uod] hoc dicitur ad differentiā ieiunij iudeo[rum] qui antiquitus per diem ieiunabāt et de nocte co- medebant ad sufficientiā. sicut modo faciūt aga- reni. Non credatis q[uod] tale fuit ieiunij christi in illis q[ua]draginta diebus et q[ua]draginta noctibus. q[uia] nihil gustauit. Tempus tamen q[ua]draginta diez et noctium fuit sufficiens. Ratio quia iam scit- tis q[uod] omnia p[re]cepta dei sunt decem in quibus omnia alia includunt fundamētali[ter]. Sicut enī deus dedit decem digitos corpori ad opandum omnia. ita dedit anime decem p[re]cepta quasi de- cem digitos ad opandum meritoze. Ista autē p[re]cepta frangimus quadruplici[ter]. scilicet cogi- tatiōe locutione opere et omi[ss]ione. Cogitatione enim frangimus duo p[re]cepta singulari[ter]. scilicet illud. Non concupisces vxorem[em] proximi tui. q[uia] non sufficit seruare corpus mūdum ab illa opa- tione. sed etiam animam a cogitatiōe. Secundo illud. Non concupisces domū proximi tui. nec aliqua que illius sunt. ex concupiscētia enī oriun- tur diuisiones et guerre. et ideo dicit[ur] radix omni- um malozū est cupiditas. s. ad Timoth. vj. Lo- cutione autem frangit alia duo p[re]cepta. s. illud. Non assumes nomen dei tui inuānū. quia nūq[ue] est iurandum nisi ex necessitate vel utilitate. Itē illud. Non falsum testimoniū dices. scilicet qua- cumq[ue] causa. nec in iudicio nec extra. Operatiōe frangimus quattuor. scilicet. Non adorabis de- os alienos. Non occides. Non mechaberis. Nō furtum facies. Omi[ss]ione autem frangim[us] duo. scilicet festa non sanctificādo. et parentes nō ho- norando. Ecce ergo q[uod] istis quattuor modis frā- gimus decem p[re]cepta. et quater decies surget in numerū q[ua]draginta. p[ro]pter hoc facim[us] q[ua]dragin- ta dies de penitētia. quia quater decies occasio- ne carnis peccauim[us]. Et ideo Grego. per volup- tates mortales corp[or]is p[re]ceptis dñicis contraim[us] que p[er] decaloguz sunt accepta. quia ergo per car- nis desideria decalogi mādata p[re]sum[us] dignuz est vt eandē carnē qual[iter] decies affligam[us]. Ecce ergo tempus sufficiens quo christ[us] ieiunauit dā- do nobis exemplū. Modo est hic questio trip- tita de christo. cum christus in deserto ieiunauit q[ua]draginta dieb[us]. Et p[ri]ma questio ē vbi dormiebat. secūda q[ua]d faciebat. tertia quā societate ha- bebat. Modo audite deuote. Nam euāgeliste non dicunt expresse vbi tunc dormiebat. sed mē- totiens de figura elicit[ur] veritas. sicut de spica ex- cutitur granū. Hec christi dormitio in deserto fil- gurata fuit in p[ri]archa iacob. q[ui] cū fuisset pegri- nus et viator de chanaan in mesopotamiā. et trā- siens per p[ar]tes hui[us] deserti. i nocte q[ua]m voluit dor- mire supposuit sibi lapidē capiti. et in nocte vidit celū aptū et scalā rē. Sic historiā vt habet. Gen[esis] xvij. Iacob vt dicit oēs doctores sig[na]t christū

Nota pulchra
et p[ro]d[ic]t[us] et di-
g[no]s collatio

Nota q[uod] a prandio
dormit[ur] et ieiunatio
vt dormiat

Sermo

scala 30 pñiam hñs q̄draginta gradus ieiunij ⁊ q̄dam ascendūt ⁊ tñuādo ieiunij. q̄dam autē descendūt frangēdo ieiunij. Jacob autem exci-
tar⁹ timuit ac tremuit de dicta visiōe. cui diuini-
tus fuit reuelatū q̄ x̄ps saluator mūdi ibi ieiuna-
ret ⁊ dormiret. Tūc iacob dixit. Vere dñs ē in lo-
co isto. patz p̄ma q̄stio. S; hic p̄tēplate modicū
christus incepit suū ieiunij in crastinū epipha-
nie qñ magis frig⁹ viget. ⁊ tūc dormiebat in ter-
ra. dādo nob̄ exēplū q̄ i isto sc̄to tpe dimittam⁹
lintheamia culcitra ⁊ delectatiōes. **Iō** dauid.
Bñs q̄ntelligit sup̄ egenū ⁊ paup̄em. i die ma-
la liberabit eū dñs. Dñs op̄e ferat illi sup̄ lectuz
doloris ei⁹. ps. xl. **S**c̄da q̄stio qd̄ faciebat x̄ps
hō. tū qz n̄ opabat m̄ib⁹ vt starz q̄dragita dies
nunq̄d erat ociosus. textus nō dicit clare. qd̄ fa-
ciebat. sed **Lucas** alibi dicit qd̄ faciebat x̄ps in
desertis di. Factū est in dieb⁹ illis exiit in mōtes
orare ⁊ erat p̄noctās i orōne dei **Lu. vi.** In som-
no ergo ⁊ orōne expēdebat tps noctis. ⁊ de die
qd̄ faciebat. **Rñdeo** q̄ in trib⁹ occupabat. s. in
legēdo in p̄tēplādo ⁊ in orādo. **De p̄mo** ipse le-
gebat i libro quē secū portabat sup̄. maiore tota
biblia. s. libro vite. i. scie dei. in q̄ scripta sunt om-
nia que vnq̄ fuerūt. sunt ⁊ p̄nt esse. **Et** q̄libz die
iesus x̄ps legebat totū illū libz legēdo p̄mū ca-
pitulū. s. de gloria p̄adyfi. ⁊ sc̄m de ordinatiōe
angeloz. tertij de pena dānatoz. q̄rtuz de p̄nia
purgādoz. ⁊ sic de alijs. **Ic̄** de naturis piscium
maris. de auib⁹ in aere. de aialib⁹ terre. **Et** omia
ista videbat. nō solū in genere sed etiā in sp̄e ⁊ in
diuiduis. nō solū vt de⁹ sed etiā vt hō. **De sc̄do**
stabat oia ista p̄tēplādo. **Et** tū ad tertij pos̄ pre-
dictā lectionē ⁊ p̄tēplationē orabat dicēs orōnē
quā postea nob̄ oñdit. s. p̄ n̄r. **N**em cepit iesus
facere ⁊ docere **Act. i.** **Et** in p̄sona n̄ra ipse do-
cebat p̄ n̄r. **Ic̄** dimittite nob̄ rē. qz sicut os loq̄-
p̄ pedib⁹ ⁊ alijs membris. ita x̄ps vt caput loq̄-
bat in p̄sona mēbroz. **In** his ergo debem⁹ tps
hū⁹ q̄dragesime exēplo x̄pi expēdere iō dicebat
Opamini non cibum qui perit. s. negotia huius
mūdi. sed q̄ p̄manet in vitam eternam. s. opa me-
ritoria **Johan. vi.** **T**ertia questio quā socia-
tem habebat. **Et** dico q̄ ferarū bestiarū ⁊ latro-
num. **De** bestijs dicitur **Mar. i.** q̄ in illo deser-
to frondoso erant leones vsq̄ lupi. ⁊ multa alia
aialia. **Ait** eni textus. **Erat** in deserto q̄dragin-
ta diebus ⁊ q̄draginta noctibus. ⁊ temptabat a
sathana. eratq̄ cum bestijs **Mar. i.** **V**enio ad
practicam ⁊ potestis per vos cogitare q̄ predi-
cta animalia de die latitant in antris ⁊ de nocte
vadunt pascēdo. **Et** qñ videbant christum pos-
sumus dicere sicut de boue ⁊ asino qui ipsum
adorauerunt. sic etiā rē. **E**cce societas christi d̄
nocte. de die habebat societatem latronū ⁊ malo-
rum hominū. **N**am istud desertum est inter hie-
rusalem ⁊ hiericho. de quo **Lu. x.** **H**omo quidā

descendebat ab hierusalem in hiericho ⁊ incidit
in latrones rē. **H**ic locus hebraice dicit adomin.
Et interpretat rubra siue ascensus rufoz. **I**ste
locus est ille cruentus ⁊ sanguinari⁹ quo deue-
nit homo ille qui incidit in latrones. ⁊ dicit san-
guinari⁹ quia ibi multi viatores occidebant a
latronibus. **C**ogitate quando latrones videbāt
ipsum a longe veniebant ad eum si forte haberz
pecunias. sed iesus christus mutabat eorum cor-
da ⁊ voluntates ⁊ exhibebant christo magnam
reuerentiam. **S**ic nos moraliter debemus stare
inter bestias feras scilicet peccatoz. cogitando
quomodo vixisti vt bestia peccando rē. **I**nter
latrones cogitando quomodo peccando furati
fuerimus deo honorem ⁊ reuerentiam ⁊ timorē
et nobis attribuēdo honorem ⁊ gratiam. **P**ro-
pter hoc dicebat dauid. **N**on nobis dñe non no-
bis. sed nomini tuo da gloriā. in ps. cxij.
Tertio videndus est modus expediens quomo-
do ieiunauit christus qui vicit temptationē dia-
boli. **D**icunt doctores singulariter magister hi-
storiarum (quando in baptismo christi vox pa-
tris intonuit dicendo. **H**ic est filius meus dilec-
tus. **Luce. ij.** **T**u es filius meus dilectus in te cō-
placuit mihi rē) dicit q̄ diabolus audiuit istam
vocem. ⁊ quia iam videbat diabolus tēpus mes-
sye completum. et ideo quando videbat christi
mirabilia concepit ipsum eē filium dei. sed quan-
do vidit ipsum esurire. credidit oppositum pro-
pter quod voluit ipsum temptare. **Et** assumpta
forma hūana ⁊ habitu viri deuoti salutauit chri-
stum. **Q**ui respondens christus dixit. **B**eneue-
neritis. **N**on credatis q̄ ita trūcate dixerit chri-
sto. **S**i filius dei es rē. **S**ed euangelista dimittit
nobis vt ponamus digitum ibi ⁊ practicam. iō
notate eam. **Et** potestis cogitare q̄ quando dia-
bolus venit ad christum ipsum salutandū dixit.
Aliquit opinantur q̄ tu sis filius dei. **N**am filius
dei antiquitus mutauit virgam moysi in serpen-
tem. aquam egypti in sanguinem **Exo. vii.** vroz
rem loth in statuaz salis **Gen. xix.** **I**deo si filius
dei es. dic vt lapides isti panes fiant. **N**on int
ligatis q̄ diabolus subito dixit. **S**i filius dei es
rē. sed posuit se in verbis cū eo primo ⁊ i fine cō-
cludēdo q̄ si filius dei es rē. **Et** rñdēs iesus di-
xit. **S**criptū e⁹ de se. s. non in solo pane viuit hō
sed in oī verbo qd̄ p̄cedit de ore dei **Deut. viij.**
Ecce hic modus expediēs. s. p̄ nobis. quia mo-
do qñ ieiunam⁹ diabolus temptat nos d. **D**ic vt
lapides isti panes. i. verba dura ⁊ asperacome-
damus p̄ impatientiā si prandiū non sit paratuz
vel aliter rē. **S**c̄da temptatio. **V**icto diabolo in
p̄ma temptatione p̄ christū ex autoritate. **N**ō in
solo pane rē. **D**iabolus sumpta occasiōe a dicta
autoritate. qz verba dei preponnē in tēplo pro-
cessit ad sc̄dam temptationē di. **U**s vt vadam⁹
ad civitatem ad templuz. christus aut vt bonus

Feria secūda post Inuocauit

miles volens se exhibere suo inimico i omni pla
tea secutus est eum vsq; ad templū vbi erat ma/
gnus populus pgregat. ⁊ tunc dixit diabolus
christo. vis vt ascendam supra pinaculū. qz ibi
magis secrete poterim orare. ⁊ qñ fuerūt supius
dixit diabolus christo. ⁊ quot gentes sunt hic ⁊
multi sunt hic q non credūt te esse filiū dei. ideo
mitte te deorsum. quia de te scribit. Angelis su/
is mādauit de te vt custodiāt te in vñstris in ps
xc. Ad quē christ⁹ dixit. Scriptū est. Non tem/
ptabis dñm deū tuū. Hic christ⁹ dat exemplū p
sonis spūalib⁹ ⁊ deuotis qñ diabolus tēptat de
vana gloria ne cadent sed stent fortes. Videns
autē diabolus q christ⁹ excusauit se ne incurre
ret vanam gloriā. diabolus voluit eū aliē tem/
ptare ⁊ dixit ei. f. christo. Vis vt vadam⁹ ad de/
sertum ad vnū montē satis altum vbi erim⁹ soli/
tarij ⁊ orabim⁹. Et qñ fuerūt in monte diabolus
ostendit christo oēs partes mūdi di. oia esse sua
et posse dare cui vult sed mētē. ⁊ dixit. Hec oia
tibi dabo. si cadens adoraueris me. Christ⁹ autē
qui in alijs temptatiōib⁹ habuerat patientiā au/
toritatib⁹ excusando se i ista indignat⁹ ⁊ clama
uit di. Vade sathana. Scriptū est. Dñm deū tu
um adorabis ⁊ illi soli seruiēs Deū. vj. Sed q
re hoc? dicit Chry⁹. q alie temptatiōes tāgebāt
hūanitatē sed adorare tangit diuinitatē ⁊ ad co
ronam dei tē. Dicit. b. Hierony. q christ⁹ dat h
nobis exemplū q iniurias pprias debem⁹ pati
enter tolerare sed illas que tangūt deū cum indi
gnatione increpare. Chry⁹. In pprijs iniurijs
quemq; esse patientē laudabile ē. iniurias autez
dei vsq; ad auditū sufferre nimis est impiū. No
ta hic de ludouico rege francie. q p̄sueuit caute/
rizare blasphemātes deū. Sed modo verificatū
est illud ppheticū Esa. liij. Bñatores populi mei
iniquē agūt dicit dñs ⁊ iugit tota die nomē meū
blasphemā. Quarto ostendit fruct⁹ pueniens
ex ieiunio in themate cū dicit. Ecce angeli acces
serunt. Et nota similitudinē ⁊ poteritis intelli
gere qualis fuit. Quā duo magni dñi seu p̄cipēs
faciunt duellū in campo clauso vbi rex tenet cā
pum securū ⁊ amici ⁊ exercit⁹ vtriusq; expectāt
finem hinc inde. ⁊ facto p̄elio vict⁹ cum suis fu
git ⁊ seruitores ⁊ amici victoris cū gaudio ad eū
accedūt sibi necessaria mīstrādo. sic christ⁹ ⁊ luci
fer maiores p̄ncipes mūdi. vt dicit m̄ḡ histo
riarū. sed diuersimode. Nam christ⁹ est p̄nceps
sanctitatis. ⁊ lucifer iniquitatis. hodie fecerūt du
ellum ⁊ deus pater tenuit campū securū. Christ⁹
autē vt dicit Chry⁹. p̄cepit angelis vt ab eo elon
garent ne a lucifero viderent. ideo fecit lucifer
de suis ⁊ soli ipsi duo intrauerūt campū. Et ar
ma diaboli fuerūt tria. f. lancea ensis ⁊ dega. cuz
lancea supbie ⁊ vane glorie. cum esse gule ⁊ cuz
gladio auaricie chastiū temptauit ⁊ accessit. naz
ipse lucifer cū istis armis plures occiderat. sed

christo in nullo nocuerūt sed victus fugit. ⁊ tñe
dicit thema de christo. Accesserūt angeli ad eū
et mīstrabant ei tē. sed in quo mīstrauerunt ei
Nota illud quo christ⁹ magis indigebat erat ci
bus. ideo ei in hoc angeli mīstrauerūt. Dicit h
aliqui deuoti contemplatiui. q sancti angeli iue
runt subito ad virginē mariā que nesciebat ali
quid de filio suo nec vbi esset qui sibi dicebat. plū
um ⁊ victoriaz. que auditis rumorib⁹ victorie p
dictos angelos misit sibi prandiū qd pro se pa
rauerat. vt caules vel brodiū vel spinargia ⁊ for
te sardineta. rogans angelos vt qd sibi superat
vel supesset ad ipsam reducerēt ad prandiū. Ec
ce quō accesserūt angeli ⁊ mīstrabāt ei. Ita erit
de nobis. nam modo sum⁹ in p̄elio cum diabo
lo tu campo clauso. f. in. xl. si sum⁹ victores d̄ gu
la vana gloria. ⁊ auaricia. facto p̄elio. f. i die pa
sce. accedent angeli. i. sacerdotes ⁊ mīstrabūt ci
bum quem virgo maria parauit. f. materialē. ef
fectiue autem spūsanct⁹ in coqna vteri virgina
lis. f. corpus christi intra cortinam. i. hostia cōse
crata. Ideo dicit christ⁹. Vincenti dabo manna
absconditū qd nemo scit nisi q accipit Apoc. iij.

Feria Secunda post dñicam p̄
mā in qdragesima. Sermo p̄m⁹

Statuet oues qui
dem a dextris. Mat. xxv. pro decla
ratione hui⁹ verbi ⁊ veniēdo ad ma
teriam p̄dicandā est sciendū. q christ⁹ loquēs d̄
suo aduentu ad iudiciū dixit. Cum venerit filius
hois in maiestate sua. ⁊ oēs angeli eius cū eo tūc
sedebit sup sedem maiestatis sue tūc p̄gregabūt
ad eum oēs gentes ⁊ sepabit eas ab inuicem si
cut pastor seperat oues suas ab hedis. ⁊ statuet
oues quidam a dextris. hedos autem a sinistris
Mat. xxv. Nota in maiestate. nam in p̄mo ad
uentu. f. p̄ redemptiōe fienda non venit in maie
state sed in hūilitate ⁊ paup̄tate. Sed in secūdo
aduētū qñ venit ad faciendū remunerationē. nō
veniet in hūilitate ⁊ paup̄tate sed in tanta maie
state ⁊ potestate q totus mūdos tremet. Scitis
qualis. Nota per similitudinē d̄ arboze in q sunt
volucres siue multe aues cantātes ⁊ saltātes tē
sed quando falco venit tremūt ⁊ timent. Ita iste
mundus est sicut arbor faciēs fructus malos. sci
licet vanitatum pomparum ⁊ deliciarum. ⁊ qui
libet vult colligere synum vel caputium plenuz
quilibet enim perquirat ista mundana. In hac
arboze omnes creature ad instar auium sunt lu
dentes. vt patet in sole ⁊ luna ⁊ planetis. Sic d̄
motu eorum eclipsi tē. Item de elementis. Ter
ra autem in vno tempore productat herbas. plan
tas flores ⁊ fructus ⁊ in alio tempore totum di
mittit. scilicet in autumno. Aqua aliquando
fluctuat tē. aliquando non. Idem de aere. Itē
modo volucres in vere cantant ⁊ faciunt mīmo

Quid rante rigan
Exemplum p̄
Ludouici Regis
Pranice

nium. nam quelibet vult suam. ita q̄ omēs crea-
 ture mundi videntur ludere. Sed quando veni
 et 7 euolabit falco seu aquila grandis. scilicet do-
 minus iesus christus totus mundus timebit. nā
 sol stabit in oriente 7 luna in occidente. ita q̄ nō
 mouebit se nec etiam stelle. 7 omnes montes liq̄-
 scent 7c. propter hoc ecclesia in persona cuiusli-
 bet christianū dicit. **L**ibera me dñe de morte eter-
 na 7c. **S**i ergo celum 7 terra 7 alie creature im-
 peccabiles que nunq̄ preterierūt dei preceptuz
 timebunt. **B**ic quid facies tu qui totiens pecca-
 sti quot iuramenta quot corruptiones fecisti 7c
Tunc peccatores vellent magis esse i inferno q̄
 videre iudicem iratum. **U**nde dicit **J**ob in p̄so-
 na peccatoris. **Q**uis mihi hoc tribuat vt i infer-
 no protegas me 7 abscondas me donec pertran-
 seat furoz tuus **J**ob. xiiij. **T**unc dicent montibus
 et petris cadite super nos 7 abscondite nos a fa-
 cie sedentis super thronum 7 ab ira agni **A**poc.
 vj. **S**ed illi de bona vita qui in hoc mundo vix-
 erunt fm diuinam ordinationē 7 non fm propri-
 am inclinationem tunc non timebunt sed gaude-
 bunt dicendo. **D**ñe istam diem desiderauī ego
 modo ero gloriosus in corpore 7 anima 7 ideo di-
 cent. **G**loria tibi dñe 7c. **I**deo christus. quando
 videbitis hec fieri respicite 7 leuate capita v̄ra.
 quoniā appropinq̄t redemptio v̄ra **L**u. xxi. gl.
 ex hilaritate cordis. **S**ecundo dicit. **T**unc sede-
 bit super sedem maiestatis sue. quia iudex seden-
 do dat sententiam. **I**deo ipse vt iudex vniuersa-
 lis omnium sedebit iudicando. non in terra sed in
 aere vt ab omnibus videatur. **M**ali videbunt
 suam humanitatem. **B**oni autem humanitatem
 et diuinitatem. **E**t sedebit cum eo virgo maria 7
 apostoli. 7 omnes illi qui tenuerunt vitam apo-
 stolicam. **E**cce nos qui reliquimus omnia 7 se-
 cuti sumus te. quid ergo erit nobis. **A**men amē
 dico vobis. q̄ vos qui secui estis me 7 reliquisti
 omnia. in regeneratiōe cum sederit filius homi-
 nis in sede maiestatis sue. sedebitis 7 vos super
 sedes duodecim iudicantes duodecim tribus is-
 rael. **M**at. xix. **Q**uotum deberemus laborare
 pro isto honore obtinendo. **I**tem congregan-
 tur ante eum omnes gentes 7 sepabit eos. scilicet
 per angelos. sicut pastor segregat oues ab hedis
 et statuet oues quidem a dextris. hedos v̄o a si-
 nistris. **P**atet ergo thema 7 sum in materia mo-
 rali. ergo illa die solum oues erunt a dextris. cū
 dicit. **S**tatuet 7c. ergo illa die melius erit eē ouē
 iesu christi q̄ fuisse papam vel regem vel impe-
 ratorem. **M**odo ego video i sacra scriptura q̄
 ex q̄nq̄ virtutibus homo efficitur 7 ostendit
 ouis iesu christi. etiam si ante fuerit capra diabo-
 li. scilicet per

- S**implicem innocentiam.
- A**mplam misericordiam.

Firmam patientiam.
Veram obedientiam.
Dignam penitentiam.
Dico primo q̄ prima virtus 7c. 7 hoc est qm̄
 homo viuit simpliciter. nec nocet alicui corde odi-
 endo. nec ore diffamando. manibus percutiēdo.
 vel furando. 7 ideo talis vita dicitur simplex in-
 nocentia que facit hominem christi ouem. **R**a-
 tio. nam sicut ouis non ferit cornibus vt taurus
 nec mordet dentibus sicut lupus. nec percutit cal-
 cibus vt equus. sed simpliciter viuit. **S**ic etiam
 si vultis esse oues christi neminem percutiatis
 cornibus. scilicet scientie vel potentie. **N**am cor-
 nu scientie feriunt notarij. iuriste. aduocati. vel
 homines qui habent magnam scientiam. **I**tem
 mercatores alios decipiēdo. **C**ornu autem po-
 tentie feriunt dñi 7 potentiores faciēdo rapias
 vel iniurias 7 exactiones calumnias 7 oppressio-
 nes 7 ideo auisa. **Q**uia ecce quid dicit dñs ore
 dauid. **O**mnia cornua peccatorum confringam
 et exaltabunt cornua iusti. in ps̄. lxxiiij. **I**tem nō
 mordere dentibus vt faciunt lupi diffamando
 mordent famam proximi dicendo. talis fuit hic
 ita q̄ diffamare non est nisi mordere. ideo diffamatores
 non sunt oues christi sed lupi inferni.
Ideo ap̄ls. **O**mnis lex vno sermone impletur
Biliges proximum tuum sicut teipsum. qd̄ si inuicem
 mordetis 7 comedetis videte ne inuicem ps̄sumi-
 mamini ad **Gal. v.** **N**ota differētia inter morde-
 re 7 comedere. quia mordere est morsum dare. 7
 comedere est totū transglutire. **M**ordēt illi qui
 ad vnam partem laudant hominē vel mulierem
 et ex alia diffamant dicendo. cognoscitis talem
 bonū hō ē 7 bona mulier sed habet tales defectus
Ecce morsus de fama. **I**lli autem comedunt qui
 non dicunt aliquod bonū aliū laudando sed to-
 tum malum. **E**cce quare dicit ap̄ls. **S**i inuicem
 mordetis. **I**tem non percutere pedibus vt faciūt
 equi. **N**am tunc calcant pedibus quando aliquis
 despiciatur. ideo filij non despiciant parentes nec
 parentes filios. nec iuuenes despiciāt senes. nec
 sani infirmos. nec diuites paupes. nec dñi vasal-
 los. nec prelati clericos 7 econtra. sed tanq̄ ouis
 innocēt se habere ad omnes. **U**nde christus. **V**i-
 dete ne contemnatis vnū ex his pusillis **M**at.
 xvij. **P**atet ergo quid sit simplex innocentia. in-
 nocens quasi non nocens. **N**am tales erūt oues
 iesu christi. 7 erunt ad dexteram cū angelis dei.
Nota hic historiam dauid qui licet fuerit sc̄tissi-
 mus tamen peccauit in numeratiōe populi. pp̄
 qd̄ de⁹ misit mortalitatem in populo. ita q̄ infra
 tres dies mortui fuerūt. lxx. milia hoīes a viginti
 annis 7 sup̄ vltra puulos 7 mulieres que forte
 fuerunt totidem. **V**idens autem dauid mortali-
 tatem populi i quo ipse puniebat. ipse magi vo-
 lens mori dixit. **E**go sum q̄ peccauī 7 inique egi

Feria secūda post Inuocauit

Isti oues sunt quid fecerunt. vertatur obsecro manus tua contra me et contra domū patris mei. **ij. Regū. vlti.** Ecce hic simplex innocentia. **Secunda virtus etc.** Et hoc quando de bonis tam temporalibus quam spiritualibus sibi a deo commissis largiter distribuit indigentibus et ex hoc efficitur quod ouis christi. **Ratio** quia inter omnia animalia ouis est animal magis beneficium. nam ouis exuendo se lanam. facit nobis misericordiam et beneficium misericordie. quia quot pauperes induit ouis. nam nullus nostrum fuisset indutus de lana nisi ouis dedisset nobis. **Item** dat nobis lac ad comedendum et agnos etiam etc. **Ideo** si vultis ei assimilari eritis ouis christi dando lanam scilicet bona exteriora et temporalia. scilicet panem et vinum. pecunias et vestes et huiusmodi. si habetis pauperes in vestra villa seu vico detis eis de ista lana. **Secundo** dando lac. scilicet bona interiora et spiritualia dando bonam doctrinam ignorantibus sicut ego do vobis modo. si habetis lac scientie deuotionis seu eloquentie detis non habentibus. **Nota** pro hoc historiā euangelij. **Dicit** enim. Esuriui et dedistis mihi manducare. sitiui et dedistis mihi bibere. nudus fui et cooperuistis me. **Nota** etiam in legenda beati martini legitur. quod semel in via admirans de oue attosa. discipuli quesierunt. **Pater** quid miramini. **Qui** respondens dixit. Hec ouis compleuit preceptum euangelij dei. **Qui** habet duas tunicas det unam non habenti. et qui habet escas similiter faciat **Lu. iij.** **Tertia** virtus est firma patientia. et hoc quando de iniuriis sibi factis vel dictis non curat nec vult recipere vindictam. imo omnes diligit generaliter et pro omnibus orat. hec virtus facit hominem christi ouem. **Ratio** quia ouis est animal multum patiens. quod comedens si persequitur vel percutitur non se defendit. sed vadit aliunde nec vindicat se sicut canis vel capra sed humiliter cedit. **Benedicta** persona vir vel mulier qui talem habet patientiam. et de nulla iniuria recipit vindictam sed parcat ut deo sibi parcat. **Ideo** apostolus. Si fieri potest quod ex vobis est cum omnibus hominibus pacem habentes. non vosmetipsos defendentes. **glo. id est.** vindicantes. **charissimi** sed date locum ire. **Scriptum** est enim. **Mihi** vindictam et ego retribuam dicit dominus. **Si** esurierit inimicus tuus ciba illum. si sitit potus da illi. ad instar ouis. **Rhoma. xij.** **Non** mihi vindictam. **Et** ideo non debet homo sibi usurpare regalia dei. aliter etc. **domini** temporales et iudices possunt facere et debent facere vindictam iuridice cum processu. quia iusticia fit sine peccato. **Item** remissio iniuriarum est meritoria. **nam** patientes assimilantur christo. de quo **Isa. liij.** dicit. **Sicut** ouis ad occisionem ducetur et quasi agnus coram tondeute se obmutescet et non aperiet os suum. **Ideo** apostolus. Sequamini vestigi-

gia eius qui peccatum non fecit nec inuentus est dolus in ore ipsius. qui cum malediceret non maledicebat. cum pateretur non cominabatur. **f. i. pe. ij.** **Quarta** virtus est obedientia. scilicet quando homo in vita sua non facit aliquid nec cogitando nec loquendo nec operando secundum voluntatem et inclinationem suam. sed secundum voluntatem et ordinationem diuinam talis est ouis christi. **Ratio.** nam iam videtis qualiter oues sunt obedientes pastori. nam vnus puer vel puella facit cum modica virga gubernat. **xxx. vel. xl. oues.** secus est de capris seu hedis. quia quilibet indigeret vno pastore. **Si** ergo in die iudicij vult esse ouis christi sitis obedientes pastori. scilicet illi qui dicit. **Ego** sum pastor bonus et cognosco oues meas et cognoscunt me mee **Johan. x.** **Videamus** nunc quid precipit iste pastor. **Primo** quia viuamus humiliter **Mat. xj.** **Discite** a me quia mitis sum et humilis corde. **f. i. pe. v.** **Humiliamini** sub potenti manu dei. scilicet pastoris vestri etc. **Qui** ergo vult ire per viam superbie non est ouis christi sed capra diaboli. **Secundo** quod vadamus per viam misericordie et liberalitatis dando. **Estote** misericordes sicut pater vester misericors est. date et dabitur vobis **Luce. vj.** **Item** mutuando ibidem. **mutuum** date nihil inde sperantes et erit merces vestra multa. et eritis filij altissimi quia ipse benignus est super malos et ingratos **Luce. vj.** **Qui** ergo inobediens vadit per viam auaricie faciendo usuram. rapinam. furta etc. non est ouis christi sed capra diaboli. **Tertio** quod ambulemus per viam mundam castitatis etc. **Mat. xix.** **Sunt** qui castrauerunt se propter regnum dei qui potest capere capiat. **f. ad Thessal. iij.** **Hec** est voluntas dei sanctificatio vestra ut sciat vnusquisque vas suum possidere in sanctificatione. **Qui** ergo vadit per viam imundam et lutosam luxurie et carnalitate. talis non est ouis christi sed capra diaboli. quibus dicit christus. **Vos** non creditis quia non estis ex ouibus meis. oues mee vocem meam audiunt. scilicet obedienter et sequuntur me. et ego vitam eternam do eis **Johan. x.** **Quinta** virtus est digna penitentia. scilicet de peccatis commissis. quia nullus potest excusari a peccatis. **Et** ideo dicitur. **Non** est enim homo iustus in terra qui faciat bonum et non peccet **Eccl. vij.** **Ideo** necessaria est digna penitentia. scilicet conterendo de peccatis et proponendo non redire confitendo et satisfaciendo. **Et** isto modo penitentia facit hominem ouem christi. **Ratio** nam ouis et capra differunt. quia ouis cum cauda coopit verenda sua. sed capra non imo ostendit totum. **Ab** odo cognoscitis quis est ouis et quis capra. omnes quoties sumus habemus verenda peccatorum. que licet modo non appareant tamen in die iudicij omnia mala et peccata apparebunt in facie. **Sicut** patent peccata enormia illius qui con-

demnatur et puniuntur in schala cuius pergamenis in fronte in quo sunt peccata picta. **O** et quanta mala occulta discooperientur. multi et multe que modo reputantur bone persone quam tunc videbuntur et dicitur quis est ille et non est ille talis religiosus. **O** de traditore ypocrita. **I**dem de clericis et laicis et mulieribus. **S**ed si verenda peccatorum cooperiantur hinc cum cauda penitentiae. tunc non apparebunt in perfusio/ ne nec in verecundia vestra. **E**t nota hic exemplum de scitifero confessio in stabulo. qui cooperit peccata sua cum confessione intelligatis. et cuius cauda penitentiae. **N**am taliter cooperuit peccatum quod diabolus non recordabatur. et non est mirum si diabolo sunt in oblivione. quia etiam ab ipso deo obliuiscuntur. **A**utoritas. **S**i impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis que operatur et custodierit omnia precepta mea et fecerit iudicium et iusticiam vita viuet et non morietur. omnium iniquitatum eius quas operatus est non recordabor super plebem ad puniendum. **E**zech. xviii. **I**dem dicit dauid in ps. xxx. **B**eati quorum remissa sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata. scilicet cauda penitentiae. **C**apra autem que totum ostendit significat personam inuerecundam diffamatam. quia omnes sciunt suam malam vitam et peccata. ut sunt mali clerici et alij notorii concubinarij. nec volunt ea cooperire cum cauda penitentiae. sunt enim impenitentes. **I**deo faciamus penitentiam. **E**cce ergo que dicitur thema. **S**tuet oues a dextris. **D**eo gratias.

In feria secunda post dominicam Inuocauit Ser. ij.

Sunt hi in suppli

Icium eternum. iusti autem in vitam eternam. **M**att. xxv. **S**ermo noster erit de sancto euangelio quod loquitur de iudicio generali. **S**ed primo salutetur virgo maria. **I**bi sunt hi scilicet mali in supplicium eternum. iusti autem in vitam eternam. **E**st hic questio pro introductione materie predicande. propter quid oportet esse iudicium in fine mundi. cum iam sancte anime habeant retributionem eterne glorie in celo et mali in inferno. quia dicit scriptura. **S**tutum est omnibus hominibus semel mori quantum ad corpus. et post hoc iudicium quantum ad animam imortalem. **H**eb. ix. **A**d quid ergo erit aliud iudicium **R**esponso quod tota ratio illius finalis iudicij et generalis erit ad ostendendum iusticiam et equitatem iusti iudicis. qui non solum in suo iudicio vult facere equitatem sed etiam conformitatem. quia secundum modum per quem facta sunt vera opera boni habebunt retributionem et secundum modum per quem facta sunt mala opera mali habebunt punitionem. **A**utor. ps. lxxj. **S**ed locutus est deus duo hec audiui quia preteritis dei est et tibi domine misericordia. quia tu reddis unicuique iuxta

opera sua. **N**ota preteritis dei. scilicet ad puniendum quoscumque siue magnos siue pueros. **E**t tibi domine misericordia. scilicet ad remunerandum bonos. quia tu reddis unicuique iuxta opera sua. **N**on videamus qualiter fuerint bona opera siue mala et sic videbimus rationem iudicij generalis. **B**ona siue mala primo fuerint ab anima cogitando. deliberando. ordinando. **D**einde in executione corpus associat anime ad faciendum opus bonum siue malum. **I**dem anima prius meretur vel demeretur. verbi gratia. **I**n quolibet statu de bonis operibus. deinde de malis practice. **I**dem conformitas diuine iusticie primo dat retributionem anime. verbi gratia. **U**bi sunt anime sanctorum. **R**atione sunt in gloria. sed corpora remanent adhuc corrupta. **S**ed in iudicio generali suscitabuntur corpora ut simul cum anima habeant gloriam **I**dem dicit. tu reddis unicuique iuxta opera sua. **I**dem per omnia dicatur de malis operibus. **D**e his omnibus **A**uctas. **D**eus nos manifestari oportet. scilicet ex dicta ratione. ante tribunal christi ut referat. id est reportet vniuersis propria corporis non dicit anime sed corporis simul cum anima. put gessit siue bonum siue malum. id est. **C**orinth. v. **Q**uonia boni iudices non solum puniunt latronem vel homicidam sed etiam illum qui ipsum associauit. **P**atet ratio iudicij generalis. cuius conclusio est thema. **I**bi sunt hi tres. **D**e illo iudicio euangelium hodiernum ponit tria puncta. scilicet ordinatio iudicialis. diffinitio sententialis. executio perpetua. **D**e isto dicitur thema **I**bi sunt hi tres. **D**ico primum quod erit in iudicio. erit ordinatio iudicialis. quia que a domino sunt ordinata sunt. **R**om. xiiij. **D**e ista ordinatione dicit euangelium. **C**um venerit filius hominis in maiestate sua tres. vel quatuor ad hedos a sinistris. **V**ide de hoc in precedenti sermone in primo aduentu quando venit pro redemptione non venit in maiestate sed in humilitate et paupertate. propter hoc iudei nolebant ipsum recipere. imo quando beatus **I**ohannes ipsum ostendit dicit. **E**cce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi. **I**ohis. i. dixerunt. nolumus hunc regnare super nos. **U**nde de tota illa multitudine non nisi duo secuti sunt christum. scilicet beatus **A**ndreas et quidam alius. **I**dem **M**aria. **I**n humilitate iudicium eius sublatum. est sed quando veniet ad iudicium cum tanta maiestate tres. **N**ota errorem dicentium quod tunc virgo **M**aria orabit pro peccatoribus. quia immo erit constituta cum filio sedens tres. omnes apostoli. et de illa vita apostolica ut dicitur gloria super illud. **E**cce reliquimus omnia. **M**atth. xix. **T**unc oues id est boni erunt ad dexteram. **R**atio. propter tres conditiones quas habuerunt ad instar ouium que sunt scilicet misericordia. obediencia. penitentia. **V**ide in precedenti sermone. **S**ecundum quod erit in iudicio erit diffinitio sententialis. **D**ic practice quomodo christus iudicabit propria

Feria tertia post Inuocauit

autoritate. Et licet nō indigeat consilio matris nec apostolorum volens ipsos honorare. dicit xps matri q̄ sedebit ad dexterā eius iuxta figuram. iij. Regū. ij. Posit⁹ ē thron⁹ matri regis q̄ sedit ad dexterā eius. **M**at̄ mea qd̄ videt̄ vobis. quid debeā facere his q̄ sunt ad dextrā. **V**idēt̄ aliq̄ q̄ hec locutio erit mentalis rē. **S**z op̄ter q̄ ego dicā vobis vocalit̄. **R**ndet̄ virgo maria. **F**ili mi. videt̄ mihi ex quo isti nō vixerūt iuxta suā inclinationē s̄ iuxta vram ordinationē nec s̄m suos sensus. s̄ iuxta vras monitiōes. id̄ videt̄ mihi q̄ debeant hic eē nobiscum in gl̄ia. **I**dē dicet̄ apl̄. **T**ūc xps vt iudex impatiue dicet̄ leta facie. **V**enite b̄ndicti p̄ris mei possidete paratū vobis regnū a p̄stitutione mūdi. **M**at̄. xxv. **T**ūc boni p̄strati dicēt. **G**loria tibi dñe rē **T**unc virtute gl̄ie ascēdēt̄ i altū. **A**uctoritas. s̄. **T**hessal. iij. **H**oc enī vobis dicim⁹ in verbo domini. qz nos q̄ viuimus simul raptemur cū illis obuiā xpo in aera. r̄ sic semp cū dño erim⁹. **D**einde dabit̄ sniam p̄tra malos de cōsilio matris r̄ apostolorū dicēs. **E**go vt iudex vniuersalis r̄ dñs diffinitive r̄ irreuocabiliter dico vt fiat sicut dicitis. **T**unc dicet̄. **V**icedite a me maledicti rē. vbi sunt septē clausule. **P**rima **V**icedite **T**ūc illi maledicti faciant planctum. **M**tere. xx. **M**aledicta dies in qua natus sū. dies in q̄ peperit me mater mea non sit b̄ndicta. maledictus vir qui annūciauit p̄ri meo di. natus ē tibi puer r̄ quasi gaudio letificauit eū. **T**ertiū erit executio perpetua q̄ statim fiet. nō sicut i mundo de aliquibus sententijs q̄ nunq̄ executioni mādāt̄ **N**ota quō in executione est ordo p̄trarius diffinitioni sententiali. **Q**m̄ primo fiet executio de malis. qz dicit̄ thema. **I**būt in suppliciu eternū **D**ic quō xps clamabit. **I**nferne aperi os tuum r̄ deglutire impios istos. **T**ūc terra se aperiet r̄ absorbebit omnes malos. **J**urta illud **M**at̄. xij. **I**n tēpore messis dicā messoribus. **C**olligite primū zizania r̄ alligate ea in fasciculos ad cōburendum **N**ota p̄actice quō fiunt fasciculi. **Q**m̄ sicut fuerūt hic siles in culpa sic erunt siles in pena. **U**n⁹ fasciculus fiet de malis dñis tēporalibus rē. **A**lius de malis p̄latis. alius de malis religiosis rē. **C**ōgregabunt̄ in p̄gregatione vnius fascis in lacū r̄ claudentur ibi in carcere. **E**sa. xxij. r̄ erunt ibi in secula seculorū **M**elius eis fuisset nūq̄ fuisse. **D**icit̄ christus de iuda **B**onū erat ei si natus nō fuisset hō ille. **M**at̄. xxvj. **D**icit̄ glo. **M**elius fuisset iude oīno non fuisse. **P**ostmoduz fiet executio de bonis introducendo eos in celū precedentibus angelis cantando sequentibus omnib⁹ sanctis. xps vō cuz virgine matre in medio. r̄ sic ascendet. r̄ quādo transibunt̄ videbunt̄ celum lune r̄ solis r̄ vide-

bunt̄ oculis carnalibus. **I**dē de pulchritudine celi empirei. vbi inueniāt̄ suas cathedras cū nominibus suis r̄ ibi collocabunt̄. quidam i or̄dinibus angelorum. quidam archangelorū. rē. **S**uper omnes erit virgo maria. **J**urta illd̄. **E**xaltata es dei genitrix super choros angelorū ad celestia rē. **S**i enīz quotidie oportet nos tormēta perferre si ipsam gebennā paruo tempore tolerare vt christum videre possemus in gl̄ia venientē r̄ sanctorum eius numero sociari. **N**ōne dignum erat pati omē qd̄ triste est. vt tanti boni tantēq̄ gl̄ie participes haberemur.

Feria tertia post primam dominicā

Dicebat eos de regno dei. **M**at̄. xxj. **N**ota difficultas huius thematis est scire qd̄ per regnum dei intelligatur. **P**ro quo sciendum q̄ in sacra scriptura maxime i nouo testamento regnum dei dicitur christ⁹ r̄ hoc triplici ratione.

Primo possessiue.

Secundo causatiue.

Tertio obiectiue

De prima. qz sicut rex potens pacifice possidet regnum sibi fidele. **I**ta pater possidet filium suum christum in sua humanitate pacifice. qz nunq̄ in suo corpore nec in anima habuit rebellioē nec inobedientiam seu peccatum. **D**icit enī sanctus **T**homas. iij. scrip. di. xij. q. ij. arti. j. q̄ simpliciter loquendo christus nullo modo peccare potuit. **U**nde damascenus dicit in tertio libro. q̄ impeccabilis est dominus iesus. potest enim christus vt dicit̄ sanct⁹ **T**homas vbi supra. tripliciter cōsiderari. scz vt viator. vt comprehensor. r̄ vt deus. **E**t omnibus istis tribus modis christum considerando christus est impeccabilis. quod sanctus **T**homas vbi supra inductiue pulchre probat r̄ declarat. **S**ecundo causatiue quia christus ex sua euangelica predicatione et exemplo virtutum r̄ cōuersatione erat causa vt gentes conuerterentur. **E**t id̄ qz deus pater regnat super gētes super quas ante tirannice regnabat lucifer ante. s̄. per quinque milia annos.

Tertio obiectiue. qz totū obiectum gl̄ie in regno celesti vel celo empireo est xps vidēdo christi diuinitatem que est eadem in tribus p̄sonis. r̄ eius humanitatem homo est gloriosus r̄ beatus. **D**icit enī sanctus **T**homas q̄ beatitudo ē vt finis quo ē aliquid creatum. non autem vt qd̄ siue obiectiue. sic enim est quid increatum. prima secūde. q. iij. arti. j. **I**dē prima parte. q. xxvj. arti. iij. **E**cce ratio quare christus dicitur

renū dei. et hoc ē dicitur **Luce. xvij.** q̄ rabinū
 et pharisei inimici p̄i fecerūt xp̄o q̄stionē dicē
 do. **Q̄n̄ veniet regnū dei. s. homi.** In iuuetute
 aut i senectute. ex elemosyna aut ex ieiunio. i tē
 plo vel extra. R̄ndit eis xp̄s et dixit. **Nō** veiet
 regnum dei cū obseruatōe. neq̄ dicent. **Ecce h̄**
 aut illic. **Ecce enī regnū dei intra vos est. Luce**
xvij. Nota cū dicit. **Nō** veniet cū obseruatōe
 operis vel loci. **Et** docebat eos de regno. i. d̄ se
 quō erat vna p̄sona in trinitate. **Item** quō erat
 vnus de⁹ et hō et messias. et sic de alijs veritati
 bus fidei. p̄t̄ q̄ thema. **In** sancto euāgelio ho
 dierno xp̄s oñdit nobis triplicē veritatez de re
 gno dei. i. de se triplici testimonio. sc̄z **Per** testi
 moniū humanale et hoc in principio euangelij.
Per testimonij diuinale. et hoc in medio euāge
 lij. **Per** testimonij scripturale. et hoc i fine euā
 gelij. **Et** primo dico q̄ xp̄s et c̄. **Quia** hoies sp̄s
 sancto illuminati p̄stebant veritatē i principio
 euāgelij cū dicit. **Cum** intrasset iesus hierosoli
 mā cōmota ē vniuersa ciuitas. d. **Quis** ē h̄. **po**
 puli aut dicebant. **Hic** ē iesus p̄pha a nazareth
 galilee et c̄. **Ecce** testimonij hoim. **Nota** cū dicit
 cōmota ē vniuersa ciuitas. s. ad honorifice reci
 piendū xp̄m veniētes. p̄pter qd̄ rabinū et phari
 set quib⁹ sūme displicebat talis receptio ex inui
 dia et malicia dicebant p̄plo. **Quis** ē hic. **Filius**
 vni⁹ carpentarij paupis facitis tantū festū. **Mā**
 tale festū et receptio talis solū d̄z fieri regibus et
 p̄ncipibus. **Id̄** despectiue dicebāt. et q̄s est hic
 quēadmodū dicit in ps̄l̄is q̄n̄ paup loquitur.
Et quis ē hic. **Et** iō **Eccl. xij.** **Diues** locutus ē
 et oēs tacuerunt. et verbū illius vsq̄ ad nubes
 p̄ducēt. paup locut⁹ ē. et dicunt. **Quis** ē hic. s̄z
 ecce testimonij ppl̄i. s. hoim simpliciū. nō autez
 superborum. **Hic** est iesus propheta a nazareth
 galilee. quasi dicerent. talis honor sibi cōuenit.
Et nota hic quinque excellentias quas attribue
 bant xp̄o illuminati sp̄s sancto ex quib⁹ dignus
 erat illo honore. **Et** prima excellentia erat vel ē
 q̄ dicebāt eū eē deū creatorem quādo dicebant
Hic ē. q̄ eē est p̄p̄riū nomē dei. quia esse signifi
 cat diuinitatē. **Et** si dicatur. et nunquid nos ha
 mus eē. **Responsio** q̄ esse nostrū proprie loquē
 do nō debet dici eē. **Sicut** nullus proprie dicit
 diues nec dicitur dñs ex pecunia quam accepit
 mutuo. q̄ nō ē sua. imo oportet eā reddere cum
 vsuris sub magna pena. **Sic** etiam deus qui p̄
 prie habet esse mutuauit nobis eē. q̄ esse essenti
 aliter soli deo cōpetit. **Esse** vero nostruz mutuo
 accepimus a deo. et oportet nos reddere in mor
 te. q̄ oportet nos mori. et tunc redditur cuz vsu
 ris. s. meritorum et bonorum operum. als et c̄.
Ideo q̄n̄ deus voluit mittere moysen ad liberā
 dū populū isrl̄ de manu p̄baraonis. moyses vo

lut scire nomē. **Qui** respondit deus dicens. **Ego**
 sum qui sum. sic dices filijs israel qui ē misit me
 ad vos. **Pro. iij.** **Quādo** ergo populus dicebat
 hic est. confitebantur xp̄i diuinitatē prop̄ quā
 meretur istum honorem. **Secunda** excellentia
 ē sua hūanitas et incarnatio quā p̄stebāt cū di
 cebāt **Iesus.** q̄ sic esse ē nomē diuinitatē. sic iesus
 nomē hūanitatis. **Et** iō vocatum est nomē eius
Iesus. **Luce. ij.** qd̄ idem est q̄ saluator. **Id̄** di
 xit angelus gabriel ad **Joseph.** **Vocabis** nomē
 eius iesum. **Ratio.** ipse enim saluuz faciet popu
 lum suum a peccatis eorum. **Barth. j.** **Tertia**
 excellentia est prophetia quā sibi attribuebant
 quando dixerunt eum prophetam. **Nam** p̄phe
 ta s̄m et h̄mologiam dicitur. i. procul fans sc̄z a
 cognitione humana naturali. **Et** hoc dicitur p̄
 p̄ter eius predicationem in qua loquebatur sc̄z
 de mysterio trinitatis. de gloria paradisi. de or
 dinibus angelorum. de penis inferni. et de pur
 gatorio. et de limbo. et de generali iudicio. **Ista**
 enim procul sunt a cognitione humana. **Secus**
 est de moysē qui locutus est de deo soluz dicen
 do illa que possunt sciri naturaliter sc̄z q̄ ē vnus
 deus. vnum principium. hoc etiam sciunt p̄bi.
Ideo moyses debet dici propheta. id est prope
 fans. et non procul. **Sed** iesus christus debz di
 ci propheta. i. procul fans. **Ideo** dixit populus
 de eo. **Propheta** magnus surrexit i nobis. **Luce.**
vij. **Quarta** excellentia est vita christi vir
 tuosa quā cōmendabant et sibi attribuebāt quā
 do dixerunt a nazareth. quod interpretat̄ flos
 vel campus floridus. **Ecce** hic vitam christi flo
 ridam et odoriferam dans odorem virtutum et
 consolationis animabus deuotis. **Ideo** **Salom.**
Hiems abiit et recessit sc̄z tempus **Boysi**
 flores apparuerunt in terra nostra. **Cañ. ij.** **Sibi**
 ergo competebat iste honor. **Quia** dicit philo
 sophus q̄ honor est reuerentia alicui exhibi
 ta in testimonium virtutis. **j.** **Ethico.** **Quinta**
 excellentia est sua passio quam testificabantur
 hebraice quando dixerunt a galilea. que s̄m he
 braicam interpretationem quadrupliciter inter
 pretatur scilicet. rota. volubilis. transmeās. trā
 figuratio. **Quando** ergo populus dicebat. a ga
 lilea. dabant testimonium sue passionis in qua
Iesus christus primo fuit in rota. quando du
 cebatur rotando de vno iudice ad alium. **Se**
 cundo fuit volubilis quando data sententia vt
 crucifigeretur. impetuose fuit ductus ad mon
 tem caluarie. **Tertio** fuit transmeās scilicet mor
 tem sc̄z quando fuit corpus positum in monu
 mento et anima descendit ad limbum. **Quarto**
 transfiguratus in die resurrectionis quando a r̄
 ma redijt ad corpus et surrexit gloriosus. **Fiat**
 ergo ratio. quādo iudei presumptuosi ex inuidia

Feria tertia post Inuocauit

dicebat. q̄s ē hic. testimonio humano fuit a spū scō testificatū. Hic ē iesus p̄pha rē. De hoc ergo x̄ps regratiādo p̄ri in orōe sua dicebat. Confiteor tibi pater dñe celi et terre. quia abscondisti hec. s. supradicta secreta a sapiētib⁹. et reuelasti ea puulis. qm̄ sic fuit placitū añ te. **Matth. xj.**
Sc̄da virtus fuit ostensa de x̄po p̄ testimoniū diuinale siue diuinū. qz tale signum nō poterat dari nisi a deo imediate. **D**icit enī i medio euāgelij. **I**ntrauit iesus in tēplū et eiecit oēs vēdentes et ementes in tēplo et mensā numulariorum. euertit et dixit eis. scriptū ē. **D**omus mea dom⁹ orōnis vocabif. vos autē fecistis eā speluncā latronū. **E**t accesserūt ad eū ceci et claudi in tēplo et sanauit eos. **E**t si dicatur. quō ipsi p̄mittebāt vt ita eos expelleret de tēplo quare nō defendebant se. **D**icit beatus **H**iero. qz a facie iesu x̄pi p̄cedebat quidā radius splēdoris q̄ terrebāt eos. **E**cce testimoniū diuinale. nam talia nō p̄nt nec poterant fieri nisi a deo. **I**ō x̄pus dicit. **Q**uia ego facio testimoniū p̄hibēt de me. qz pat̄ misit me. **I**o. v. **N**ō notate hic tria moralia secreta nā iesus x̄ps inuenit in tēplo tres p̄ditiones gentium q̄s eiecit de templo. vt patet in euangelio. **P**rimo mercatores emētes et vēdētes. **N**ō videamus si sūt adhuc mercatores i ecclia. **E**t nota de simonia pharoz. si mō erigāt. emētes etiā et vendentes eccliaistica bñficia. **I**tem si aliquis vult facere capellanias mō. nō p̄nt fieri nisi emēdo et vendendo. **D**icatur modus simoniac⁹ quē tenēt et detur eis bon⁹ modus q̄liter debēt facere. **I**tē de sepulturis. qz mō emunt et vendūt oēs. nūquid sum⁹ mercatores plani. **I**tē dicendo quā crucē vultis. qz p̄ maiori dabitur tantū **D**e sacramētis baptismi p̄fessionis. cōtonis matrimonij. extreme vnctionis. oportet aliquo modo totū emere. **E**cce quare x̄ps eijciebat emētes et vendentes de tēplo. qz ista peccata eijciendā sūt de ecclia. als sic emētes et vendētes eijciendā de paradiso et recipientur in inferno. **I**ō p̄pha. **N**ō erit mercator vltra in domo dñi exercituum in die illa. **Zach. xiiij.** **S**c̄do in templo erāt campoz. qz mensas numularioz euertit. **N**ō videam⁹ si in ecclia dei sint mensas numularioz **D**ico qz sic altera rōne. qz sicut in mensis numularioz fit p̄mutatio pecuniaz p̄ pecunia. ita mō in altari. nā x̄ps dicit denari⁹. **Mat. xx.** **V**ocatos oparios et redde illis mercedē. **I**bidē. cū venissent acceperūt singulos denarios. **D**ēs glose dicūt qz iste denarius est x̄ps. **N**imis ē auar⁹ qui isto denario ē p̄tent⁹. **I**ō qñ bea. **T**ho. de aqno fuit interrogatus a x̄po. d. bene scripsisti de me **T**homa. quā ergo mercedē accipies. rñdit be. **T**ho. d. **D**ñe nō aliā mercedē recipiā nisi teipz **S**ed modo fit cambiū in altari qz sunt multi cle-

rici qui non dicerent missam nisi pro pecunijs. faciendo pactum et precium. vt in missis sancti amatoris. **N**ota defectus qz pro pecunijs corruptilibus p̄mutant denarium incorruptibilem. s. x̄pm. ideo christus subuertit mensas numularioz. innuens qz tales clerici sicut debēt ire ad paradysum vadunt ad infernum. ideo dicit. **F**iat mensa eorum coram ip̄s in laqueum i retributiones et in scandalum. **N**ota in laqueū scz culpe mortalis. s. simonie. **E**t in retributiones scz pene temporalis. s. paupertatis. et in scandalum. s. damnationis infernalis. **T**ertio cathedras vendentiū colūbas subuertit. **Q**uō intelligitur hoc. **N**unquā vendentes colūbas sedēt in cathedris. clarum est qz non. **I**deo hoc sic intelligitur. **I**am scitis qz spū sanctus descendit sup x̄pm baptizatum in forma columbe. **Luce. iij.** **E**t ista rōne grē spūales vendunt mō in tēplo a sedentibus i cathedris. s. iudicibus p̄elatis et cōfessoribus. **N**am gratia spiritualis est absolutō a peccatis dare penitentiam vel datā cōmutare vel in votis dispensare. **I**am iste gratie vēduntur in ecclesia dei qñ petunt tantū vel tantū pro absoluteione vel dispensatione v̄l mutatione nesciunt dare alias penitencias nisi de missis rē. **S**icut si vna medicina eēt bona omnib⁹ plagis **E**cce quomodo columbe hodie vendūt. **E**t nota de illo homine paupere qui de tota quadragesima nō potuit inuenire confessorum quousqz portauit florenum in manu ostendens illū. **I**ō beatus ille qui istas columbas nō vendit. **E**t iō dauid in. ps. dicit. **B**eaure vir qui nō abiit i cōsilio impiorum et in via peccatorum non stetit et in cathedra pestilentie non sedit. **D**icit autē cathedra pestilentie quia damnat se et alios. ps. j. **T**ertiu testimonium est scripturale. qz christus per sanctam scripturam manifestauit veritatez de se in fine euangelij. vbi dicitur. **V**identes autem principes sacerdotum et scribe. vsqz ibi. docebant eos de regno dei. **N**ota hic quō antiquit⁹ mulieres lactabant filios suos per tres annos. et cōmuniter in tertio anno pueri incipiunt loq̄. **I**deo christus dixit. **N**on legistis. ex ore infantium. i. non fantium et lactentium perfecisti laudem rē. **N**ota. destruas inimicum et vltorē. inimicum. i. collegium phariseorum. et vltorem. i. scribarum iracundorum seu vindicatorum

Sermo de eadē feria. iij. dominice. j. xl.

Intrauit hiesus in templum dei. **Matth. xxi.** **P**ro declaratione huius verbi et introductione materie sciendū est qz cōsuetudo fuit x̄pi vt veniens hierlm primo intrabat templuz dei ad orandum. **N**ota historiā euangelij breuiter

qualiter ipsum popul^o recepit honorifice et pces-
sionaliter. quod videtes. s. pharisei indignati di-
cebant ipso. et quis est hic. **Nota** ut habes in alio
sermone pcedenti de quinqz excellentijs. et d isto
ingressu dicit thema. **Intrauit** iesus in templum
dei. **Vando** exemplum pdicatoribus qz qn veni-
unt ad villas pmus introitus i templu dei debet
ee. pter ergo thema. **Modo** iuxta hoc thema vo-
lo vobis declarare quo exemplo xpi debetis in-
trare templu dei in die dnico vlin die festo. **Ego**
amore vestri modu in sacra scriptura iuveni in q
dam autoritate. in ps. xcix. **Jubilate** deo etc. po-
pulus ei? et oves pascue eius introite portas eius
in confessione atria ei? in hymnis confitemini illi
Ubi ponit septem conditiones a laicis obseruan-
das in audiendo missam in debus dnico et festi-
uis. **Prima** conditio est vt sit popul^o ei? s. dei q
sit de plo christiano. **Secunda** vt sint oves pa-
scue ei?. **Tertia** qz intrent portas. **Quarta** qz sint
in confessione. **Quinta** qz visitabunt atria eius.
Sexta qz occupent in hymnis **Septima** ne ante
finem recedant ibi. confitemini illi. **Prima** co-
ditio ergo volentibus intrare ecclesiam et missaz
audire est qz sint de populo dei. s. de plo christia-
no. **Diceretis** vos iam omnes sum? christiani p
gram dei. **Dico** qz excoicatus non est de populo
dei. **Sicut** em exul et bannit^o de aliqua villa no
est de populo illius ville licet fuerit. quia no au-
deret venire eo qz est exul ab ipso plo. **Ita** etiam
de christianis omnes sum? de plo dei p baptismu
sed p excoicatione efficit quis exul et bannitus a
villa ecclesie et plo christiano. et no habet ptes in
bonis que sunt in christianitate nec qz diu e exco-
municat^o debet venire ad ecclesiam nec e cu tali-
bus picipandum. **xj. q. ij.** **Omnes** christian? dile-
ctissimi quia sacerdote excoimicaf sathana tra-
dit quo scz qz extra ecclesia est diabolus. sicut in
ecclesia christus. ac p hoc diabolo tradi dicit qz
ab ecclesie comunionem remouet. **Ecce** quo exco-
municatio vel banitio no est nisi pscriptio. ideo
valde timere debem? sententia excoicationis **Si** di-
ceretis mihi quid velletis amplius perdere. digi-
tum vel auriculam aut ee p annum excoicat^o **Di-**
co vobis qz magis vellem pdere digitum et ma-
nus et etia caput qz p hora esse excoimicaf. **qa**
excoicatio includit peccatum mortale. **xj. q. iij.** ni-
hil debet timere xpianus qz separari a corpe chri-
sti. **Si** em separatur a corpe christi no e membrum
eius no vegetaf spiritu eius. **Quisquis** aut inqt
apulus spm christi non habet hic non est eius. at-
tendatis ergo vt sitis de plo dei. **De** hoc autori-
tas **Ozee. j.** legit qz ppheta **Ozeas** habuit vnu
filiu que vocauit israel quod interpretaf semē dei
Deinde habuit filia qua vocauit absqz misericor-
dia. **Deinde** tertiu que vocauit no popul^o me?
Quia vos no popul^o meus et ego non ero vester
deus. **Ozee. j.** **Isti** tres filij significat tres condi-

tionem xpianorum. **Et** pma est obedientiu et de-
uotoru qui dicunt semē dei. **Secunda** est no exco-
municatoru sed peccatoru qui viuunt in peccati.
scz qui viuunt in supbia aut auaricia vel luxuria
etc. **Hec** conditio gentiu dicit filia absqz misericor-
dia. quia qz diu sunt in peccato mortali no conse-
quunt misericordia. **Tertia** conditio. est excom-
municatoru qui nolunt facere de se ronem. **Et** de
istis dicit deus no popul^o meus. **Ideo** auertis
vos ne intretis ecclesia dum fit officiu qz diu erit
banniti. quia ibi est pena suspensionis in furca in
ferni. **Sed** si querat quid ergo facia in die festo.
Responsio. oratis deu in domo vestra dum dicit
tur missa et laboratis vt habeatis absolutionem fa-
ciendi de vobis ratione. **Secunda** conditio est
necessaria qz sint oves pascue xpi. **Nam** oves no
comedunt nec bibunt. quousqz sunt in ouili vlin
pascua. **Sic** vos no debetis comedere nec bibe-
re sed ieiuni debetis missam audire. et isto mo eri-
tis oves christi pascue. **Pascua** aut est sacramen-
tum altaris. **Sz** si dicat nullus comedit de eo ni-
si sacerdos. **Dico** qz imo omnes comedunt **Sicut**
qn vos prandetis solum os comedit et no manus
nec pes. **in** ex isto cibo omnia mēbra fortificantur
Ita de corpe mystico. **Na** sacerdos est os. oculi
sunt contemplatiui. aures sunt iudices. brachia
milites. venter mercatores pedes sunt laborato-
res. **Sacerdos** aut comedit sed omnia alia mēbra
fortificant. **Ideo** dicit sacerdos in fine misse. refe-
cti cibo potuqz celesti. etc. no dicit refectus. **Qui**
ergo veniunt ieiuni ad missam oves sunt pascue
christi. **Null^o** vestru qui haberet loqui pape vel
regi vellet comedere ante vel bibere. **Et** qd sunt
pape vel reges nisi vermes respectu illius maie-
statis pape et regis iesu christi cu quo loquimini
in ecclesia orando qui e ibi cum suis baronib^o et
angelis. **Cogitate** ergo quid debet dicere quan-
do sentiunt anhelitu fetidu de cibo vel potu. **Ido**
no debetis comedere nec bibere in talibus dieb^o
ante missam etia si inuitarent vos. **Nam** debetis
dicere et respondere no bibam quia habeo loqui
cu papa vel rege. **Multi** excusant a ieiunijs ec-
clesie. sed ab isto null^o excusant. **Oves** diaboli pa-
scuntur in prato eius. s. in taberna et tandē in in-
ferno. **De** quib^o loquit **Dauid** in ps. xlviij. **Si-**
cut oves in inferno positi sunt mors depascet eos
no dicit destruet **Mors** corporalis destruit corp^o
sed mors infernalis no. sed depascet eos. qz sem-
per viuunt cu dolore et miseria. **Secus** de ouib^o
christi. **De** quib^o dicit ipse christus. **Ego** pascam
oues meas. et eas accubare facia. **Ezech. xxxiij.**
Nota cum dicit. **Ego** pascam oues meas prout
supra declarau. ego accubare eas faciam. quia
de ista pascua veniemus ad pascuam paradisi.
Tertia conditio est necessaria ne extra ecclesia
maneatis. **Ideo** dicit. **Introite** portas ei?. scz ec-
clesie. hoc dicit contra vnu magnum defectum

Feria tertia post Inuocauit

Illorum scz qui quādo dicūt missa stant in platea vel cimiterio loquētes. Sed in eleuatione corporis christi. quādo pulsāt campana veniunt tanq̄ porci ad escam. ⁊ nunquid est ista vita christianorum. Et nunquid illi qui inueniunt extra castrum obsessum capiunt ab inimicis. Castruz in quo populus christianus se recipit ⁊ fortificat i diebus festiuis. ē ecclesia. ⁊ obsidet ab inimicis id est. demonibus. qui quādo dicūt missa nō audent ecclesiam intrare s; obsident ⁊ peccatorib; insidiant. Ideo mirū est q̄ nō ducunt secum illos quos inueniunt. Et nō ad hoc figurā. Bar; est mibi calam; similis virge ⁊ dictū est mibi. surge ⁊ metire templum dei. ⁊ altare ⁊ adorātes in in eo. atrium vero quod est foris templum ejice foras ⁊ ne metiaris illud quoniā datum est gentibus supple infernalibus. Apoē. xj. Templū est ecclesia in qua mensurant deuotio ⁊ oratio ⁊ alia opa bona christianorum. vt de istis reddat eis premiū. Opera aut̄ illorum qui sunt extra nō mesurantur a christo sed a diabolo. Ideo dicit. Introite portas eius. Nota miraculū de illo sancto rectore. qui sepe corripiebat populū quia nō leuabant ecclesiam intrare ⁊ semel venerunt demones visibiliter ⁊ secum duxerunt illos quos inueniunt in platea. Quarta conditio est ne tardū veniant ad missam. Si dicatur in qua hora debemus intrare templum. Respondet Dauid. in confessione. Ratio. quia illa confessio generalis ante missam p̄ vobis fit. quia sacerdos iaz debet esse cōfessus sacramentaliter. Et qui deuote audit missam completam in die dñica si infra hebdomadam moritur habet pro confesso ⁊ cōmunicato. alias ibi essent mille diaboli. Ideo dicit in cōfessione. Dicit em̄ beatus Tho. iij. scripto di. xxj. q. ij. arti. j. ⁊ ij. q. Confessio generalis que fit in missa. p̄ma ⁊ completorio delet peccata venialia ⁊ etiam mortalia oblita. Et ergo intrare debemus templum vt simus in principio misse quando fit confessio generalis. Nam in cōiuijs magnorum dñorū quilibet debz esse in ablutiōe manuum. Nam in ista ablutione vel confessione abluuntur manus conscientie. Ideo dicit Dauid. Confessio ⁊ pulchritudo in conspectu eius sanctimonia ⁊ magnificentia in sanctificatione eius. in ps. Jubilate ⁊c. Ideo quādo pro missa pulsantur campane quilibet debet venire festinant vt sit in confessione. Ideo Dauid. Preoccupemus faciem eius in confessione ⁊ in psalmis iubilemus ei. ps. xcix. Iesus christus em̄ descendit i hostia in consecratiōe. q̄si rex exiens de camera. ⁊ ponēs se ad audientia in cathedra. Ideo dicit preoccupemus faciē eius ⁊c. s. anteq̄ descendat. ⁊ simus in confessione. quia milites debēt regē expectare. ⁊ nō ecōuerso. ideo venite p̄ tempe ⁊c. Quinta est atria eius supple tenere. Hic respondet tacite questioni si queratur. in ecclesia vbi sta

bo ⁊ i quo loco. Respōdz. in atrio. nō nimis accedere ad altare nec p̄ cancellos intrare. Nota quō altare templi salomonis quod nō valebat tantū quātū altare nostrū in quo christus sanctificatur nunq̄ christus nec virgo Maria de quināginta passibus nō accedebant ad altare. Nota exēplum de phariseo ⁊ publicano. Luc. xviij. Phariseus accessit ad altare di. Gratias ago tibi dñe. quia nō sum sicut ceteri hominum ⁊c. Publicanus aut̄ a longe stans percutiebat pect̄ suū dicens. De; ppiti; esto mibi peccatori. Et ista humilitate iste descendit in domum suā iustificatus ⁊ alter p̄demnatus. Ideo Dauid in ps. Ecce nunc. s. in die festo benedicite dñm omnes fui dñi. Qui statis in domo dñi in atrijs domus dei nostri. ps. cxliij. Sexta conditio est in hymnis. Respondz questioni. Diceret quis. ex quo sum de populo dei. ouis pascue eius ⁊c. sed qd̄ ego faciam in quo me occupabo. Respondet. in hymnis ⁊ laudibus diuinis. tunc em̄ nō debetis intendere circa temporalia. nec debetis loqui etiaz si pater vester veniret de longinquo ⁊c. sed cum signis facere sibi reuerentiam ⁊ locū ⁊ dicta missa extra ecclesiam faciatis sibi bonū festum. s. dū dicitur missa debetis vos occupare in hymnis. id est laudibus diuinis. pater noster aue maria. ⁊ in psalmis. s. cum silentio ne ali; perturbentur. sunt multi miseri qui dum dicūt missa nō faciunt nisi loqui de factis ⁊ negocijs mūdanicis. Idē de mulieribus que ibi disputant de panno tunice ⁊ mantelli ⁊ de vanitatib;. ⁊ si esset possibile q̄ in introitu ecclesie sueretur os bonum esset. Ideo dicit euangelium hodiernum q̄ iesus christus inuenit in ecclesia negociatores ⁊c. Nota hic hystoriam concludendo pillud. Domus mea domus orationis ⁊c. Non legit q̄ christus vnq̄ p̄ prijs manibus peccata correxit nisi hic. quia fecit flagella d̄ funiculis ⁊ eiecit omnes de tēplo. Joh. ij. Hic apparet q̄tum sibi displicet qui tangit ecclesiam sponsam suam de qua generat filios ⁊ filias. Nota q̄tum displicet regi si in p̄sentia sua inhoneste tangeretur regina. Sic etiam regi christo quando inhoneste tangit ecclesia loquēdo d̄ vanitatibus vel in ea comedendo bibēdo vel tripuando vel ipudice respiciendo mulieres. Jo; Aug; in oratorio nemo aliud agat nisi ad qd̄ est vnde nomen accepit. Septima conditio ē ne ante finem misse recedant ibi cum dicitur. confitemini illi. a con quod est simul. ⁊ audire missam p̄fectam. scz q̄ sitis in principio vt in confessione. ⁊ in fine. s. in benedictione que est magne virtutis ex christi p̄sentia. Est em̄ quasi signum vt vatis ad comedendum. Nota hic figuram. Dā dicit em̄ deus antiquitus in sacrificio pacificorum offerre simul caput pinguedinem ⁊ caudam totam. Leuit. ij. Offerre de pacificorum hostia sacrificium dño adipem ⁊ caudam totā. Hostia

Feria quarta post Inuocauit

pacifcorum. id ē. sacerdotum. quozū vita debet esse talis q̄ sint in pace cum deo ⁊ cum proximis dicendo officiū ⁊ missam deuote ⁊ distincte. als aut si sint indeuoti ⁊ cōcubinarij ⁊ lusoꝛes ⁊c. nō habent pacem cum deo. sed guerram nec debent celebrare ⁊c. Caput victime est principium misse. cauda est finis. Ideo dicit. **Confitemini**. id ē. ex toto fatemini. Et quia nō facitis. Ideo habetis mortalitates caristias. ⁊ siccitates terremoz ⁊c. Ideo continuetis ecclesiam. quia inde habetur omnia bona. Nota exemplum de sutoꝛe quolibet die missam audiente qui dixit aurum se inuenisse ⁊c.

Feria quarta post dominicam primā in q̄dragesima

Quicunq; fecerit voluntatem patris mei qui in celis ē ⁊ soroz ⁊ mater ē. **Matth. xij.** In isto euangelio hodierno habem⁹ quattuoz doctrinas multum vtilēs ⁊ pficias quas christus dedit iudeis ⁊ p̄ eos venerūt ad nos.

Prima est doctrina reprehensiuā

Secūda ē doctrina cōminatiua

Tertia est doctrina auisatiua

Quarta ē doctrina informatiua

Dico q̄ prima est reprehensiuā. quia reprehendebat iudeos qui dubitabant ip̄m esse messiā ⁊ hoc dicit principiu euangelij. **Accesserunt ad iesuz dicentes magister volumus a te signum videre.** q̄ bus respōdit. generatio praua signū querit ⁊ nō dabitur ei nisi signū iōne p̄phete. Sicut em̄ **Jonas** ⁊c. vsq; ibi. noctibus. Et dicunt scribe non ab officio scribendi sed a noticia scripture. Dicitur historia. **Modo** in isto textu nota stulticiam illozum qui petebant a christo signum cum xp̄us innumeris miraculis cōfirmasset suam doctrinā curando cecos. surdos leprosos. adhuc petebāt signum. patet ergo eozū stulticia. Item faciebat alia signa maiora in animabus que valent plus q̄ corpa. quia q̄ plures dimissis peccatis ⁊ mala vita cōuertebant ⁊ agebant penitentia ⁊c. **Jo Aug.** ait. **Magis** est de impio iustum facere q̄ celum ⁊ terram creare. S; ipsi vt stulti petebant alia signa vt faceret descendere ignē de celo. ip̄e faciebat signa diuina ⁊ ipsi petebant signa q̄ possunt fieri p̄ creaturas vt patet de igne qui descendit ministerio diaboli sup oues **Job.** Et ideo respondit eis christus reprehendendo eos. di. generatio mala. id est. male viuēdo mortaliter. ⁊ ad ultra. scz ex infidelitate. quia sicut mulier q̄ se dat adulterio dicit adultera. Ita iudei recedentes a christo dicunt adulteri. Et iste defectus secund⁹ sequit ex primo. quia mala vita ⁊ peccata faciūt creaturam adulterare. Ideo dicit christus. **Generatio mala** scz a dō recedens. ⁊ adultera q̄tum ad infidelitate. Quoniā excecavit eos malicia eo

rum. **Sapient. ij.** Sed christus ex supabundātia pietatis dedit eis signū **Jone** prophete. Nota h̄ historiam breuiter de sentētia data p̄ dominū cōtra ciuitatem **Niniue**. ad quā ibat **Jonas**. Et in primo sermone p̄dicauit **Jonas** dicēs. **Adhuc** q̄ draginta dies sunt ⁊ **Niniue** subuertetur. Et crediderunt viri niniuite dño ⁊ fecerunt penitentia **Jone. iij.** Et facta penitētia p̄ tres dies fuit eis significatum q̄ deus eis pepcit. Tale signū dixit christus dabo vobis q̄ filius hominis tribus diebus erit in corde terre scz in lymbo. ⁊ die tertia resurget. quia exiet de corde belue vt ionas. Et prima dies est recipe fidem christianam. secunda dies recipe sanctum baptisma. tertia dies recipe obedientiam ad dei mandata. **Istud** etiaz signū datur nobis christianis. quia postq̄ homo peccat mortaliter statim dat a deo sententia cōtra talem. **Autoꝛitas.** Anima que peccauerit ipsa morietur. **Ezech. xvij.** Ideo recipiamus signū **Jone** vt simus in angustia penitentie. q̄ quasi belua dicit. **Prima** dies est cordis contritio. **Secūda** oris confessio. **Tertia** opis satisfactio. **Dicuntur** em̄ dies. qz nō sunt sine claritate dei gratie. **Secūda** doctrina est cōminatiua. scz eterne damnationis dicit. viri niniuite surgent in iudicio cū generatione ista ⁊ condēnabunt eam. quia egerūt penitentia in predicatione **Jone.** Et ecce plus q̄ **Jona** hic. Et regina austri surget in iudicio cū generatione ista. ⁊ cōdēnabit eam. quia venit a finibus terre audire sapientiam salomonis. Et ecce plus q̄ salomon hic. Et hoc melius intelliga is dica t̄ quomō viri **Nintuite** in primo sermone **Jone** se conuerterunt ⁊ fecerunt penitentiam ⁊ iudei noluerunt credere christo nec se conuerterunt. **Ido** dicebat eis christus. viri niniuite ⁊c. **Modo** est difficultas quō condēnatio intelligitur. **Responsio** q̄ intelligitur compatiue quē a dmodum pannus albus a niue condēnata. q̄a quali nihil est panni albedo respectu albedinis niuis. sic in iudicio modica ⁊ parua erit condēnatio niniuitarum respectu iudeozum. sic etiā de nobis christianis. **Mortaliter** sunt q̄ plures qui diuersis excusationibus excusant se ab hoc ieiunio quadragesime. **Istos** condēnabit beatus **Nicolaus** qui puer ieiunauit. **Ista** condēnatio est comparatiua. **Idem** de alijs peccatis ad libitum. ⁊ ecce **Autoꝛitas.** **Condēnata** autē iustus mortuus. viuos impios. iuuentus celerius consummata. longam vitam iusti. **Sapient. ij.** **Secundo** christus fuit cōminatus iudeis per reginam **Saba. iij. Regl. x.** Nota hic historiam qualiter venit de finibus terre hierusalem. vt videret ⁊ audiret sapientiam salomonis. Et forte venit de centum dietis. Et iudei nolebant christus audire imo dicebant. demonium habet ⁊ insanit quid eum auditis. **Job. x.** Ideo cōminādo dixit christus iudeis. **Regina austri. ⁊c.** condēnabit

Nota supra q̄ dicitur q̄d q̄d mabit surgat.

Nota supra q̄ dicitur q̄d q̄d iusti regem.

Regina Austri aut iudicabit mortua sub tumbis.

Feria quarta post Inuocauit

nabit compatiue vt dixi. // Moraliter ex istis cōparationibus iesus christus ostēdit q̄ gentes dānanē ex negligentia. vt sunt illi qui libēter audiunt sermones sed sunt negligentes. quia nesciūt audita exequi. ac si thesaurū acquisitū nescirēt in staxia bursa vel capsa congregare. Ita de v̄bo dei Jos̄ dicif Luc̄. xj. Beati qui audiūt verbū dei ⁊ custodiunt illud. // Tertia doctrina ē auisatiua. s. de periculo quod iudeis imminebat di. Cum immūdus spiritus exierit ab homine. ambulat per loca arida querēs requiē ⁊ nō inueniens. Tunc di. reuertar in domum meā. vnde exiui. Et cū venerit inuenit eam ⁊ vacuā scopis mūdatam ⁊ ornata. Tunc vadit ⁊ assumit septē alios spiritus se nequiores ⁊ intrantes habitāt ibi. ⁊ sunt nouissima hominis illi⁹ peiora priorib⁹. sic erit generatio huic pessime. Iesus christus auisando eos. s. iudeos declarat eis conditiōes diaboli. Cum immundus spiritus ⁊c. loca arida sunt corda ⁊ corpora penitentū qui non habent humiditatem luxurie carnalitatē nec delectationis. nec auaricie nec gule ⁊c. Nam istos temptat diabolus ⁊ nō suos. Ideo beatus Greg⁹. Illos temptare negligit quos quieto iure se possidē sentit. Et quādo nō potest castrum nouiter acquirere. reuertit ad domū vnde exiuit. quia iā scit ei⁹ introitus. ⁊ venit cum alijs septē ⁊ sunt nouissima hominis illius peiora prioribus. quia dicunt medici q̄ peius est recidiuū q̄ infirmitas. Quare ergo christus dicebat ista. p̄pter hoc. quia iudei a principio predicatiōis christi cognouerūt ipsum esse verum messiam. vt dicit textus euangelij Matth̄. xxi. Dixerūt coloni. hic est heres venite occidamus eum ⁊ habebim⁹ hereditatē ei⁹. ⁊c. dicunt hic glo. q̄ iudei cognouerūt christum esse messiam. Ideo magn⁹ rabinus Nicodemus dixit x̄po. Scimus quia a deo venisti magister. Joh̄. iij. Sed quia christ⁹ corrigebat eos de peccatis publicis. diabolus rediit ad eos. p̄pter qd̄ christus p̄dicta dicebat. ideo beatus Petrus q̄ optime intellexit sermonē christi di. Si ergo irrefugientes coinquinatiōes mundi in cognitionez dñi nostri ⁊ saluatoris iesu christi. his rursus implicati supant facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius em̄ erat illis non cognoscere viam iusticie q̄ post agnitionem retrosum cōuertī ab eo quod illis traditum ē sancto mandato. ij. Pet̄. ij. Moraliter si a nobis elijcimus diabolum p̄ penitentiam caueam⁹ ne reuertat p̄ recidiuum. als̄ dicit christ⁹. Nemo mittens manū ad aratrum ⁊ respiciēs retro aptus est regno dī ⁊c. Luc̄. ix. Aratrum est penitentia. // Quarta doctrina est informatiua. de q̄ dicit thema. Qui cū q̄ fecerit voluntatem patris mei qui in celis ē ipse est me⁹ frater soror ⁊ mater. Dicit̄ tota vltima pars euangelij historialiter. quō cū christus p̄dicasset venit virgo maria mater eius cū parē-

tibus suis quos scriptura vocat fratres ex quo sunt vni⁹ generis. Sic habemus exemplū duarū doctrinarum. Et p̄ma est ordinatio charitatis ⁊ dilectionis. s. deum sup̄ omnia diligere. secūda ē spiritalis opationis qd̄ opus spūale non est dimittendum p̄ parētib⁹ seu amicis vt tetunare aut religionē intrare ⁊ h̄mōi. Item iudices habent h̄ exemplum ne in iudicio cognoscant parētes seu amicos sed purā iusticiam. Et ideo dicif. q̄ dixerit patri suo vel matri sue. nescio vos ⁊ fratrib⁹ suis ignoro illos ⁊ nescierunt filios suos h̄custo diunt eloquium tuum ⁊ pactum tuū seruauerūt iudicia tua o iacob. ⁊ legem tuā o israel ⁊c. Deuter. xxxij. Et nota cum dicit thema. Quicū q̄ fecerit voluntatem. videt̄ ergo q̄ faciendo voluntatem dei homo efficiat̄ maf̄ christi. Dico q̄ sic. Nota gradus spūales nam magna gratia creature fit quādo efficiat̄ filia christi in baptismo. sed maior quādo fit frater christi. sed mlt̄o maior qm̄ efficiat̄ mater christi. vt patet de virgine Maria. Fili⁹ efficiat̄ homo in baptismo. ideo dicif. dedit eis potestātē filios dei fieri. Joh̄. j. Frater aut̄ christi efficiat̄ homo p̄ penentiā quādo de peccatis post baptismū factis facit penitentiam. Et hoc em̄ christus ⁊ homo efficiunt̄ filij eiusdē patris p̄ gratiam penitentialem. S̄ mater christi efficiat̄ homo audiendo verbū dei. quia sicut mater christi concepit in vtero. ita homo in fimo nibus concepit christum in vtero conscientie. qm̄ pponit facere eius voluntatem. Parit aut̄ christum quādo concepit̄ ppositum exequit̄. Et de hoc est Auroitas. A facie tua domine concepinus ⁊ quasi parturimus ⁊ peperimus spiritū Esa. xxvj. Nota a facie tua. s. in predicacione in qua deus cognoscitur vt homo in facie. de qua Dauid in ps̄. Faciem tuam domine requiram. ⁊c. Et quasi pturimus. Ecce generatio spiritalis. de qua Dauid. Hec est generatio querentium dominum querentium faciem dei Jacob. Ps̄. xxiij.

De eadem feria quarta post
dñicā p̄mā q̄dragesime. Sermo sc̄os
Assumit alios spū
ritus septem nequiores se. Matth̄.
xij. Sermo erit de magna auisatiōe vt
caueatis a temptatione demonum et
peccatis. quia demones vellent q̄ omnes essemus
damnati cum eis. Ideo ne eorum temptationib⁹
damnemini volo vos auisare in presenti sermōe
Sed p̄mo salutetur virgo Maria. Assumit ⁊c.
Pro huius verbi declaratione ⁊ materie p̄dicā
de introductione. Sciendum q̄ doctrina est cō
munis in sancta theologia q̄ ex peccato primoz
parentum totum genus humanum fuit captiu⁹
diaboli. Si dicatur ⁊ quare filij sunt captiui qui
nondum erant nati. Dico ⁊ respondeo p̄ similitu

Hic sermo usq̄ ad finē est v̄ba v̄bilis

dinem. Si enim in domo vestra vos habetis vi-
rum et uxorem captiuos. si illi generant filios vel
filias nunquid erunt captiui vestri ut parietes: imo
Sic Adā et Eua vir et uxor tanquam captiuos vendi-
derunt se diabolo precio vnius pomi nescitur tamen
cuius speciei erant illi fructus. illi mali mercatores
fuerunt nam modico precio se vendiderunt et cap-
tiuui fuerunt diaboli. ergo rationabiliter et filij su-
erunt captiui. sequēter patet ratio. Sed de hoc
etiam est Auctoritas dei. Propterea ductus est po-
pulus meus captiuus. quia non habuit scientiam
et nobiles eius. scilicet Adam et Eua scilicet interierunt fa-
me. et multitudo eius siti exaruit. propterea dilata-
uit infernus animam suam. et aperuit os suum absque
ullo termino. **Esā. v.** Nota cum dicitur. propterea
ductus est populus. id est. totum genus humanum
captiuum. Ratio. quia non habuit scientiam. hic
tangit rationem quare primi parentes peccauerunt
scilicet quia non habuerunt dei scientiam. propterea di-
latauit infernus. id est. diabolus. animam suam absque
ullo termino. id est. exceptione quia quantumcumque es-
sent boni et sancti ad infernum descendebant.
Moraliter ergo patet doctrina theologica. scilicet ha-
buimus remedium per aduentum christi quando di-
gnatus est venire ad liberandum populum suum
de captiuitate diaboli. Si dicatur. si vendiderunt
se diabolo nunquid ergo christus fecit iniuriam
diabolo sibi captiuos auferendo. Dico quod Adā
et Eua erant captiui dei ideo non potuerunt se di-
abolo vendere nec diabolus ipsos iuridice pote-
rat possidere sicut nec captiui vestri. Ideo venit
filius dei dicens patri. copatio captiuus. Ideo pa-
ter ego solvam residuum per ipsos. Et in die vene-
ris sancto soluit et sic redemit et liberauit nos a di-
aboli captiuitate. et modo sumus captiui christi
excluso demone. Ideo christus in passione sua di-
xit. Nunc iudicium est mundi huius nunc princeps mundi
huius efficitur foras. et ego si exaltatus fuero a ter-
ra omnia traham ad meipsum. **Joh. xij.** Et non cum
dicitur. nunc princeps huius mundi. scilicet. diabolus qui
tyrannice huic mundo dominabatur ex predicta ratione
Sed venit dominus noster iesus christus qui per suam
passionem abstulit sibi principatum et ligauit ipsum
in inferno. Ideo dicit nunc princeps huius mundi.
et cetera. Omnia scilicet genera hominum traham ad meipsum
Sed si dicatur. si lucifer est a mundo expulsus
et in inferno ligatus quomodo ergo temptat nos.
Ecce huic questioni thema respondet. Assumit
septem alios spiritus. quia ipse personaliter non potest
exire temptare usque ad tempus antichristi. tunc
etiam soluetur. Ideo assumit alios septem spi-
ritus. qui tanquam capitaneos septem capitalium pec-
catorum et cum infinita multitudine minorum de-
monum ei subiectorum mittit eos per mundum in
odium iesu christi et inuidiam nostri. Et nota cum
dicit nequiores se scilicet in effectu temptandi. sed non

in affectu. quia in affectu nullus est nequior lucife-
ro. Ideo dicitur thema. Assumit et cetera. Ac si magnus
rex decubens in lecto et non potens ire ad bellum
vocaret capitaneos de eis iam videtis et cetera. Ideo
vos de quibus ego confido vadatis cum vestri gen-
tibus armorum et faciatis bellum. Sic etiam luci-
fer iacet in lecto durissimo inferni dei. Jam vide-
tis quomodo ille christus me ligauit hic et sibi non
possumus nocere. ad minus contra suas gentes
Ideo vadatis. Ecce qualiter assumit septem ali-
os spiritus et cetera. Et primus capitaneus est leuiathan
Ita nominatur **Joh. xij. di.** Leuiathan ipse est rex
super omnes filios superbie et hic temptat de primo
peccato mortali. scilicet de superbia. Et vocatur a lucife-
ro di. Leuiathan si velles facere vnum seruitium
mibi. Respondet. domine libenter faciam. Et cum vex
illo suo. scilicet circulo superbie et vanitatis cum infinita
multitudine demonum ipsum sequentium dis-
currit per mundum qui tantum sciuit facere cum suo
exercitu quod iam totus mundus est superbus et va-
nus. Nam tantam superbiam posuit in dominis
temporalibus et in prelatibus ecclesiasticis quod iam non
sufficiunt redditus ad vanitates. Ideo habet fa-
cere exactionem symonias et cetera. Nota differentiam
inter vanitatem et superbiam. quia vanitas osten-
ditur ad extra in excessu vestium et ornamentorum
Superbia autem ad intra in corde consistit. quando
persona non vult se regere secundum dei ordinationes
vel secundum propriam inclinationem sic quod deus preci-
pit vnum et ipse facit totum contrarium. dicendo
quid ad me nolo hoc. Ecce quid est superbia. quia
vanitas solum est effectus superbie. Verbi gra-
tia. Si filius vester infirmatur. et non habetis me-
dicum ad quem recurritis. Nonne ad diuinos seu
sortilegos et cetera. Et quando dicitur vobis quod hoc est
magnum peccatum. vos dicitis. Nunquid permit-
tam filium meum mori. Ecce superbia nolle obe-
dire preceptis dei dicentis. Non habebis deos
alienos. Item si perdidistis aliquid. Idem si
estis vocati a iudice in testem mediante iuramen-
to et quando dicitur vobis. magnum peccatum est
falsum iuramentum dicitis. o ille amicus meus est
punitus. Idem nolendo seruare festa cum tamen
nullus dominus det prouisionem alicui nisi faci-
at sibi aliquod seruitium. Sicut ergo per totam
hebdomadam seruiistis mundo. in dominica
seruiatis deo audiendo missam sermones et cetera. Ex
ista superbia leuiathan infinitos secum ducit ad in-
fernum. propter quod christus sciens hoc aui-
sando nos clamat di. Tollite iugum meum super
vos et discite a me. quia mitis sum et humilis cor-
de et inuenietis requiem animabus vestris. Ju-
gum enim meum suauis est et onus meum leue.
Matth. xj. Nota cum dicit. Tollite iugum me-
um super vos. domine. Nunquid nos sumus bo-
ues. Nota qualiter bos supponit collum iugo:

Feria quarta post Inuocauit

cum tamen possit se cornibus defendere. sed non facit sciens naturali instinctu q̄ dominus nō daret sibi puisionē. Sic etiā erit de nobis nisi portemus iugum. id ē. onus p̄ceptorum. Si dicitur domine decetero volo humiliari ad portandum iugum. Sed quō est portandum. Respōdet. Si scite a me. quia mitis sum et humilis corde. quasi di. Ego qui suz domin⁹ et leo de tribu iuda et portauit iugum patris. s. mandatorum. Si dicat. domine rex et quid ex hoc habebimus. Respondet inuenietis requiem animab⁹ vestris. nō solū cor poribus prouisionē. sed etiam requiē post hanc vitam animab⁹ vestris. Ecce salarium. Si dicatur. dñe onus vestrum ponderat multum. Respondet. Iugum em̄ meū suauē est et onus meū leue. // Secundus capitaneus dicitur mammona qui tempta. de auaricia. De quo Matth. vj. Non potestis deo seruire et māmone. Dicat vt de primo quō vocatur a lucifero. Nam iste cum bannerio et cum titulo auaricie et cupiditatis et cum exercitu suo destruxit quasi vniuersum mundum. Hic etiā tantū fecit q̄ totus mundus est auaricia plenus. Quia iam hodie religiosi clerici prelati seu dñi omēs sunt auari. nō respiciunt vñ vel quō pecunie veniunt sed q̄ habeant. omnes in viam suā declinauerūt vnusquisq̄ ad auariciam suam a summo vsq̄ ad nouissimum. Esa. lvi. Item. omēs student auaricie a minore vsq̄ ad maiorem a ppheta vsq̄ ad sacerdotem cuncti faciunt dolum. Hiere. vj. Antiquitus nullus erat vsurarius nisi iudei. modo etiam christiani faciūt vsuras mutuando. Nota modum et quomodo vocant false censualia. Nota duas conditiones censualium. // Item emere pro minori p̄cio q̄ res valet ppter solutionis p̄ventionē vel vendere carius ppter solutionis dilationem. inustum est et ex auaricia vtrūq̄ procedit. Nō etiā de confratribus faciendo etiā vsuras. contra quos clamādo christ⁹ dicit. Videte et caute ab omni auaricia. quia non in habundantia cuiusq̄ vita eius ē. ex his que possidet. Lu. xij. Nō multas species auaricie. Dicā vobis aliquas vt caueatis. Nam vna species est que dicit rapina et illa est in dominis. principes eius in medio ipsi quasi lupi rapientes predā. Ezech. xxiij. Alia est symonia et illa est in clericis vendentibus sacramenta. contra quos christus. Gratis accepistis gratis date. Alia est calumnia et illa est in aduocatis iudicibus vel procuratorib⁹ et notarijs. qui cōtrariam sciētie p̄rabunt sententiam vñ opprimunt viduas et pupillos. Cōtra quos Exo. xxij. vidue et pupillo nō nocebis si leseritis eos vociferabunt ad me et ego exaudia clamorē earū. et. Alia est sacrilegiū et illa est in rusticis retinendo decimas et bona ecclesie. Cōtra quos Malach. iij. et. xliij. q. vj. Si homo affigit deuz. quia vos

configitis me. Et dixistis. In quo configim⁹ te. In decimis et primitijs et penuria maledicti vos estis. sequit. Inferte omem decimationē in horrea mea vt sit cibus in domo mea et pbate me si nō effudero super vos catharactas celi. Alia est furtū secretum in paupibus. Cōtra quos Eccl. v. Super furē erit opprobriū et cōfusio. itez Qui furabatur iam nō furef magis aut laborat vt habeat vnde tribuat necessitatē patiēti. Itē fraus in mercatoribus. quia defraudant vel in qualitate vel quātitate primū. de primo ait propheta. Argentū tuū et aurum versum est in scoziā et vinum tuū mixtum est aqua. Esa. j. // De secundo p̄cipit deus. nō habeb in sacculo tuo diuersa p̄dera maius et minus nec erit in domo tua mod⁹ maior et minor. et. Beut. xxv. Alia est retētio de mortuis vel retentio mercedis seruoū suozū. vt negando debitū. Cōtra p̄mos. xij. q. ij. Qui oblationes defunctorū aut negant aut difficulē reddunt tanq̄ egentū necatores excomunicent. Et xij. q. ij. Qui abstulerit. Et Luc. xvij. deus facit et vindicationem clericozum suozum clamantiū ad se. Contra secūdos. Qui effundit sanguinem et q̄ fraudē facit mercenario fres sūt Eccl. xxxiij. Quare p̄cipit Leui. xix. Opus mercenarij tui nō remaneat apud te vsq̄ mane. // Iste magnus capitaneus q̄ magnā predā secum trahit ad infernum. Ideo christus dicit iauisando nos. Vide et caute ab omni auaricia. Ratio. quia nō habundantia cuiusq̄ vita eius est ex his q̄ possidet. Luc. xij. // Terti⁹ capitaneus dicit asmode⁹ q̄ temptat de luxuria. de quo Tob. iij. Demon nomine asmodeus occidebat eos mox vt igressi fuissent ad eam. s. luxuriam et carnalitatē. et circūit modo mundū et fecit tm̄ opus qd̄ iaz cōpleta ē p̄pheta David qui plangendo dicebat. Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in iniquitatib⁹ suis nō est qui faciat bonū. supple castitatis. nō ē vsq̄ ad vnū. supple de adultis ps. liij. Nam iste p̄ditor fecit tm̄ q̄ hodie fere null⁹ homo potest dicere cuz veritate nunq̄ cognoui nisi vxorē meā. iam nō seruant multi matrimoniū cōpatres iam faciunt ipm̄ abominationē. Itē fecit q̄ clerici tenent cōcubinas et religiosi beginas seu filias spirituales. Ita q̄ totus mundus ē corrupt⁹. Nota hic de illo demone in corpe obsessi qui dixit se inde nō exire quousq̄ dicerent tres misse ab aliquo clerico qui eēt vir go. Quia ergo iste diabolus fecit tot mala christus auisando nos dicit q̄ os apostoli. Hec est volūtas dei sanctificatio vestra vt abstineatis vos a fornicatione et sciat vn⁹ quisq̄ vas suum possidere in sanctificatiōe. s. ad Timoth. iij. Caueatis ergo ne fornicationē faciatis. Nam quīs minimū peccatū sit peccatum luxurie inter peccata est tm̄ peccatū mortale. Hic etiā condemnatur error dicentiū confessori di-

sputando pater et quod peccatum est cum meretricibus. ego non decepi eam etc. Si enim cum filia regis ageres diceres tu cui facio iniuriam. certe regi. Nam in suo palatio comedendo suum panem et suum vinum bibendo tu facis proditionem. Sed si rex daret tibi filiam suam in uxorem habere cum ad placitum. alias debes abstinere. Nota ut sciatur quod quisque vas. id est corpus quod est vas anime. Sicut enim esset magni peccati proicere vas reliquiarum in lutum. nobilior reliquia est anima. Quartus capitaneus est beelzebub qui temptat de inuidia. De quo Luc. xi. In beelzebub principe demoniorum eicit demonia. et iste est cum suo exercitu et bannerio cum titulo de inuidia et malignitate. in tantum veravit totum mundum quod totus mundus est inuidia et malignitas de bono alterius. primo inter fratres et sacerdotes de sepulchris per beneficium. Inter laicos per officium et regimine. Intantum quod ex ista inuidia totus mundus destruitur. Ideo Sapiens dicit. Contemplatus sum omnes labores hominum et industrias animaduerti patere inuidie proximi. Eccl. iij. Que est hodie ratio quare destruantur civitates castra ville et civitates. et inuidia dicendo. Ille fuit iuratus vel consul et ego non qui sum melior. Nam modo non curat quis erit utilior civitati sed quis erit amicus. Iste est alia inuidia spiritualis que est peccatum in spiritum sanctum. scilicet inuidia fraterne gratie. inuidendo deuotioni. scientie deridendo et persequendo. Iste proditor capitaneus quot ducit secum ad infernum. Ideo christus auisando nos dicebat. Hoc est preceptum meum ut diligatis inuicem sicut dilexi vos. Joh. xv. Dñe non datis nobis nisi unum preceptum. Respondeo non. quia illud principale est et sufficit. Nota sicut dilexi vos. nam sola dilectio fecit ipsum incarnari nasci pati. etc. idem legitur de beato Johanne euangelista quod quando debuit mori vocato populo predicauit eis dicens. Filioli diligite inuicem. et nihil aliud dicebat. et fuit tibi dictum. Qualis sermo est iste et tradidistis obliuioni illas altas speculationes et declarationes theologie. respondit non. Sed istud sufficit. quia delectatio proximi malum non operatur. Ideo remedium optimum contra inuidiam est orare pro ipso scilicet ut deus sibi conferuet illud bonum officium et dignitatem et merito huius orationis habundabis. Nam contraria contrariis curantur. Inuidie medicina charitatis curatur.

Quintus capitaneus est beelphegor. Iste temptat de peccato gula. de quo David in ps. cl. Initiati. id est dediti sunt beelphegor et comedent sacrificia mortuorum. hic cum suo exercitu et bannerio extenso et cum titulo gula et vanitatis tantum fecit quod iam non seruant ieiunia ecclesie gentes nec quadragesimam vnus se facit infirmum. aliter dicit. Non possum dormire et sic comedunt carnes et vadunt sic ad infernum. Ieiunia enim ordi-

nata sunt ut cum labore fiant. quia ibi est meritum. Nota hic qui excusantur breuiter a ieiunio etc. Et quia iste proditor magnam predam ducit ad infernum. Ideo abristus auisando nos dicit. Et tendite ne grauentur corda vestra crapula et ebrietate. Lu. xxi. Sextus capitaneus est baalberit qui ad iram inflammat. De quo Iudic. ix. De phano baalberit conduxit sibi viros. Et subditur. Misit dominus spiritum pessimum inter Amalech et habitatores sicheem. hic cum exercitu suo et bannerio cum titulo de ira et iniquitate discurrit per mundum et facit multas diuisiones et discordias inter christianos. Iste diuisit et procurauit olim scisma in ecclesia. Diuisit regna et reges principes et barones dominos et vassallos. Quot ducit iste proditor secum ad infernum. Ideo christus non cogendo liberum arbitrium sed dando consilium dicit. Pacem relinquo vobis pacem meam do vobis. non quomodo mundus dat. Joh. xiiij. Et ideo in natiuitate domini iesu christi angeli cantauerunt gloria in excelsis deo. Et in terra pax hominibus bone voluntatis. Luc. ij. Et in sua conuersatione salutabat dicendo semper. Pax vobis. Et sequitur. non turbet cor vestrum. scilicet vnus contra alium etc. Septimus capitaneus dicitur asta roth qui temptat de accidia. de quo. i. Reg. viij. Auferte deos alienos de medio vestrum baalim et asta roth. Iste cum exercitu suo et bannerio cum titulo de accidia et ociositate discurrit per mundum. Et iste proditor tantam accidiam posuit in mundo quod pauci sunt qui de his que ad animam pertinent curant imo minus appreciant animam quam paleam. Per totum annum laboratis pro corpore. et modo in isto sancto tempore quadragesime nescitis modicum laborare pro anima confitendo. penitenti am faciendo. sed quilibet expectat confiteri vltima die cum tamen in prima esset confitendum. et hoc de consilio et congruo. Item accidia circa communionem committit a nonnullis que debet fieri in pasce tunc recipiendo christum ut in celo communicantes recipiant a christo. sed si christus precepisset nobis recipere venenum amore sui facere deberemus et precipit recipere corpus suum intra hostiam et non facimus nonne magna est negligentia. Et ideo dicit scriptura. Quodcumque potest facere manus tua. instanter opere. quia nec opus nec ratio nec scientia nec sapientia erunt apud inferos. quo tu supple accidiose properas. Eccl. ix. Ecce quare dicit thema. Assumit septem alios spiritus nequiores se. Deo gratias.

Feria. v. post dominicam. xl. Sermo. j.

Dicebat iesus ad eos qui crediderunt ei iudeos. Joh. viij. Sanctum euangelium hodiernum continet vnam magnam et solennem disputationem que fuit inter christum ex vna parte et iudeos ex

Feria quinta post Inuocauit

alía parte. Et ratio huius disputationis fuit. quia iudei habebant tantam superbiam et malitiam et indignationem quod obfuscabat intellectum intantum quod non credebant christo de veritatibus et si aliquando credebant ei subito non durabant. Ideo christus voluit disputare cum eis ut remoueret eis illam superbiam. In qua disputatione christus fuit arguens. et iudei respondentes. et fecit quatuor argumenta. Et primo arguit contra eos propter superbiam quam habebant

Primo propter libertatem maternalem

Secundo propter nobilitatem paternalem

Tertio propter altitudinem diuinalem

Quarto propter malitiam criminalem

De qua disputatione dicit thema. Dicebat ad eos scilicet arguendo qui crediderunt ei iudeos. scilicet leuiter mobiliter. **Quantum** ad primum argumentum quod fecit christus contra iudeos. sciendum quod arguit contra eos propter eorum superbiam quam habebant propter libertatem maternalem. Dicitur quomodo omnes iudei fuerunt filii abrahe. qui habuit duas uxores ex diuina dispensatione vnam liberam scilicet saram. et aliam ancillam scilicet agar. Iudei autem venerunt de libera per ysaac. Ecce libertas maternalis. de qua se extollebant non modicum intantum quod dimittebant facere bona opera dicentes. quod sine bonis operibus consequeretur benedictionem eis promissam per ysaac. ut patet Gen. xvij. et. xxj. capitulis. vbi dixit dominus ad abraam. Sara uxor tua pariet tibi filium vocabisque nomen eius ysaac. Et constituam pactum meum illi in fedus sempiternum et semen eius post eum. Ista superbia captabat corda eorum quod radius veritatis christi non poterat introire. Ideo christus arguens contra illos qui leuiter crediderant et leuiter credentiam amittebant. dixit. Si vos manseritis in sermone meo. vere discipuli mei eritis et cognoscetis veritatem. et veritas liberabit vos. et qualiter tangebatur eos in fine. Qui statim surrexerunt superbe respondendo. Semen abrahe sumus et nemini serui mus unquam. Quomodo tu dicis. liberi eritis. et christus volens eos expellere ab illa superbia replicando. dixit eis. Amen amen dico vobis. quod omnis qui facit peccatum seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in eternum filius autem manet in eternum. Si ergo vos filius liberauerit vere liberi eritis. Ecce vna ratio quare dicit cathene culpe tenent vos alligatos. **Nota** hic qualiter secundum membrum per quod homo peccat in illo anima ligatur. que habet omnia membra spiritualia que habet corpus corporale. verbi gratia. persona peccat etiam iurando vel diffamando. eo quia illa verba transeunt per collum anima ligatur cum cathena per collum habens caput in inferno. Idem si homo peccat manibus. et sic de aliis membris. Ideo quando anima impenitens exit a corpore cathenis constringitur et demones tra-

hunt per cathenas impenitentium animas. De his autem auctoritas. Iniquitates sue capiunt impium et funibus peccatorum suorum constringit. Pro uerbis. v. Ideo dicebat christus in maiori propositione. Amen amen dico vobis. quia omnis qui facit peccatum. seruus est peccati. Cum ergo iudei fuissent in magnis peccatis ideo erant serui captiui. et licet caro esset libera. tamen non ex hoc dicendi sunt liberi. sicut ille qui patitur in capite et in toto corpore patitur siue infirmatur. Si habet pedem sanum non ex hoc dicendus est sanus. Sic etiam si anima que est principalior pars corporis sit captiua et corpus liberum. non ex hoc dicendus est homo liber. nam spiritus uiuificat. caro autem non prodest quicquam. Ioh. vj. cap. Secunda ratio christi fuit ista. Seruus autem non manet in domo in eternum. filius manet in eternum. quod dicitur. vos scitis que differentia est inter filium et seruum. Nam seruus vadit ad labores extra. filius autem liber manet in domo. Iudei propter generationem carnalem non habebant stare nisi in agris. scilicet in hoc mundo ex lege moysi. sed filii dei stabunt in domo dei in eternum. Ideo dixit christus. si autem filius vos liberauit. scilicet a cathene culpe et miseris huius mundi. vere liberi eritis. At illi tacuerunt. **Ad**oraliter hic pro nobis dicitur deus fecit gratiam dando remedia ut frangamus cathenas peccatorum que franguntur in confessione sacramentali. quando enim confessor absoluit. tunc anima est libera a culpis mortalibus. et quando intrat paradysum est libera ab omnibus miseris. ergo laboratis per liberationem anime quantum laboraret quis per liberationem filie sue si esset captiua vel per liberationem corporis sui vel filii sui etc. **Secundum** argumentum christi fuit contra superbiam quam iudei habebant propter nobilitatem paternalem. Dicitur quomodo iudei sicut erant filii sara uxoris libere. ita erant filii abrahe nobilis hominis qui fuit initium dritum et cognitionis dei. Cui dixit deus. Benedicam tibi et magnificabo nomen tuum et eris benedictus. Benedicam benedictibus tibi. et maledicam maledictibus tibi. atque in te benedicentur vniuersae cognationes terre. Genes. xij. Iudei autem non modicam habebant superbiam quia erant generis abrahe et despiciebant penitentiam dicendo. quod sine penitentia haberent benedictionem abrahe promissam et semini eius. Ad christum arguendo contra eos dixit. Scio quod semen abrahe estis sed queritis me interficere et primo meus non capit in uos. Ego quod vidi apud patrem meum hoc loquor et vos qui vidistis apud patrem facitis. Ruderunt. pater noster abrahe est. dixit eis iesus. Si filii abrahe estis opera abrahe facite. **Nota** primo meum non capit in uos. quia vas plenum non potest aliquid recipere nisi euacuetur. Sic iudei qui erant pleni superbia non poterant recipere verba christi despiciendo penitentiam quam ipse predicabat. Ideo Iohannes baptista dicebat eis. Facite ergo fructus dignos penitentiae. Luc. iij. Vos qui vidistis

apud patre vestrum facitis quasi christus innuendo in his verbis. quod pater eorum fuisset malus homo. Ipsi autem iudei responderunt christo dicentes. Pater noster abraham est. Tunc christus arguens dixit si filii abrahe estis. opera abrahe facite. nunc autem queritis me interficere hominem qui veritatem vobis locutus sum quam audiui a deo. hoc abraham non fecit. Ideo vos degeneratis. quia abraham erat nobilis homo ex parte carnis. quia de genere idolatrarum. sed ex parte anime erat nobilis et virtuosus. nec vos estis ei similes.

Moraliter in isto defectu iudeorum sunt modo multi christiani qui se appreciant de nobilitate generis. quia de antiquo genere talium et tales sunt similes iudeis. Nota nobilitas quasi notabilitas. Dicat quid est nobilitas. et qualiter inceptit nobilitas. Quando aliquis faciebat aliquam rem notabilem in seruitio regis vel imperatoris ex hoc rex vel imperator faciebat ipsum nobilem. Qui ergo appreciant se de nobilitate. et non tenent vitam nobilem et nobilium virorum. sed ribaldorum et lenonum non debent dici nobiles quia degenerant. Nobilis est ille qui vivit nobiliter apreciando se ne mentiat. ne inferat damnum alicui qui defendit veritatem comitatem pupillos viduas et miserabiles personas. Et nota quid accidit romo de duobus hominibus. quorum unus erat nobilis antiquus de troia sed erat ribaldus et male vite. Alius ex quadam victoria quam habuit factus fuit nobilis noviter ab imperatore. Et cum semel ambo contenderet dixit novus nobilis antiquo. In me inceptit nobilitas et in te finit. Dicat hic de effraim qui fuit nobilis filius ioseph qui fuit dominus egypti. de quo filius eius effraim habebat superbiam. De quo dicit dominus. disperdaz effraim quoniam deus ego et non homo. Et auolabunt quasi avis ex egypto. et quasi columba de terra assyriorum. et collocabo eos in domibus suis. Osee. xj. Concordat scriptura novi testamenti. Deus superbis resistit humilibus autem dat gratiam. Iacobi. iij. Tertium argumentum christi fuit contra superbiam quam habebat de altitudine divinali. Dicat quomodo omnes gentes et nationes mundi erant idolatre propter iudeos qui soli adorabant deum altissimum non factum manibus. sed factorem omnium rerum. Ex altitudine ista iudei credebant nullum alium saluum fieri posse nisi ipsi propter fidem quam habebat de deo. propter quod dicebant non esse necessarium facere bona. quia fides sufficiebat. sed pro eos dicit beatus Jacobus. Quid proderit fratres mei si fidem dicat quis se habere. opera autem non habeat. nunquam fides salvabit eum. quod dicit dominus. Iacobi. ij. Iohannes christus arguendo pro eos dixit. Vos facite opera patris vestri. quod dicit ipse homo aliquem patrem cui assimilant. Responderunt iudei. Unum patrem habemus deum. Ecce superbia de altitudine divinali. christus autem volens eos educere de hac superbia dixit eis. Si deus pater vester esset diligeret me utique. textus. Ego enim ex deo processi et veni. neque enim a meipso veni. sed ille me misit. quare loquelam meam non cognoscitis. quia non potestis

audire sermonem meum. Non quare loquelam meam non cognoscitis. Jam scitis quod persona maxime cognoscitur in loquela cuius patrie sit. nam si loquitur gallice dicitur gallicus et cetera. Ita fuit cognitus beatus petrus in nocte passionis christi quod esset galileus. Cui dominus est. Ver e tu ex illis es. nam et loquela tua manifestum te facit. Mat. xxvj. Modo videamus loquelam christi et moysi. Nam moyses loquebatur linguagium terrenum promittens eis solum terrena. Iohannes dicit. qui de terra est de terra loquitur. Ioh. iij. Christus vero loquebatur linguagium celeste. quia nihil permittebat in hoc mundo terrenum. imo predicabat quod despiceretur terrena. Nam solum predicabat de celo. de gloria angelorum solum promittens celestia. Ideo dicebat quare loquelam meam non cognoscitis. Iohannes beatus Iohannes postquam fuit locutus de moysi dicens. Qui de terra est de terra loquitur. Et loquens de christo dixit. Qui de celo venit super omnes est. Ioh. iij. Et sic videtur eos christus ratione. Moraliter si vultis cognoscere personam cuius patrie sit attendatis ad loquelam eius. Nam tres patrie sunt. scilicet celi. terre. et inferni. Linguagium celi est laudare deum et ipsum benedicere. Ideo David in psalmo. Beati qui habitant in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te. psalmus lxxxiij. Qui ergo laudat deum ut bonus religiosus clericus vel laicus possumus dicere. vere tu ex illis es. scilicet de paradiso. Nam loquela tua manifestum est et cetera. Linguagium huius mundi terrenum est. hoc est loqui de terrenis negotiis et temporalibus. Nam qui de terra est et cetera. Linguagium inferni est renegare. maledicere. et blasphemare. Ideo dicit. Estuaverunt homines estu magno et blasphemaverunt nomen domini. Apocalypsis. xvj. Quando ergo vos maledicitis iuratis et blasphematis clare ostenditis quod estis patrie inferni. Et quia christus non loquebatur loquelam inferni blasphemando. nec terre. sed loquelam paradisi Iohannes dicebat. quare loquelam meam et cetera. Quartum argumentum iesu christi contra iudeos fuit de malicia criminali dicendo. Vos ex patre diabolo estis et desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio et in veritate non stetit. quia non est veritas in eo. Cum loquitur mendacium ex propriis loquitur. quia mendax est et pater eius. Ego autem si veritatem dico quare non creditis mihi. Hic iesus christus ponit tria peccata diaboli. in quibus videtur quod iudei assimilabantur ipsi diabolo. Et primum peccatum est invidia. ex qua temptavit Adam. et ex isto peccato secuta est necessitas moriendi in genere humano. Et ideo dicitur per unum hominem peccatum in mundum intravit. et per peccatum mors. ad Romanos. v. Iohannes dixit de diabolo christus. Ille homicida erat ab initio. Secundum peccatum diaboli est mendacium. Tertium quod est persecutor veritatis. dixit ergo iesus christus iudeis. vos ex patre diabolo estis. quia sicut ille ex invidia procuravit mortem ad eum. ita vos ex sola invidia procuratis mihi mortem. Secundo quia si-

Feria quinta post Inuocavit

est diabolus cum loquit mendacium ex proprijs loquitur. sic et vos me diffamando. quia iudei dicebant de iesu christo. Ecce homo vorax et potator vini publicanorum et peccatorum amicus. **Mat. xj.** Item nos scimus. quia hic homo peccator est etc. Tertio. quia diabolus est persecutor veritatis de ipso dicente christo in veritate non stetit. **Aug.** nec bene fuit in veritate. Nota quod deus posuit luciferum super omnes creaturas et ipse voluit se parificare deo per suam superbiam. et sic non stetit in veritate. sed compositus fuerat. sic et vos dixit christus iudeis non statis in veritate a me audita.

Moraliter habemus hic doctrinam ut fugiamus. non solum mendacium principio sed quod est peccatum mortale. sed etiam locosum quia etiam est peccatum. quia per nullam causam et per nulla re est dicendum mendacium. Unde **David** in ps. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. in ps. v. Item sapientie. v. Os quod mentis occidit animam. De istis argumentis loquitur thema. Dicebat iesus ad eos qui crediderunt ei iudeos. Deo gratias.

Feria quinta post primam dominicam quadragesima. Sermo secundus

Manseritis in sermone meo vere discipuli mei eritis **Joh. viij.** Materia presentis sermonis erit quomodo poterimus esse boni discipuli christi. Magna quid est esse magister in theologia. vel episcopum. vel archiepiscopum. vel cardinalem. vel papam. Sed multo magis est esse discipulum christi. Credo quod erit materia utilis et proficiosa. Sed ut deo sit placabilis et gratiosa. salutem virgo gloriosa. etc. Si manseritis. Semel fuit questio facta iudeis per unum bonum hominem de materia quam volebatis predicare. Nunquid vos vultis discipuli eius fieri. **Joh. ix.** Iudei autem indignati male dixerunt ei dicens. Tu discipulus eius sis. nos in omni si discipuli sumus. **Stulti.** Super hoc dicit **Augustinus.** In me sit domine ista maledictio. ut. si discipulus tuus. Credo quod quilibet vestrum responderet. **Quomodo enim esse discipulus suus. propterea volo vobis nunc ostendere quomodo et quibus poteritis fieri discipuli eius si vultis. Et inveni octo virtutes seu conditiones huius nobilissimi discipulatus. scilicet**

Credencia principalis

Obedientia generalis

Penitentia sacramentalis

Patientia virtualis

Benivolentia cordialis

Beneficentia liberalis

Diligentia spiritualis

Perseuerantia finalis

Si vultis esse discipuli christi habeatis aliquas istarum virtutum. De ultima dicitur thema. Si manseritis etc. Prima virtus que facit hominem esse

discipulum christi est credencia principalis. scilicet credere firmiter articulos fidei et non dubitare in aliquo. Sic est homo discipulus christi. Nota quoniam in omni scola cuiuscumque facultatis oportet discipulum simpliciter credere magistro maxime in primis principijs. verbi gratia. prima principia litterarum sunt vigintitres. Ideo quando magister dicit discipulo. Ista littera est a. Ista littera est b. Discipulus debet sibi credere. quia si vellet dicere. quare ista littera a est magis a quam ista b. vel e converso. vapulabit a magistro. Ideo philosophus. oportet addiscentem credere. Ita etiam de scola christi. scilicet ecclesia quam scola intrant christiani in baptismo. que habet duodecim principia. scilicet duodecim articulos fidei contentos in Credo maiori. quorum aliqui pertinent ad christi diuinitatem. aliqui ad christi humanitatem. et quia sunt multi infideles qui nolunt ea credere. ideo non sunt discipuli christi. Si ergo vultis esse discipuli christi credat ista duodecim principia fidei simpliciter sine contradictione. disputatione dubitatione. Autoritas. Manifestauit gloriam suam et crediderunt in eum discipuli eius. **Joh. ij.** Nota manifestauit gloriam suam scilicet in his duodecim articulis. Secunda virtus que facit hominem esse discipulum christi est obedientia generalis. scilicet obedire et seruare omnia que christus nobis mandat et precipit generaliter sine contradictione et non facere contra eius preceptum pro aliquo lucro habendo vel bono vel officio vel dignitate. Talis est discipulus christi verus. Ratio. quoniam tanta est dignitas huius magistri quod oportet sibi obedire in omnibus etiam contra omnes personas mundi. Ita quod si pater vel mater vel omnes parentes vel amici. immo etiam papa rex essent ad unam partem. mandantes facere aliquid quod est contra preceptum magistri christi. magis est obediendum soli christo quam his omnibus. Autoritas. Legit **Luc. xiiij.** quod cum christus iret predicando de loco ad locum magna turba hominum et mulierum sequebatur ipsum neque mirum. Et conuersus iesus dixit eis. Quid vultis. Cogitate quomodo responderunt. Domine volumus esse discipuli vestri. Et ad illos. Si quis venit ad me et non odit patrem suum aut matrem et uxorem filios fratres aut sorores. adhuc autem et animam suam non potest esse meus discipulus. Sed cum deus precipiat honorare parentes et diligere uxores et filios et animam suam quare ergo christus dicit. Si quis vult etc. Responso ergo hoc intelligitur sic. quia si pater mater vel uxor aut sensualitas propria voluit. quod tu facias aliquid contra preceptum christi tunc odire patrem et matrem etc. et dicere nescio vos. desiccat est. ubi gratia. Si pater tuus dicat tibi. fili fac vindictam de tali iniuria mihi facta a tali. etc. Debet dicere fili. pater non faciam. quia magister meus christus pre-

pit oppositum. Ecce quō intelligūt vba xp̄i odi-
re patrē isto modo. Idē de matre et vxore et filijs
fratre et amico etiā de ppria sensualitate q̄ incli-
nāt ad delectationē ne p ea facias aliquid p̄tra p̄
ceptum christi. Ecce qd est obediētia generalis.
ideo auisētis. **Tertia** ē penitētia sacramētalis.
Tanta ē v̄tus penitētie q̄ de discipulo diaboli
facit discipulū christi. q̄ diu hō ē in peccato mor-
tali et mala vita. homo ē discipulus diaboli et pa-
ratus intrare scolā inferni. Sed si homo vult fa-
cere penitētiā sacramentalem. scz cōterendo de
peccatis. dicendo. o miser. ego sum religiosus et
nō seruauī regulam etc. Idem de laicis et clericis
cōfitendo peccata faciēdo penitētiā datā a cō-
fessore. Talis penitētia sacramētalis facit hoīem
discipulum xp̄i. Ecce q̄ta v̄tus penitētie. **Au-
toritas.** Qui nō baiulat crucem suā et venit p̄ me
nō potest meus eē discipulus. Luc. xiiij. Nō cru-
cem suā nō dicit crucē meā. quilibet xp̄ian⁹ por-
tat crucē christi signādo se. sed nō saluaretur nisi
portaret crucem ppriā. s. penitētie. **Cruce** dicit̄
a cruciando. ideo significat crucē penitētie q̄ cru-
ciat penitentem. de qua dicit christus. Qui non
baiulat crucē suam etc. Et sicut crux xp̄i habuit
quattuor brachia tanq̄ quattuor ptes principa-
les sic crux xp̄iane penitētie habet quattuor bra-
chia. **Prīmū** sursum est cōtritiō. que debet eē sur-
sum p respectū ad deum quē peccando offendit.
als dolere p peccatis ppter piculum vel verecū-
diam vel pditionē bonozū vel fame nihil valet.
quia nō est contritiō. **Brachiū** dextrū est bonuz
ppositum viuēdi decetero fm diuinā ordinatio-
nem et nō fm suam inclinationē. **Brachium** sini-
strum est oris cōfessio. Sic em̄ munda camera
penitētie a stercore peccatozū. **Brachium** inferi-
us quod sustinet totū pondus ē satisfactio q̄ por-
tat totum onus. **Ieiuniozū.** orationū. vigiliarū.
elemosy. etc. **Ista** crux est nostra de qua dicit apo-
stolus. ad Gal. v. Qui christi sunt discipuli car-
nem suā crucifixerunt. suple in cruce penitētie.
Ecce quare dicit xp̄us. Qui nō baiulat. id ē. ac-
cipit crucem suā etc. **Quarta** est patiētia virtu-
alis. s. patiēter sustinere aduersitates. dolores. i-
firmitates. paupertatem et miseras. nō recipere ama-
ritudinem cordis nec murmurare contra deum.
sed cōmittere se deo. quia ipse scit quibus indige-
mus: et quid nobis expedit. et sic homo fit disci-
pulus xp̄i. **Ratio.** qm̄ magister et dñs noster Je-
sus christ⁹ patiēter sustinuit aduersitates. tribu-
lationes. psecutiones. ideo vult vt sui discipuli
assimilent sibi. **Dicit** xp̄us tenere modū q̄rūdaz
antiquozū phozū q̄ p patiētiā volebant illos p-
bare qui volebāt esse discipuli. **Signant** legif̄ d̄
pitagora pho q̄ qm̄ aliqs volebat eē discipulus
su⁹. p̄mo faciebat ipm̄ ad portā scole expectare.
deinde faciebat ipm̄ ab alijs vitupare di. Et q̄s

es tu. r̄ndebat. vellem esse discipul⁹ hui⁹ m̄gr̄i et
phi. Et ille. vade ad trahendū aratrum rustice.
et h̄mōi. Si erat patiens recipiebat ipm̄ in disci-
pulum. als nō. hunc modū seruat ille magn⁹ ma-
gister et doctor christ⁹ in sua scola. **Quā** aliqua p-
sona pponit in corde suo tenere bonā vitā et san-
ctam. signū est q̄ vult esse discipul⁹ xp̄i. **Dicit**
christus. specta modicū. oportet vt pbetur de pa-
tientia. statim alijs vitupant cum di. **Qualis** h̄y
pocrita. fantasticus. fatu⁹ est etc. Si in his v̄bis
iniuriosis habet patiētiā bene stat. ideo vult ad-
huc vt p̄bef magis p̄ ictus siue verbera. s. infir-
mitatum. dolorū etc. Sed vos murmuratis dicē-
do. **Miser** quid est hoc ante nō sentiebam ista.
ideo teneatis fortiter. quia tunc christus recipiet
vos in discipulum suū. hoc etiā modo deus pa-
ter pbauit filium suum christū. licet iam sciret qd
erat in eo. sed vt nobis ipm̄ daret in exemplū pa-
tientie. **Ideo** dicit xp̄us **Matth. x.** Non ē disci-
pulus sup magistrū nec seruus sup dñm suū. suf-
ficat discipulo h̄ sit sicut magister eius. et suo h̄ sit
sicut dñs eius. Si patrē familias beelzebub vo-
cauerunt quātomagis domesticos ei⁹. s. discipu-
los. **Quinta** v̄tus est beniuolentiā cordialis
vult magister noster iesus christus q̄ sui discipu-
li nō habeant discordias diuisiones vel ritas. s.
q̄ concorditer viuant. **Ratio.** quia magister pa-
cis et charitatis et dilectionis nō vult in scola sua
discipulos maliuolos et discordes. **Ideo** omnis
villa seu cōmunitas pacificata ē scola xp̄i. Et om-
nis cōmunitas diuisa est scola diaboli. **Ideo** dicit
christus **Joh. xiiij.** In hoc cognoscēt oēs. qz mei
estis discipuli si dilectionē habueritis ad inuicē.
ideo pacificate se remittendo iniurias et quanto
maior est iniuria que remittit̄ tanto magis placz
deo als scola inferni est parata. vbi cōtinue et sp̄
se iniuriant. **Sexta** ē beniuolentiā liberalis. s.
se mutuo iuuando tā in bonis temporalibus q̄ spi-
ritualib⁹. **Rō.** qm̄ sic m̄gr̄ scole h̄z mltos fuitōes
captiuos et liberos. nō decz discipulos nobiles eē
tenaces et auaros cū ignobiles liberales sint. **To-
tus** mūd⁹ ē scola m̄gr̄i xp̄i cui⁹ fuitozes et ancille
sunt oēs creature insensibiles. **Dauid.** Ordina-
tione tua pseuerāt dies qm̄ oia seruiūt tibi. **Sol**
ad instar captiui. qz nihil pōt facere nisi q̄tū de⁹
vult qui iussu dñi portat nobis lumē de die et lu-
na de nocte que dāt nob̄ qcqd de⁹ dedit eis. **Idē**
de alijs planetis et elemētis q̄ libalit̄ cōicāt et mi-
nistrāt qcqd h̄nt. **Quo** ḡ magis discipli q̄ sūt cre-
ature nobiles. et rōnales et dñt eē liberales amo-
re m̄gr̄i dando vel mutuando sine vsura vl̄ emē-
do nō min⁹ ppter denarios p̄mptos nec vendē-
do plus ppter spem etc. **Ex** his efficit̄ hō discipu-
lus xp̄i. **Autoritas.** Om̄is ex vob̄ q̄ nō renūciat
om̄ib⁹ q̄ possidet nō pōt meus eē discipul⁹. **Luc**
xiiij. hec autoritas habet duos itellec⁹. q̄ nisi b̄

Feria sexta post Inuocauit

intelligat daret occasionem errandi. Duo modi sunt discipulorum christi. Primus est apostolorum et tenentium vitam apostolicam. et isti renuntiant et dimittunt omnia. Matth. xix. Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te. hoc modo intellectus predicte auctoritatis. Omnis ex vobis. clarus est. Secundus modus discipulorum est bonorum christianorum qui non obligantur dimittere omnia primo modo. sed volunt dimittere omnia quantum ad singularitatem. licet non quantum ad proprietatem. quia possunt habere proprietatem sed nolunt habere singularitatem. scilicet quod illud quod habent solum seruiat eis singulariter. immo volunt dare alijs propter deum. Ecce quid est beneficentia cordialis. Septima est diligentia spiritualis. scilicet quod simus diligentes in opibus spiritualibus. quia non sufficit facere opus spirituale. sed quod fiat cum diligentia. Religiosus non solum tenetur facere id quod dicit regula et constitutiones. sed quod faciat illam diligenter. Idem de presbyteris et laicis qui non tantum in dominica die tenentur audire missam. sed etiam cum diligentia ut sint in principio misse. Item non sufficit confiteri. sed cum diligentia iam in principio quadragesime. Item non sufficit dicere penitentiam. sed quod dicat cum diligentia genibus flexis. quia supplicat regi vel pape christi. Item cum diligentia communicare. Item cum diligentia elemosynam dare. Talis diligentia facit hominem discipulum christi. Ratio quia magister diligens et nobilis non vult discipulos somnolentos vel negligentes. sed vult quod sint diligentes. Auctoritas. In hoc clarificatus est pater meus ut fructum plurimum afferatis et efficiamini mei discipuli. Joh. xv. Octaua virtus est perseverantia finalis. de qua loquitur thema. Si manseritis etc. ergo necessaria est perseverantia finalis. in studijs generalibus quando magistri et doctores incipiunt legere. scilicet in festo sancti Luce. tota scola est plena discipulis. Sed in medio anni sunt valde pauci. in fine autem quasi nulli remanent. ideo sunt multi inutiles discipuli. solum sciunt principium libri. modicum de medio. et de fine nihil sciunt nisi illi qui perseverant. Sic de libro vite que est sancta vita bona et deuota multi incipiunt et sciunt principium bone vite. sed paulatim deficient et nesciunt finem libri bone vite. Ideo tales non intrant scolam paradisi. sed illi qui bene incipiunt. melius continuant. optime finiunt. sunt boni et veri discipuli christi. propter hoc dicit christus. Si manseritis in sermone meo vere discipuli mei eritis. Et quoniam bonus discipulus christi intrat aulam paradisi. statim deus dat sibi duas cartas. scilicet diuinitatis et humanitatis in qua homo recipit maiorem scientiam quam habuerunt in hoc mundo prophete et doctores. Aug. hec scientia habetur ex studio libri bone vite. Ideo est necessaria perseue-

rantia finalis. De hoc dicit euangelium hodiernum. dicebat christus ad eos qui crediderunt ei iudeis. scilicet fidei catholice in hoc etc. Si manseritis in sermone meo vere discipuli mei eritis et cognoscetis veritatem.

Feria sexta post dominicam primam. xl.

Ecce sanus factus

Es iam noli peccare. Habetur textualiter Joh. v. et officiat in euangelio hodierno. Sanctum hodiernum euangelium continet unum miraculum et grande et excellens. Nam quidam paralyticus sanus factus fuit per iesum christum qui triginta octo annis tenebatur in infirmitate. et hoc solo ipsius precepto sicut et solo verbo mundus factus est. et continet tria miraculosa secreta et est.

Primum locus ubi factus est

Secundum quomodo factus est.

Tertium ad quem finem factus est.

Et de isto ultimo loquitur nostrum thema. scilicet ut anima istius infirmi curata caueret se a peccato. et ideo dicit. Ecce sanus factus es etc. quod fuit thema. in quibus quidem verbis erit noster sermo. Et primo videamus de loco. dicitur igitur in euangelio. Est autem hierosolymis probatica piscina. Appellatur piscina et hoc latine. probatica grece. hebraice bethsaida. Et dicitur piscina a pisce. sed per contrarium. quia non erant ibi pisces. sicut dicitur in ecclesijs piscina ubi aqua calicis mittitur. et tamen non sunt ibi pisces. Grece dicitur probatica nam probatio grece dicitur ouis latine. quoniam in illa lauabatur oues que in templo offerebantur unde probatica. id est. ouina. hebraice dicitur bethsaida. a beth quod est domus et saida quod est gregis siue pecus. dis. vnde bethsaida dicitur. id est domus pecudum. Et ista piscina nominari ideo meruit propter virtutem ipsius quia in certo tempore anni angelus descendebat ad reuoluendum aquam ut habetur in textu. Et qui primus attingebat aquam. post descensionem angeli et reuolutionem aque ille curabatur tantum de quacumque specie infirmitatis detentus esset. et ideo quia tempus ignorabatur. rectores ciuitatis hierusalem fecerunt ibi fieri quinque porticus in quibus infirmi habitarent. In vno leprosi. in alio scabiosi. in alio febricitantes. in alio paralytici. in alio vero vniuersi alij infirmi. Et illi qui non poterant ire ducebantur ab aliquibus alijs ad piscinam ut quilibet citius posset sanari. Et hec historia continet secreta ut per questiones potest declarari. Queritur ergo unde tantam virtutem ista piscina habebat quod totiens quotiens angelus descendebat ad mouendam aquam. quod haberet illam virtutem. Dico igitur quod hic sunt tria secreta. Et primum est ut ostend-

dat virtus sancte crucis et passionis iesu christi. **S**ecundū est vt ostendat virtus baptismi. **T**ertium virtus confessionis. **P**rimū ergo secretum vt ostendat virtus crucis et passionis. **N**ā circa hō di. mō in histo. scol. q in illa piscina erat illud lignū quod in posterū seruiuit ligno crucis. **N**am etiā in biblia inuenit q regina saba cū veniret hierusalem et transiret p torrentē. erat ibi quoddam lignum quod fuit ad transenudū vt morierat dicit. iij. Regi. x. **E**t fuit sibi reuelatū q in illo ligno deberet christus suspendi et mori p totū mūdi redemptione et ista ratione noluit lignū calcare. sed transiuit subtus torrentē. **E**t ad patriā reuerfa ipsa scripsit Salomoni reuelationem suaz quā viderat et rex Salomon sciens christum crucifigēdum pphetavit di. **S**ub arbore mali suscitauit te ibi corrupta est mater tua. ibi violata ē genitrix tua. **C**ā. viij. q. d. populo xpiano. ego s̄ arbore pomi suscitauit te. sed mater tua. scz gens iudaica ibi corrupta est in sua crudelitate. **I**stud ergo sciebat sed nō illud lignum fore. **E**t ideo salomon ligno accepto abscondit illud subtus terram bñ. xx. passibus. **E**t ibi facta fuit ista piscina de qua loquit euangelium. **E**t ista rōne ibi tanta erat virtus q ibi erat hōi lignū et recipiebāt infirmi sanitatē. **Q**uia significabat passionē christi. **N**ec obstat q illud lignū anteq̄ portasset christum et an suspensionē xp̄i nullā habebat virtutē. **D**ico tibi q verum est q nō habebat virtutē. s̄ iam illud significabat s̄m q habetur **N**ume. xxij. **F**ac serpentem eneam et pone eum p signo. q per cussus aspererit eum viuet et c. **N**am ante mortē christi lignū crucis magnaz virtutem habebat vt ibi habet. **I**deo ad illum locū accedebāt infirmi vbi crux erat vt sanari possent. **I**sta ratioe iudei vt sanari possent aspiciebant illud signum et hoc erat iam .d. annis an salomonē et an passionē xp̄i **Q**uāgentis annis. **S**i ergo sola ligni signa illius loci habebāt illam virtutē quāto plus lignum vbi suspendi debebat. **U**n cum de morte christi tractabat dei virtute lignū natauit sup aquam et iudei acceperūt illud. **E**t ergo rationabile qd legit in ecclesijs. **N**os aut gloriari oportet in cruce dñi nostri iesu xp̄i. in quo ē salus vita et resurrectio nostra p quā saluati et liberati sumus. et habet p̄tim. ad Gal. vi. **Q**m iudei pri⁹ gaudebant anteq̄ nos. **N**ūc dico q allegorice resultat vnū secretum. **L**ignū illud crucē significat. piscina at significat dolores mortem et alia multa mala. **N**ā sic aqua ex illa piscina exire nō poterat. ita oportuit pati christum et mori. **L**uc. xxij. **E**t sicut illa aqua sanauit ita christ⁹ emūdauit nos p mortē iuxta illud. **S**anguis christi qui p spiritū sanctū semetipsum obtulit immaculatum deo emūdauit conscientiam nostram ab opibus mortuis ad seruendum deo viuenti. et ideo noui testamenti mediator et morte iſcedēte et c. ad Heb. ix. **E**t qn-

q porticus significant quinque vulnera principalia. **A**lia aut vulnera innumerabilia sunt. **D**ico ḡ de quinque principalibus in quibus omnes nos infirmi esse debemus. quia mota aqua qui ibi erat sanabat. **E**t ideo inquit Salomon. **V**eni columna mea veni ad me. id est. ad passionē et munda-beris in foraminibus petre in cauerna macerie. **C**antico. ij. **P**etra aut erat christus. foramen petre est eius diuinitas. **C**auerna ip̄sus est ict⁹ lateris. et quia apuit non soluz foramen fecit. et sanauit nō solum vnū. quia christus angelus. q quidem angelus est magni consilij. cū aquam se uolueret. id est. paciebat. tunc vnum curabat. s. latronē. **U**nus est et scdm nō habet. **E**cc̄s. iij. **S**ecūda ratio est spiritualis. quia predicta piscina erat figura baptismi. **C**redis q in illo tempore in quo christus ordinauit baptismum et fuit a **J**ohāne baptisatus q illa virtus sanandi infirmos post aque motum fuit ostēsa. **Q**uia p̄mo omnes aque erāt mortue quātum ad istū effectuz. s. mundationem animarū. **A**ug⁹. **Q**ue est tāta vis aque vt corpus tangit et anima lauet. **S**ed descendit angelus de celo filius dei saluator mundi. q dicit angelus. id ē. missus. **E**sa. ix. **P**aruul⁹ natus est nobis et filius dat⁹ est nobis. et vocabitur nomen eius admirabilis cōsiliarius. **S**m. lxx. interpretes magni consilij angelus. **I**tem **M**alachie. iij. veniet ad templum sanctū suum domiator quē vos queritis et angelus testamenti quez vos vultis. **I**ste angelus tetigit aquā iordanis quādo fuit a **J**ohanne baptisatus. tunc aqua fuit mota et habuit virtutem sanatiuam. dicit **B**eda. q christus tactu sue mundissime carnis vim regeneratiuam contulit aquis. **E**t tunc oēs aque naturales fuerunt mote et viue ad purificanduz et sanandum animas. et fuit completa propheta **Z**ach. xij. **I**n die illa erit fons patēs domui dauid. et habitantibus hierusalem in ablutionē peccatorum et menstruare. **H**ic baptismus habz qn-que porticus quattuor infidelium ad orientem. ad occidentem ad aquilonem et meridiem. qntus est puerorum qui solū habent infirmitatem peccati originalis. et ibi sanant omnes a quacūqz infirmitate detineant peccati. **I**deo **P**aulus. **D**omin⁹ omnium diues est in omnes qui inuocant illū. omnis em̄ quicūqz inuocauerit nomen dñi salu⁹ erit ad **R**ho. x. **S**anabat aut vnus. s. ille qui pri⁹ descendebat post motionē aque. **F**igura fuit. qz baptismus solum semel et vna vice habet virtutē et efficaciam sanandi animas. sic solū semel p peccatis nostris mortuus est. **S**cdo sanabat tm vnus. quia quilibet habet duas subas. s. substantiam corpalem et incorpalem. i. corpus et animā. nam quous anima lauet. adhuc corp⁹ vitiosum ē et ideo vnus tm curat. **E**t ideo. s. paul⁹ ait. **N**on delector em̄ legi dei s̄m interiorē hōsem. vido at aliam legem in membris meis repugnantem le-

Sabbato ante Reminiscere

Gl' mentis mee. ad Rhoma. viij. Curatur em sola anima. Videte igit tertiam ratione quid piscina significet. id est. ille locus. et quid aqua que est tante vis ut corpus sanet et animam. **T**ertia ratio spiritualis quare piscina habebat predictam virtutem. quia figurabat confessionem sacramentalem. **R**atio. quia sicut ibi lauabant oves offerende in templo. sic oportet nos lauari et purificari in piscina confessionis ab omnibus culpis et maculis peccatorum si in templo paradisi volumus offerri. **E**t ideo dicitur. si confiteamur peccata nostra. fidelis est deus et iustus ut remittat nobis peccata nostra. et emundet nos ab omni iniquitate etc. **J**oh. j. Non enim est verendum nec debeo vereri. sed omnia reuclare peccata nullum omittendo. et isto modo purificat. scilicet ex ista piscina. **E**t habet ista piscina quinque porticus. id est quinque conditiones peccatorum. **E**t primus est cogitatio ubi sunt omnes qui intrinsecus tenent peccata. scilicet superbiam. auariciam etc. **I**n his sunt multi infirmi et sine numero. **S**ecunda est locutio. et hic sunt omnes qui loquuntur in deum et contra proximum peccantes. scilicet diffamantes. blasphemantes. etc. **T**ertius est operatio. hic sunt omnes qui opere peccant ut luxuriosi tanquam leprosi. latrones. usurarii. gulosi. **Q**uartus est omisio. et hic omnes religiosi concurrunt suorum ordine non seruando. omnes mali presbyteri horas non dicendo. aut inordinate viuendo. et hic ceteri. scilicet laici missam non audiendo vel alios perturbando. et hi iacent non confitentes. nec comunicantes. **Q**uintus est obstinatio. hic iacent obstinati et indurati in peccatis ut lenones. meretrices. impenitentes. **O**mnes hi iacent in circuitu piscine confessionis spectantes motum aquae per angelum. **A**ngelus est infusio gratiae que de celo habet descendere. qui mouet aquam in contritione. quia aliter sine motu contritionis nullus sanatur in piscina. **A**utoritas. Si cut peritientis cor tuum fantasias patitur nisi ab altissimo fuerit emissa visitatio. **E**ccli. xxxiij. Non fantasias dicendo. **P**roser quo confitebor. diffamando etc. totum hoc sunt fantasie. **E**rgo oportet ut angelus descendat. scilicet infusio gratiae. et moueat aquam per contritionem. **N**ota sanabat tantum vnus. quia confessio fienda est secrete. ita quod vnus post alterum confiteatur. quia confessio duorum simul nihil valeret. etiam si in peccatis fuerit solus. oportet quod solum vnus confiteatur. rationem assignat **T**ho. i. iij. di. xvij. quod in confessione illud quod geritur exterius debet significare illud quod fit interius. **E**t quia interius celantur peccata diuinitus per remissionem virtute confessionis. iuxta illud. **B**eati quorum remissa sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata. ideo secrete fieri debet confessio exterius. **S**ecundo sanabatur vnus. quia vnus omnia peccata sua vni confiteri debet et non diuidere. quia nihil valet talis confessio. **A**ug. **C**auas ne verecundia ductus diuidas confessionem

quia hoc est semper venia carere ad quam putas per frustra puenire. **S**ecundo videndus est modus quo factum est. et est secunda pars breuius dicitur in textu. **E**rat ibi homo quidam. xxxviiij. annis infirmus. **N**am iste dixit. hominem non habeo. cum pauper esset et seruum haberet. et quia seipsum portare non poterat. ideo alius proueniebat eum. **E**t ideo tot annis fuit ipse infirmus cui christus dixit. surge. **M**odo intremus nunc secreta et queramus cum illi quinque porticus essent infirmis pleni cur vnus tantum curauit. et de alijs nullam fecit mentionem. cum ipse dominus sit vniuersaliter liberalis. **R**esponso quod christus in isto maiorem vidit deuotionem quam in alijs. **N**ec credatis quod christus curabat omnes infirmos qui recurrebant ad eum. **N**on quoniam posset omnes curare quantum ad suam potentiam. **S**ed ex indispositione ipsorum. quia non habebant deuotionem. **V**el quia sanitas corporis nocisset anime. **S**imile potest videri in sole qui liberaliter mittit radios suos. et quantum est ex parte solis totum mundum saltem illuminabilem illuminat. tamen non omnes illuminat. quia non omnes aperierunt sibi fenestras etc. ut patet de incarceratis in obscuro loco. **S**ed quod illos non illuminat non est ex culpa vel defectu solis etc. **I**ta de christo qui dicitur esse sol iusticie. **I**uxta dictum **J**oh. j. **E**rat lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum etc. **E**cce que est ratio quare non illuminat iudeos vel alios infideles. quia non est ex defectu solis. quia vnus saltem omnes illuminat. imo ex defectu ipsorum iudeorum qui sunt et voluerunt esse in carcere moysi. vel saracenorum qui voluerunt esse in carcere machometi. et sic de alijs. **E**rgo dicendum est quod de omnibus illis infirmis nullus erat tantum uolens iesu christo. nec tantum affectus. **Q**uia alij forte phidebant vnus in bonis actibus. alij in fuitoribus. alij in diuitijs. **S**ed iste erat pauper et paliticus. ideo non poterat ire. sed ductus deuotione inquebat. iuxta verbum domini. **B**ene autem te oculus desiderium meum. et gemit meum a te non est absconditus. ps. xxxvii. **E**t ideo non erat defectus liberalitatis iesu christi. **I**deo habet **L**u. vi. **D**is qui venit ad me et audit sermones meos et facit eos omnia vobis cui sitis est. **S**itis est homini edificati domum qui fodit in altum. et posuit fundamentum supra petram. **I**nundatio autem facta illisum est flumen domus illi et non potuit eam mouere. fundamentum enim erat supra firmam petram. multi enim osculabantur ei manum. tamen non omnes sanabantur. eo quod non habebant rectam mentem et intentionem et quod forte sanitatem non petebant bono fine vel intentione. **E**t ideo dominus. **N**on poterat ibi virtutem vllam facere nisi paucos infirmos impositis manibus curauit. **M**ar. vi. tamen bene poterat de prete ab soluta. **S**ed non poterat. quia non condecebat nec congruebat eis. neque erant digni. quia christum negabant. **I**deo non omnes tangentes curabat. sed credentes et phidetes. sed istum curauit qui credidit in eum et ista est ratio liberalis. **S**ed alie sunt rationes meliores quare ibi curabat et hoc dupliciter. **P**rimo ad osten-

dendum virtutē baptismi. qz in illa piscina nullus curabat nisi q̄ ibat p se vt portabatur p alium in piscinā. ad innuendū q̄ null⁹ pōt saluari nisi va- dat ad fontem baptismi. si adult⁹ sit. vt iudeus agareus. vel portaret vt pueri infantes. **Joh. ij.** Nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spūscō rē s; qd de infideli q̄ vult omnino baptisari ⁊ hoc desiderat ⁊ affectat. sed nō pōt ire. quia forte oc- cidit vel morit. Idem de infirmo qui nō pōt ire quia vel claud⁹ vel iacet in lecto. ⁊ nemo vult eū baptisare. **Dicēdū** q̄ in tali casu talis sanatur a christo. sicut iste fuit sanatus a christo ⁊ baptisa- tur baptismō fluminis. id est. spūsancti. **Et ideo christus. Ego** sitienti dabo fontem aque viue g- tis. ⁊ qui vicerit dabo ei hec rē. **Apocal. xxi.** **Et** iste sol⁹ sine ablutione aque curat⁹ ⁊ saluatus. **Quidē** ḡ cum alios curare noluit q̄ q̄ potest ba- ptisari ⁊ nō facit nō est salu⁹. ad ostendēdū vtu- tem cōtritionis. **Si** volum⁹ loq̄ de illa piscina in q̄tū significat cōfessionē. in illo q̄s pōt saluari si- ne cōfessionē sacramēta. si habet oportunitatez cōfiteri ⁊ nō vult. nō saluabit. **Autoritas** Pro- uerb. xxviii. **Qui** abscondit scelera sua nō dirige- tur. qui autē confessus fuerit ⁊ dereliquerit ea mi- sericordiā dei cōsequet. **S; si** ē aliquis in tali ca- su q̄ nō pōt ire ad cōfessionē. nec pōt ipm confes- sozē vocare. quia occidit vel morit subito. s; desi- derat ⁊ affectat animo cōfiteri. ⁊ habet cōtritio- nem de peccatis suis. talis sanat a christo supna- turaliter. ⁊ ex sola cōtritione. **Et iuxta istā** ma- teriam dicā vobis vnū miraculū. **In** quadā ciui- tate erat quedā mulier peccatrix. que fecit mltos homies peccare ⁊ occidere. ⁊ semel ip̄a venit ad audiendū rarū ⁊ ista venit multū bn̄ ornata. idō vt videret ab omib⁹ gentib⁹. ⁊ posuit se in loco vbi posset videri. **Contigit** q̄ p̄dicator tetigit de peccato luxurie. ⁊ quō erat magnū pctm̄. et ista habuit cōtritionē ⁊ incepit flere acriter cum ma- gno dolore intantū q̄ ipsa cecidit in terrā ⁊ mor- tua est. ⁊ gentes hoc vidētes dolebant. q̄ sine cō- fessione decessisset. **Et p̄dicator dixit.** **Bona** gēs orate deum p̄ ea. **Nā** cōtritionē habuit. ⁊ imedi- ate fuit audita vox de celo. di. **Frater** nō oret de- um p̄ ista. sed oretis eā vt oret p vob qm̄ ipsa est in paradiso. **Videatis** ergo q̄ ista nō venit ad pi- scinam cōfessionis. sed fides ⁊ cōtritio sufficiunt. **Unde** **David.** **Sacrificiū** deo spūs cōtribulat⁹ cor cōtritū ⁊ humiliatū deus nō despiciet. ps. i. **Sed** illis qui habēt tps ⁊ spaciū penitēdi nō va- let sola cōtritio sine cōfessione sacramēta. **Ideo** modo vadatis ad piscinā cōfessionis ⁊ laueti vos ibi. **Esa. j.** **Lauamini** mundi estote. **Tertio** vidē- dus est finis quare miraculū fuit factū. qz ad sa- nandum nō solū corpus sed etiā animā. vt viue- ret sine peccato. de hoc dicit thema. **Ecce** sanus factus es iā noli peccare ne deterius tibi aliquid contingat. **Et** circa hoc dicunt glose ordinarie q̄

iste erat infirmus ppter peccatū. **Et** ideo dicunt medici q̄ infirmitas que venit p renouationez ē peior q̄ pncipalis infirmitas. **Et** ideo iesus xps curauit istum. n̄ solum in corpe imo in anima. **Iuxta** dictū **Johis.** quia totū hominē sanum feci. **Joh. vii.** **Ite** dicit. date magnificentiā deo nr̄o. dei pfecta sunt opa. **Deutl. xxxij.** **Ex** quib⁹ auto- ritatibus habet ⁊ est regula theologie. q̄ de nō curabat vnq̄ corp⁹ sine curatione aie. **Inquit** ḡ vade iam noli peccare. **Nā** sicut medicus deserit infirmū recidiuantē. **Ita** christus recidiuantē in peccatis. **Nā** etiam medicus dat infirmo regimē ⁊ dietam. ⁊ sic iesus christ⁹ fecit. **Et** hoc ē quan- do post cōfessionē iniungit penitentia. **Et** si die- tam seruat peccator bene facit. sin autē reciduat ⁊ sic est. quia si centū curant de infirmitate. decē nō curant de recidiuatiōe. vt videt de iuda quē christus sanauit sibi om̄ia peccata dimittēdo qm̄ misit se in cura christi sed postea recidiuauit. idō christus ipm deseruit. quia triginta denarijs fu- it a medico distempat⁹. merito ergo dicit thema. **Ecce** sanus fact⁹ es. noli peccare. id ē. recidua- re. **Ideo** petrus. **Si** em̄ refugiētes coinquinati- ones mūdi in cognitionē dñi nostri saluatoris ie- su christi. his rursus implicati supant facta sunt eis posteriora deteriora priorib⁹. ij. **Pei. ij.** **Ite** **hiere.** **Curauimus** babylonem ⁊ non est curata derelinq̄mus ergo eam. **Curauimus** babylonez id est. psonā cōfusam ex peccatis. ⁊ nō est curata quia recidiuauit. **Ideo** derelinq̄mus eam. **Ecce** sanus factus es rē. corporabiliter. **Ideo** noli pec- care. id ē. recidiuare. **Itaq̄** bona gens om̄es in- firmi sumus veniam⁹ ergo ad piscinam vt mun- demur p penitentiā. et sanemur ab omib⁹ infr- mitatibus ⁊ peccatis nr̄is ⁊ p psequēs veniam⁹ ad gloriā.

Sabbato ante Remini- scere. Sermo p̄mus.

Hanciam⁹ bictria tabernacula rē. **Matth. xvij.** **Re-** citatiue aut in euangelio hodierno fm̄ feriam. **Ad** declarationē istius vbi et materie predicande est sciendum q̄ in sa- cra scriptura. doctrine euangelice deuote audite ⁊ auscultate tabernacula vocantur. **Nam** si bn̄ in- spiciantur vtilitates tabernaculorum recte appro- priantur euangelicis doctrinis. **Nam** quando fi- unt ab aliquibus armigeris tentoria seu taberna- cula sunt triplici ratione. **Et** prima ratio est pro ardore solis ⁊ hoc causa refrigerandi. **Secunda** contra venti impetum pro securitate. **Tertia** cō- tra pluuiam protegendo. omnes has vtilitates dant doctrine euangelice diligenter auscultate. et hoc s̄ triplicem defectum. **Et** primo doctrina euāgelica refrigerat et p̄uat hoiez s̄ stimulū et ardorē carnis. **Nā** mouet mltos ⁊ pmouet i peccā

Handwritten notes in the right margin:
 Baptisat p̄m
 factus h̄s m̄
 tate
 absoluit quoniam
 p̄m h̄s
 m̄ tate
 Sermo ab ip̄a
 17. Martij in
 sermone mor-
 tua et t̄ta
 sanata q̄

Sabbato ante Reminiscere

is luxurie. alios in auaricia. alios in alijs peccatis. Sunt ergo iste doctrine dantes refrigeriū ardore carnis. Secūdo in hoc mundo sunt magis venti et turbulenti et temptatiōes demonum in intra tabernaculū. id ē. orationē et cōtemplationem. Nam oratio et cōtemplatio excludūt tēptationes diaboli. Tertio sunt pluuie magne et diluuiā. et iste est mundus qui multas occasiones dat peccādi. Sed ingredi tabernaculum doctrine euāgelice et erit tūc remediū. Et ideo Esaias inquit de euāgelica doctrina. Sup om̄em gloriā p̄ctio et tabernaculū erit in vmbraclū diei ab estu. et in securitatem et absconsionē a turbine et a pluuia. Esa. iij. Item oratio v̄l cōtemplatio dat refrigeriū in die cōtra carnis ardorē. Ecce p̄maz vtilitatē. Item dat securitatē cōtra impetum vētorum. et hec est sc̄da virtus vel vtilitas. Itē absconsionē dat pluiarū. ecce tertia virtus. et sic ratione et autoritate hec doctrine apparēt tabernacula. et ideo tres doctrinas p̄dicare intendo. que erunt tria tabernacula. Faciamus hic tria tabernacula quod fuit thema nostrū. ergo p̄mo cōtēplabimur circa hanc trāsfignationē gloriosam tripliciter seu erit triplex cōtemplatio. Prima. quia hec trāsfignatio fuit gloriose celebrata. Sc̄da quia hec trāsfignatio fuit placide accepta. Tertia. quia hec trāsfignatio fuit pie abscondita. Ponamus ergo nos bona gens in his tribus tabernaculis v̄l in vno istorum. ¶ Dico primo quod fuit celebrata gloriose. quia in euāgelio dicitur. Assumpsit iesus petrū iacobum et iohannē fratres eius et duxit illos in montem excelsum seorsum. et trāsfignatus est ante eos et resplenduit facies eius sicut sol. vestimenta autē eius alba facta sunt sicut nix. Et apparuerūt illis moyses et helyas cū eo loquētes. Et hic dñi uolūto primū tabernaculū edificare. Tres ergo elegit iesus ut sequerentur eū. eis secretum ostensurū. quod duxit ad verticē montis. et dū ipse oraret trāsfignatus est. nō tñ quod mutasset figurā quā iam habebat. sed quia resplenduit ut sol. non ut solebat. sed incompatibiliter plus quā sol. sed in euāgelio dicitur ut sol. ideo quia in mūdo nihil lucidius inueniunt et nō solū in vultu et manibus. sed etiam et vestes erant ut nix licet et plus incompatibiliter. Et apparuerunt ibi. duo viri sancti et antiqui. scilicet Moyses et helyas. Intelligatis animā moysi. nam mortuus erat et aia ipsius erat in inferno sanctorū patrum. tñ helyas nō erat mortuus imo viuus. nam adhuc viuit in paradiso terrestri. Et iste debet p̄dicare tempe antichristi. et cōtra ipsum antichristum qui interficiet eum martyrisando. Et isti tres apostoli quibus nunquā viderūt eos. illico cognouerunt eos propter splendorē et viderūt eos loquentes cū iesu. Sed quod loquebantur nō dicitur per marcum nec per mattheum. sed dicitur beatus lucas. quod loquebantur ad inuicē de excessu passionis christi hierusalē serendo in illis diebus. Lu. ix. Hūc bona gens videamus

practicā. Isti sic stantes cū iesu Moyses et helyas adorauerūt iesum scientes iesum eē deū et hominē. et mirabantur quod plurimū quare ipse permittēt se ita cathenari. et a iudeis ligari. et hoc tñ pro peccatoribus cū solo verbo posset hoc facere multū admirātes de hoc. cum ipse gloriā angelis et omnibus alijs det et dicebant. O deus et quanta charitas ē ista. Singillatim totā eius passionem discurrendo et recitando excessus passionis. que passio dicitur excessus propter excessum dolorem et amorē quē in hoc nobis ostēsurus erat. quia sc̄deus diues ē in misericordia. et propter nimiam charitatem et misericordiā dilexit nos sicut quod habet ad Eph. ij. Deus autē qui diues ē in misericordia propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos. Ecce ergo quō gloriose est celebrata ista trāsfignatio. Et ecce primū tabernaculū. hic quiescimus contra impetum et temptationē diaboli. et hanc ad lram. Intremus tñ secreta. Et quero primo quare christus trāsfignari voluit. Secūdo de personis quas appellare voluit. ¶ Ad primū respondeo ut ostēderet intrinsecā gloriā et secreta sicut dictū est per doctores. declarem ergo quod quādo christus assumpsit humanitatem quare illā assumpsit videamus. Dico quod duplici de causa. Nam anima illico ut fuit creata in vtero virginis marie imediate tantā habuit gloriā quātam huius modo in celo et hoc propter eius diuinitatē. quia erat substantia spūalis. tñ erat abscondita in corpore. Et ideo dicitur. Vidim⁹ gloriā eius gloriā quasi vniuenti a patre etc. Joh. j. Corpus assumpsit nō gloriose sed passibile et mortale sicut nos. et plus quā quodlibet nostrum. et hoc nostra vtilitate. Sed de anima ē aliter. et hoc propter suā nobilitatē debuit per omnia fratribus assimilari. sicut quod legitur ad Hebr̄eos secundo. Unde debuit per omnia fratribus assimilari. at misericors fieret. In quo corpore anima gloriosa erat nō tñ videbat a gentibus. Quo credebat quod sicut corpus ita anima eēt passibilis quod christus mōstrare voluit nō sic eē. Ex ista ratione voluit ostēdere suā gloriā que supra corpus extitit et redundauit. Et audiat parabolā. si forte est aliq̄s homo male vestitus et est diuissimus gētes reputabunt illum pauperem. et ipse cōuocat omnes amicos et parētes suos. et ostēdit eis diuitias suas et tunc illū sequuntur gentes. licet ille male sit vestitus. Diues est sequamur ergo euz. Iuxta vulgare. quia denarij faciunt bonū socium. Iō xps voluit trāsfignari. Nam ita ipse p̄miserat dum dixit. Sunt quidam de hic astantibus qui nō gustabūt mortem. donec videāt filium hominis venientē in regno suo. Matth. xvj. Et dicebat de istis quos accepit modo secum. ¶ Moraliter per vobis. Et primo christus habuit gloriā et corpus erat passibile. Sic de animabus sanctis que transeunt de ista vita ad aliam. Nam primo anime sunt in gloria et corpora remanent hic in putredine

ne. tñ transfigurabit corpus nostrum in solie. s. resurrectionis et anima glorificata resumet corpus et redundabit supra corpus et illud dicitur glorificatum corpus clarum et clarior q̄ sol erit in die iudicij. Et ideo dicitur **Matth. xij.** Tunc fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorū. ¶ Ad secundam questionē quare singularit̄ accepit tres apostolos. et nō plures. nec omnes sanctos nisi istos duos tantū veteris testamenti vocavit. et sic q̄n̄. **3.** Dicitur sancti doctores q̄ in ore duorū vel trium stat omne verbum. si de numero queratur. Sed et si de personis. dico q̄ d̄ apostolis. q̄ hi erant christo familiares. quia promissione divina beatus Petrus erat iam papa constitutus ut melius sciret. Secundo vocavit Jacobū matrem. quia primus erat martyriū susceptur. ut habetur **Act. xij.** Occidit autem Jacobum fratrem Johannis gladio etc. Tertio vocavit Iohānem. quia fuit a deo virgo electus. et inter ceteros magis dilectus. ergo meruit a domino magis honorari. De alijs duobus. quia Moyses erat mortuus. iam erat mille anni. dominus autē transfigurationem voluit mortuum et viuum vocare ut iudex videret viuorum et mortuorum. nō sic de dñis temporalibus. quia illi nō iudicabūt mortuos. Ideo dicit. Nolite timere eos qui occidunt corpus. animā autē nō possunt occidere **Matth. x.** Ideo **Act. x.** Quia ipse est q̄ constitutus est a deo iudex viuorum et mortuorū. Sed quare magis Helias q̄ Enoch. cum esset sic viuus. questio ē insoluta. Et quare Moyses mortuus plus q̄ alij sancti patres. quia sunt plures mortui. maxime cū Abrahā esset captiuus. ideo dicit in sinu abrahe **Luc. xvj.** Ego dico vobis doctrinas varias circa hoc. Et capio vnā partem seu opinionē dicendo q̄ alij sancti patres nunq̄ ieiunauerūt quadragesimam. nisi isti duo. Habemus de Moysē. dicit **Exod. xxxij.** Fuit cum dño Moyses. xl. dies. et xl. noctes. panem nō comedit et aquā non bibit De Helia. **ij.** **Regl. xix.** Comedit et bibit et ambulabat in fortitudine cibi illius. xl. diebus et q̄braginta noctibus vsq̄ ad mortem dei ore. q̄a ergo quadragesimam ieiunauerunt. ideo meruerunt interesse transfigurationi. In quo clare patet quātū placet deo sacrum hoc ieiuniū quadragesimē. Ideo debemus ieiunare quadragesimam. et in die pasce erimus in transfiguratione. s. cōmunicando. et poterimus dicere cū apostolo. Nos autem omnes reuelata facie gloriā dei speculantes in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem tanq̄ a dñi spiritu. **ij.** **Corinth. ij.** Nota hic quō Christus Moyses et Helias ieiunauerunt quadragesimā. Et dic q̄ x̄ps ieiunauit orando. **Luc. vij.** Exiit in montem orare et erat prostratus in oratione dei. Moyses ieiunauit quadragesimam audiendo. **Exod. xxxij.** vbi dicitur q̄ steterat in monte cum dño. Helias ieiunauit iti-

nerando siue ambulando. **ij.** **Regl. xix.** Sic nos ad instar christi debemus vacare orationib⁹. ad **Eph. v.** Estote imitatores dei sicut filij carissimi pro omni orationē et obsecrationē orantes. Secundo ad instar Moysi audire missas sermones. et sicerim⁹ similes Moysi. Tertio ad instar Helie ambulare et ieiunare itinerando. quia cum ieiunatis orando sicut christus. et auscultando sicut Moyses. ieiunare debetis. sicut Helias itinerando. hoc est visitando ecclesias. quia in omnibus sunt multe indulgentie. et post ire ad vespas. et in posterum in pascha critis digni habere gloriā paradisi. Debetis etiam vos foretes his temporibus vestros libellos proponere et exceptiones et allegationes facere dicendo orationes. Paterni Ave maria etc. et post finem auscultando et orando itineretis. ut dixi vobis ut lucremini aliquid pro anima vestra vos diuites. Et recordemini quod dixit christus. Nolite murmurare inuicem. **Joh. vj.** Antiquit⁹ etiam his temporibus nō aperiebatur neq̄ forū tenebatur. tñ nunc est sic et hoc de primo tabernaculo. ¶ Secunda pars est in qua hec transfiguratio fuit placite accepta. scz ab apostolis Moysē et Helia. Istud patet. quia dicit sanctus Petrus. Domine bonū est nos hic esse. faciamus tria tabernacula. Fuit ergo placite accepta. quia cum x̄pus sic staret transfiguratus ipsi sentientes gloriam paradisi. dixit Petrus. bonū est nos hic esse quia gustauerat tabernā paradisi. q̄ dixit. Faciamus hic tria tabernacula. q̄si credendo q̄ Iohānes staret cum Moysē. et Jacob⁹ cū Helia. et q̄ ipse habitaret cum x̄po. S̄z circa hoc dicit sanctus Lucas. quia nesciebat qd diceret. Sed venit nubes splendida et obumbravit eos. Circa h̄ vide. Nam licet nubes de se sit clara. tñ propter impedimentū videtur esse sicut umbra. Et sic stantibus venit vox de celo di. Hic est filius meus dilectus. Et ceciderunt omnes in facies suas. Et apostolis factantibus venit Iesus et leuauit eos. et ipsi erecti viderunt q̄ Moyses et Helias iam recesserunt. Moyses ad locū sanctorū patrū. Helias ad paradysum terrestrem. Et circa hoc potestis cogitare q̄ quādo anima Moysi venit ad locū suū fuit interrogata. dicēdo. vnde venis quid vidisti. et respondit. vidi mundi redemptorē qui iam habet tot annos. cito veniet ad liberandum nos. o magnum gaudium fuit eis. Idem dicimus de Helia quādo socius suus Enoch vidit eum et dixit ei. o socie vnde venis in quo loco fuisti. Dicit mihi aliqua noua vidisti saluatorem. Certe respondens dixit. Vidi saluatorem. nam ego fui portator pro sanctum Michalem. et plene vidi dñm transfiguratum. et sibi totum recitauit. Considerate d̄ dolore alterius. dicendo. Cur ego nō fui. o cur ego nō fui. Tunc potuisset respondere. quia non ieiunasti. Ita de Moysē poterit quilibet cogitare. quot interrogationes facte fuerunt. et ideo su-

Sabbato ante Reminiscere

it accepta placite. // Sed quero que fuit ratio q̄
re christus nō respondit petitioni Petri dicētis.
Faciamus hic tria tabernacula. sed s̄m glosam.
vide q̄ nō respondit verbo eo q̄ nō fuit rōnalis
petitio ⁊ bene. sed dico iesum secrete respondisse
Nam Petrus petebat in illo monte gloriā suā
⁊ christus ostēdit q̄ fieri nō poterat quinq̄ ratio
nibus. Prima est p̄pter aduentum nubis. Ecce
facto respondit. Secunda p̄pter vocem patris.
Tertia quia ceciderunt. Quarta quia christ⁹ se-
cit eos surgere. Quinta quia neminē viderunt nisi
si christū. Et ideo voluit christ⁹ primo ostende-
re Petro quinq̄ anteq̄ deberet venire ⁊ habere
gloriā. ⁊ primo nubes venit. ⁊ ista significat pe-
nitentiā. ⁊ ideo Penitentiā agite appropinqua-
bit em̄ regnum celozū. Matth. iij. Ideo primo
facienda est penitentiā. Secundo vox patris in-
tonuit. Hic est filius me⁹ dilectus ipsum audite.
⁊ significat obedientiā. Ideo dicit. Si impi⁹ ege-
rit penitentiā ab omnibus peccatis suis q̄ ope-
ratus ē ⁊ custodierit om̄ia p̄cepta mea (Ecce obe-
dientia) vita viuet ⁊c. Ezech. xvij. // Tertio re-
quiri timor ⁊ humilitatiō. quia ceciderunt. Naz
quilibet sanctus timet in morte. Nā s̄m Philo-
sophū Finis omniū terribiliū est mors // Quar-
to christus venire habet ⁊ hoc in die iudicij quā-
do excitabimur a morte diuina virtute. ⁊ hoc h̄
innuī. quia christ⁹ fecit eos in sua transfigurati-
one surgere quādo eis dixit. Surgite ⁊ nolite ti-
mere. quia peccatores timebunt eius aspectum.
Sed dicit iustis. Nolite timere surgite. // Qui
to leuantes oculos neminē viderunt nisi solū Ie-
sum. vt intelligatur q̄ sola diuina essentia ⁊ nul-
la creatura est obiectum glorie siue vite eterne lo-
quēdo de gloria essentiali siue p̄ncipali. De quo
vide beatū Tho. s. pte. q. xij. arti. viij. in solu. ad
iij. Et ad hanc visionē nulla creatura p̄ sua natu-
ralia p̄tingere potest. vt idē beat⁹ Tho. pulchre
pbat eadem questioe. scz. xij. arti. iij. Et ideo di-
citur ad Rhoma. vj. Gratia dei eterna vita in
christo iesu. Illud ergo erit tabernaculuz. Igit̄
om̄ia ista habebat facere post. ⁊ isto modo respō-
dit christus facto. Et ideo in ps̄. Iudica me de⁹
dicit. Emitte lucē tuam ⁊ veritatē tuaz. ipsa me
de duxerunt ⁊ adduxerūt in montem sanctū tuū
scz in montē thabor. Ecce ḡ scdm. s. quō transfi-
guratio fuit placite accepta. Sequit̄ tertia pars
in qua fuit pie abscondita ista transfiguratio. Nā
textus dicit. Descendentibus illis de monte ⁊c.
Dixit eis iesus. Memini dixeritis visionē hanc.
donec videbitis filium hominis ⁊c. Sed quare
voluit abscondi dictam trāfigurationē. Respō-
sio s̄m doctores. ratio hui⁹ absconditiōis fuit pie-
tas christi ne apli ⁊ discipuli audiētes tantā glo-
riā de christo si eis fuisset dicta transfiguratio
reuelata. postea visa ignominia passionis christi
magis fuissent scandalizati ⁊ plus peccassent p̄

dendo fidem. Ideo ipsi tres apostoli tacuerūt ⁊
nemini dixerunt in illis diebus ex his que vide-
rant. Luc. ix. Credo tamē q̄ beatus iohes de li-
centia christi dixit virgini Marie gloriosaz xp̄i
transfigurationem. Ideo apparet q̄ christus ma-
gis voluit nostram saluationē q̄ suā gloriā cū
dicat. Ego non quero gloriā meā. est qui que-
rit ⁊ iudicet. Joh. viij. Et sic pie fuit abscondita
ergo nūc habetis tria tabernacula hic q̄scat ma-
xime his temporibus.

Sabbato añ Reminiscere. Sermo. ij.

Transfiguratus

est ante eos. Matth. xvij. Sermo
noster erit de sancta ⁊ gloriosa trā-
figuratione iesu christi. quia hoc re-
quirat euangeliū ⁊ continet magnas speculatio-
nes ⁊ doctrinas notabiles. Sed p̄mo salutē ⁊c
Transfiguratus est ante eos. In isto sermōe cogi-
taui tenere modum impatorū ⁊c. Nota historiā
euangeliij l̄raliter dicit Mat. supra. q̄ vna die
christus dimissis alijs discipulis ⁊ apostolis re-
cepit Petrū ⁊c. Dicunt glose q̄ mons ille voca-
tur thabor. qui dicit̄ sanctus ex multis ⁊ magnis
miraculis a deo factis. ⁊ transfiguratus est ante
eos. scz Petrū ⁊ Jacobū ⁊ Johannē. ⁊ resplen-
duit facies eius sicut sol. nō dicit q̄tum sol. quia
sine compatiōe facies christi plus resplenduit.
sed quia in hoc mundo nihil est clarius sole. Iō
euangelista compauit eam luci solis. Idem d̄ ve-
stimentis eius sicut nix. imo sine compatiōe pl⁹
q̄ nix. sed nihil in mundo albius niue. Et venit
anima moysi. qui fuerat mortu⁹ p̄ mille. ⁊.cccc.
annos. Item Helias venit qui fuerat ante p̄ mil-
le annos translatus in paradysum terrestrem añ
aduentū christi. ad ostendendum vt dicunt glo-
se. q̄ christus est domin⁹ viuozū p̄pter Heliam
qui nunq̄ mortuus est. nec morietur donec veni-
at antichristus. ⁊ mortuozum p̄pter Moyse q̄
mortuus est ante vt dictum est. Petrus autē q̄
ibi erat videns illam claritatem ⁊ gloriā gau-
sus est inestimabiliter. ⁊ tunc dixit christo. Do-
mine nō recedamus de loco isto. sed faciamus h̄.
⁊c. Nam petiuit p̄ se ⁊ non pro Jacobo ⁊ Johā-
ne. quia faciebat compotum q̄ Johannes qui
fuit speculatiuus valde esset in tabernaclo moy-
si. qui etiā fuit valde speculatiuus. ⁊ Jacobus
qui faciebat penitentiā esset in tabernaclo He-
lie. qui magnā faciebat penitentiā. ⁊ ipse facie-
bat compotum suum q̄ esset in tabernaculo chri-
sti. ⁊ sic bonus homo diligebat meliorem partē
esse cum christo ⁊c. Et post nubes obumbravit
eos. ⁊ ceciderunt p̄ timore in facies suas ⁊ ve-
nit vox de nube scz patris dices. Hic est fili⁹ me⁹
dilect⁹ in quo mihi bñ cōplacui audite ipm. id ē.
eius doctrinam indubitanter ⁊ sine dubio recipi-
atis. quia non potest fallere neq̄ falli. Cogitab

quādo **Helias** reuersus fuit ad paradīsum terre
 ſtrem. quales queſtiones fuerunt inter ipſum et
Enoch ſocium ſuum. **Queſuit** em̄ **Enoch**. **O** ſo
 cie beneueneriſ. mirabar em̄ vbi eratis. **Reſpō**
dit Helias. **O** bona noua. **Et** que? **Ego** venio d̄
 ſaluatore ⁊ filio dei. qui recepit carnem humanā
 vt ſaluet homines. ⁊ habet tot annos et cito re /
 cipiet paſſionem. **O** miſer dicebat **Enoch** q̄ non
 fui dignus videre eum. nec eſſe vobiſcū ⁊c. **I**dē
 de anima **Moysi** quādo exiuit lymbū. dixerūt
 alij ſancti patres. o vbi eſt **Moyses**. quia ibi om
 nes cognoſcebant ſe. ⁊ quādo redijt dixerunt. o
 dñe bñueneritis vbi fuiſtis **Reſpōdit Moyses**
Gaudete. ego porto vobis meliora noua q̄ vn /
 q̄ audiuiftis. **O** illum quē ſperabam vidi. o do
 mine dicatis pro certo. **Ego** vidi ſaluatorē ⁊ lo /
 cutus ſum ſecuz ⁊ breuiter veniet ad redimendū
 nos. **Et** eſt iam trigintatriū annozū vel citra. ⁊ p̄
 dicabat eis quicquid audierat ⁊ viderat a chri /
 ſto. **Sed** quare iſti duo fuerunt in tranſfigurati /
 one pluſq̄ alij ſanctorū declarabiſ poſtea. dic̄ er
 go thema. **Tranſfiguratus** eſt ante eos. dicit **Lu**
cas q̄ apoſtoli nemini quicq̄ dixerunt. ⁊ quādo
 venerunt alij apoſtoli ad **Petrū Jacobū ⁊ Jo**
hannē. **O** bñueneritis dicatis nobis ⁊c. nō dire
 runt ſecretū eſt. **Q**uōdo veniunt queſtiones pri
 mo de themate. **Tranſfiguratus** eſt ante eos. **Q**ue
 ritur vnde venit tantus ſplendor xpi in facie ⁊ tā
 ta albedo in veſtimētis. **R**eſponſio q̄ doctrina
 eſt theologie. q̄ chriſt⁹ in inſtanti ſue cōceptiōis
 habuit tantā gloriā ⁊ ſapientiā in anima quātā
 habet modo in celo. ſed corpus in ſua ſenſualita
 te fuit paſſibile ⁊ mortale. **R**atio hui⁹ fuit. quia
 chriſti anima habet maiorē cōformitatē cuz filio
 dei q̄ corpus. quia eſt ſubſtātia ſpūalis. ſicut di
 uinitas. ⁊ decebat vt eſſet glorioſa ppter digni /
 tatem diuine pſone cui immediate vnicebat pſo
 naliter. **I**deo **Joh. i.** dicit in pſona iſtorū trium
 apoſtolorum. vidimus nos. ſ. **Petrus Jacob⁹ ⁊**
Johānes gloriā eius. q̄tum ad animā. ⁊ corpus
 remanſit paſſibile p noſtra neceſſitate. ſ. redem /
 ptione. **N**ōne ſic oportuit chriſtū pati. ſ. p nob.
 ⁊c. **C**um igit̄ queritur vnde venit illa claritas.
Reſpondeſ q̄ claritas anime redundauit in cor
 pus. nō habitualiter ſed actualiter ipſum illumi
 nans. **D**e hoc vide bñm **Tho. iij. di. xvj. q. ij. ar.**
ij. **I**tē tertiā pte. q. xlv. ar. ij. **U**t candela accēſa i
 tra lucernā illuminat eā. ſic claritas aie exi⁹ iteri⁹
 illūinabat corp⁹ exteri⁹. iō reſplēduit facies ei⁹ ſic
 ſol ⁊ veſtimenta eius ſic nix. ⁊ tranſfiguratus eſt
 ante eos. **D**e iſta tranſfiguratiōe chriſti ſubtiliſſi
 me determinat beatus **Tho. iij. ſcrip. diſt. xvj. q.**
ij. ⁊ iij. pte. q. xlv. in pluribus articulis **¶** **S**ecū
 da queſtio quādo voluit tranſfigurari quare re
 ceſſit ab alijs apoſtolis. ⁊ venit in altum montē
 ⁊ deſertum ⁊ inhabitabilem. ⁊ non in plano. ⁊ co
 ram alij apoſtolis ⁊ diſcipulis. **R**eſponſio. bone

gentes ſciatis q̄ p nobis fecit ⁊ noſtro exemplo
Unde ⁊ tempus quadrageſimale eſt mons altus
 ⁊ deſertus. ⁊ tempus carnale eſt locus baſſus et
 delitioſus. **A**utoritas **Matth. vij.** **L**ata porta ⁊
 ſpacioſa via eſt que ducit ad pditionem ⁊ multi
 ſunt qui intrant p eam. **S**ed modo boni chriſti
 ani aſcendunt montem penitentie dimittēdo de
 litias pompam ſupbiam peccata negocia ſolatia
 ⁊c. **J**uxta illud **Eccl. ij.** **V**enite aſcendamus ad
 montē dñi. ſc̄z montē penitētie. hoc eſt domini.
 actiue. quia ipſe ordinauit. ⁊ paſſiue. quia ipſe ſu
 ſtinuit. in monte quadrageſimali chriſt⁹ tranſfi
 guratur. de figura iuſticie rigoroſe in figuram mi
 ſericordie copioſe ppter noſtrā penitentiā. **U**n
 de ppheta dicit p̄. c. **Tu** exurgens miſereberis
 ſyon. quia venit tempus miſerendi eius. ſc̄z qua
 drageſime. **N**ota tu exurgens. ſ. in nobis in tem
 pore miſereberis ſyon. ſ. anime. quia venit tem
 pus miſerendi. ſ. quadrageſimale **E**t concordās
 apoſtolus dicit. **H**ortamur vos ne in vacuū gra
 tiam dei recipiatis. ait em̄ tempore accepto. ſc̄z q̄
 drageſimali exaudiuit te. ⁊ in die ſalutis adiuui.
 ⁊c. ij. **C**orinth. vij. **¶** **T**ertia queſtio quare xpus
 quādo voluit tranſfigurari nō aſſumpſit niſi tres
 ſecum. ſc̄z **Petrū Johannē ⁊ Jacobū**. **R**eſpon
 ſio. q̄ ſingulariter recepit iſtos tres ad denotan
 dum q̄ tres conditiones pſonaruz ſunt digne p̄
 ceteris ad cognoſcendū ſecreta dei. **P**rimo plati
 ⁊ ep̄ſcopi p̄ **P**etrum deſignati quem iaz chriſt⁹
 elegerat in platum. dicit beatus **Thomas** in q̄t
 liberis. q̄ p̄ ceteris ep̄ſcopus debet ſcire ſacrā
 ſcripturam **D**icit etiā beatus **Thomas** in quotli
 betis quotlibeto primo. q. vij. ar. vij. q̄ ep̄ſcopi
 ⁊ doctores theologie ſunt ſicut p̄ncipales arti
 fices in edificio ſpirituāli. qui aut̄ vacant ſaluti ali
 cui⁹ in particuli ſunt vt manuales. ſic igitur p̄
 ceteris ep̄ſcopus debet ſcire ſacram ſcripturam
 ſed ſimplicibus ſacerdotibus ſufficit intelligere
 grammaticā. alias nō debent p̄moueri ad ſacer
 dotium nec ad ordines. **C**urati vero animarum
 tenentur plus ⁊ vltra ſcire. ſ. formam ſacramen
 torum. ſ. que eſt forma abſolutionis baptiſmi et
 ſimilia. alias in piculo anime ſue recipiūt curam.
Debent etiam ipi ſcire ea que faciunt difficul
 tem in ſacra ſcriptura. de hoc **A**utoritas. ſ. **Peſ.**
ij. **D**ominū ieſum ſanctificatē in cordibus veſtri
 parati ſemp ad ſatiſfactionem om̄ipotēti vos ra
 tionem de ea que eſt in vobis fide ⁊ ſpe. **S**ecun
 do **Johānes** erat virgo purus corpore ⁊ mente.
Ideo chriſtus virginem matrem virgini cōmen
 dauit. quia chriſtus dixerat. **Matth. v.** **B**eati
 mundo corde quoniam ipi deum videbunt. **E**t ſi
 gniſicat q̄ mūdi ⁊ puro corde videbunt deum.
Tertio **Jacobus** fuit aſſumptus. quia primus
 qui debuit per martyrium paradīſum intrare.
 de apoſtolis extitit. **I**deo chriſtus voluit eum
 conſolari oſtendens ſibi aliquo modo gloriā.
 p̄ 2

Sabbato ante Reminiscere

Juxta illud. beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam quoniam ipsorum est regnum dei. **M**atth. v. Ad ostendendum quod illi qui sustinetur passiones et tribulationes pro salute animarum et proximi videbunt gloriam dei. vel dicit quod christus assumpsit ad gloriam suam primo innocentes figuratos per Iobem ps. Innocentes et recti corde adhe serunt mihi. Secundo obediens. quia assumpsit Petrum. qui obediens intelligitur. **M**atth. xix. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Tertio penitentes. quia assumpsit Jacobum qui supplantatio intelligitur. quia penitens supplantat diabolum per contritionem. mundum per confessionem. corpus per satisfactionem et christus assumpsit ad gloriam. Agite penitentiam quoniam appropinquabit regnum celorum **M**atth. iij. **¶** Quarta questio quare de sanctis veteris testamenti solum fuerunt ibi duo scilicet Helias et Moyses. et quare plus illi quam alii. **H**ic quomodo anima Moysi venit de limbo qui est in medio terre. et Helias de paradiso terrestri portatus fuit per angelum. **P**ro quo nota sunt beati Thom. iij. pte. q. xl. ar. iij. ad secundum et tertio script. dist. xvj. q. ij. arti. s. ad quantum. quod Moyses tunc sibi non sumpsit proprium corpus sed aliud sicut angeli. Helias autem habuit proprium corpus et venit illuc de paradiso terrestri. **N**on autem de celo empireo. hec ille. Sed quare plus anima Moysi quam Ade vel Noe. et quare plus Helias quam Enoch. **R**esponso quod causa fuit. quia de aliis omnibus sanctis qui fuerunt ante aduentum christi nullus ieiunauit quadragesimam nisi isti duo. de Moyse dicit textus **E**xo. xxij. Ingressusque Moyses medium nebule ascendit in montem et fuit ibi quadraginta diebus et quadraginta noctibus. **I**ter **E**xo. xxij. Fuit cum domino Moyses quadraginta dies et quadraginta noctes panem non comedit et aquam non bibit. **D**e Helia dicit textus. iij. **R**egum. xix. Surgens comedit et bibit et ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus et quadraginta noctibus usque ad montem dei oreb. **I**sta est ratio moralis. id est si vultis esse in societate christi in transfiguratione in monte glorie quadragesimam ieiunetis. **Q**uis vestrum poterit dicere quod de toto tempore vite sue ieiunauit unam quadragesimam integram et perfecte. credo quod pauci sunt. quod libet excusat se a ieiunio aliquo modo. aliqui dicunt habeo cordis dolorem ex ieiunio. aliqui **D**ico ego non possum dormire stomachus nocet mihi. **I**deo ut boni milites in bello armetis vos ieiunare sine timore. **D**eclare per casus. si sit hic aliquis homo qui commiserit unum magnum crimen contra regem propter quod rex dat sententiam vel quod induat propter illud crimen loriam ferream ignitam vel camisiam delicatam. nonne esset benefa tuus si indueret loriam ferream ignitam. **S**ic omnes nos bone gentes criminosi sumus ex peccatis nostris et sententiati. **I**deo oportet recipe iuxta

sententiam dei loriam ignitam vel vestiri habemus camisiam penitentiae. ieiunando vel abstinendo vel vestiri in alio mundo in inferno loriam ignitam. scilicet penam inferni ubi est ieiunium. ita strictum quod nec guttam aque potestis habere. **E**x quo noluerunt hic ieiunare ieiunabunt in inferno. ut patet de diuite epulone. **L**uc. xvj. quod modo. **M**atth. cc. anni sunt et ultra quod ipse petijt unam guttam aque quotidie ieiunando et non potest obtinere. dicit textus. cum esset in tormentis eleuauit oculos etc. **¶** Nota quod anima sepata habet oculos. ut refrigeret linguam meam. **N**ota etiam quod habet linguam. sed est sententia data a rege christo. **L**uc. xij. nisi penitentiam habueritis omnes simul pibitis. **I**am videamus quomodo isti tres. scilicet Christus Helias et Moyses ieiunauerunt quadragesimam. christus ieiunauit orando. **L**uc. vj. Erat pernoctans in oratione dei. **M**oyse ieiunauit deum audiendo Helias ambulando. **H**is tribus modis debemus ieiunare. **P**rimo audiendo missas. **S**ecundo diuina officia. **S**ecundo orando. scilicet mane et vespere. **N**ota modum orandi etiam. oratio humiliantis se penetrat nubes. **E**ccli. xxxv. **¶** Tertio debemus ieiunare ambulando. scilicet ecclesias visitando. hospitalia. indulgentias etc. his modis eritis istis tribus similes. et de vobis verificabit illud **D**avid. **I**bit de virtute in virtutem et videbit deus deorum in syon. **P**s. lxxxiij. **¶** Quinta questio quia dicit euangelium quod apparuerunt illi Moyses et Helias loquentes cum eo. **D**e quo loquebantur cum christo. quid dicebant et quid loquebantur. **M**attheus non dicit. sed **L**ucas declarat quid dicebant. **L**uc. ix. Ecce duo viri loquebantur cum eo. **E**rat autem Moyses et Helias visi in maiestate dicebant excessum eius quem completurus erat in hierusalem. **L**ucas declarat plamentum dicens. loquebantur enim de passione quam debebat sustinere christus pro nobis in hierusalem. **N**ota excessum sue passionis. magnus excessus perdere totum sanguinem pro nobis. **C**onclusio est theologorum quod minima gutta sanguinis christi erat sufficiens ex valore diuinitatis. ex infinita charitate christi ad redimendum milia mundos. **D**e hoc videbitur **T**homas. iij. pte. q. vj. arti. v. tertium ar. vj. ad sextum et tertio script. di. xx. ar. iij. ad quartum et sextum. qui dicit quod una minima passio christi sufficeret pro omni peccato et ipse effudit totum sanguinem et multoties effudit. **P**rimo in circuncisione. **S**ecundo in oratione **L**uc. xxij. Factus est sudor eius sicut gutte sanguinis decurrerit in terram. **T**ertio in flagellatione. **Q**uarto in cruce. **¶** Qualis excessus effudere totum sanguinem per peccatore homine. **I**am videamus practicum illius parlamentum prout rationabiliter potestis cogitare fuisse factum Moysi et Helie in monte. **P**rimo Moyses incepit. **D**omine saluator mundi ergo deliberastis ut sitis capiendus ligandus male tractandus pro homine ut nos credentes

Sermo

et obedientes liberemur a potestate diaboli. **D**ñe qualis excessus esset q̄ rex vellet acceptare mortem p̄ famulo p̄ latrone qui fecit crimē et cōmisit. Ab alia pte helias clamādo dixit. Et vultis flagellari et verberari p̄ homine vos q̄ creatis illum et vultis tantū humiliari. **D**ñe qualis excessus charitatis erat iste. Et iterū Moyses. **D**ñe qualis erit excessus iste. quia iam de libertatis coronari corona de spinis. Et helias **D**ñe vultis despici et vitupari. Deinde Moyses. **D**ñe vultis suspendi in ligno. **D** qualis excessus. Deinde helias. **D**ñe vultis mori vt peccatores viuant vita eterna. Ecce quō dicebāt excessum passionis christi et charitatis in misericordia. De hoc apostolus. Deus qui diues in misericordia ppter nimiam charitatē suam. s. excessiuam charitatem qua dilexit nos et cū essemus mortui peccatis conuiuificauit nos in christo. Ephes. ij. **M**oraliter habem⁹ hic exemplū si christ⁹ tantum fecit p̄ nobis. et nos debemus facere aliqd̄ p̄ ipso. saltem redimere peccata nostra p̄ penitentiam. Unde apostolus ad Heb. xij. Recogitate eum qui tālem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum cōtradictionē vt nō fatigemini animis vestris deficientes. nō dum em̄ vsq̄ ad sanguinem restitistis aduersus peccatū expugnantes. Multi sunt qui nō timēt leonē vel vsq̄ agredi. vel ire ad guerram et exponere se morti. et tñ timent vnā quadragesimā ieiunare que nō est piculū mortis sed sal⁹ corporis et aie. **S**exta questio. quod fuit motiū Petri dicētis. **D**ñe faciamus hic tria tabernacula. Responsio q̄ Petrus sciebat p̄phetiam Dauid de hmoi transfiguratiōe dixisse. Emitte lucem tuā id est christū qui ē lux. Joh. viij. Ego sum lux mundi. et veritatē tuam. s. christum qui est veritas. Joh. xiiij. Ego sum via veritas et vita. ipsa me deduxerunt. dicit p̄pheta. et adduxerunt in montē sanctū tuum. scilz thabor. **D**icit Petrus. Ego habeo lucem et veritatem mecū. s. christū et duxit me in montē sanctum suum. s. thabor. opto etiā tertius. s. et introduc me in tabernacula tua. et ideo vt p̄phetia cōpleretur petiuit fieri tria tabernacula nesciēs qd̄ diceret. Nota dicit Lucas q̄ illa tria tabernacula sunt in celo. s. tres hierarchie angelorum et in q̄libet hierarchia sunt tres ordines angelorū. In prima hierarchia sunt angeli archangeli et c. dicant hic. Et de istis loquebat Dauid et Petrus cogitauit q̄ in monte thabor essent fienda. Ideo dicit Lucas nesciēs quid diceret. Et in p̄mo tabernaculo. i. in prima hierarchia ibunt penitētes qui habēt cōtritionē de peccatis suis. qui habēt p̄positum emendandi vitā suam. et nō redire ad peccata sua et cōfiteri. et sic isti erunt in societate helie. Ideo christus Matth. iij. Penitentiam agite qm̄ appropinq̄bit regnū celorū. In secūdo tabernaculo. s. secunda hierarchia ibunt p̄siden-

tes. s. boni dñi tempales. quādo bono titulo habent titulum dominij et seruāt iusticiā et c. Itē p̄lati qui bono iure nō symoniacē intrauerunt non p̄fās dñorū nec manu armata qui plus curant de salute animarū q̄ de redditib⁹. ibunt cū moyse qui fuit p̄latus populo dei. Ideo dicit vnum helie et vnum Moysi. Ideo scriptura loquens de istis dominis dicit. Si delectamini in sedibus et sceptris. **R**eges populi diligite sapientiam vt in p̄petuum regnetis. Diligite lumen sapientie omēs qui p̄estis populis. Sapici. vj. Nō diligite sapientiam ad bñ gubernandū p̄sonā vestrā et populū vobis cōmissum. In tertio tabernaculo siue in tertia hierarchia ibunt p̄sone excellentes in vita apostolica. p̄m apostolū. habentes alimenta et tegumenta q̄b⁹ tegamur his contenti sum⁹ et c. De istis dicit christus. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnū vt edatis et bibatis sup̄ mensam meā in regno meo Lu. xxij. Et isti erunt cum christo in tertio tabernaculo. Ideo dicit faciamus hic tria tabernacula et c. id est edificemus meritoze in p̄senti vita tria tabernacula et sup̄ius habebim⁹ possessionē in gloria et c. **S**eptima questio quare christ⁹ p̄cepit illis apostolis ne alicui dicerent. s. tantā gloriā cū tñ fuisset magna consolatio et gaudium alijs si sciuisent. Responsio q̄ fecit ad vtilitatem aliorum apostolorū. sciens christus q̄ omēs debebāt p̄dere fidem. ideo magis peccassent si sciuisent illam gloriā. In quo videt plus dilexisse bonū apostolorū q̄ suam gloriā. Joh. viij. Ego gloriā meā nō quero. vbi Moraliter ostēdit nob̄ ne in bonis opibus queramus gloriā. sed interrogate cor vestrum qd̄ nō mentiat vobis: quare vultis hoc facere. si p̄ vana gloriā. **N**ō faciam quia christus noluit gloriā tempalem. quanto magis nos nō debemus velle. Unde apostolus ij. Corin. viij. prouidentes bona nō tantum coram deo sed etiam coram hominibus. si vultis facere bonum opus ppter hoc vt deus det vobis remissionem peccatorum et finaliter gloriā. **S**tunc non queritis vanam gloriā. sed gloriā dei et c.

Dñica reminiscere. Sermo

Ecce mulier chanaan. Matth. xv. Et recitatie in euangelio hodierno. Intentio ē vniūsalis ecclesie fideles homines ad orationem puocare. Sicut in dñica p̄ime lapsa puocauit ad ieiuniū. Quia ieiuniū et oratio sunt duo opa necessaria ad verā penitentiam. Et est ista ratio. Nam omēs formati sumus de duabus contrarijs substantijs. ex pte. s. carnis ex substantia carnali. Et ista inclinat nos semp̄ ad malum et ad terrena. et ex anima que appetit spiritalia et celestia nisi a carne impēdat. et sic sibi contrariatur.

Domínica Reminiscere

7 nunq̄ est inter eas requies vera nisi in christo 7 in virgine Maria. Et ideo dicit ad Gal. v. Caro em̄ concupiscit aduersus spiritū. spūs aut̄ aduersus carnem. Hec enim sibi inuicē aduersantur vt nō quecūq̄ vultis illa faciatis. Sunt em̄ p̄traria 7 nunq̄ ē pax inter eas. Et sancta mater ecclesia videns hanc cōtrouersiam sciens animā habere iusticiam. iuuat ip̄am animā 7 ordinat contra carnem afflictiones 7 ieiunia. 7 hoc dñica p̄terita quō ieiunio caro refrenat. Et hodie ordinat orationem qua anima eleuatur ad deum. et sic nō solum habebit victoria de carne. sed etiam de demonibus qui etiam laborant continue vt p̄damus illam gloriā quā ipsi pdiderunt. Ideo dicit christus 7 scribit Mar. ix. hoc gen̄ demoniorum in nullo expellitur nisi in oratione 7 ieiunio. Et puocati fuimus ad ieiuniū exemplo xp̄i nobis propositi. Nec est verum vt quidā rudes 7 ignorantes dicunt q̄ christus. xl. panes assumpsit secum in monte. quia nullam refectionē carnalem suscepit. Ideo dicitur Matthei. iij. Et cū ieiunasset quadraginta diebus 7 quadraginta noctibus postea esuriit. Idem beatus Lucas iij. Et nihil manducauit in illis diebus. Si ergo christus qui nullam habebat cōtradictionē carnis 7 spiritus ieiunauit q̄to plus nos. tamē q̄ ipse qui est dñs 7 redemptor ieiunauit quid nos miserari facere debemus quasi arguendo per locuz a minori. Sic 7 nos hodie mater ecclesia puocat ad orationem instruens nos exemplo cuiusdam infidelis chananee p̄ nostra verecundia vt fortius oremus. Ideo dicit ecclesia. Ecce igitur mulier chananea. Ecce demonstratiuū 7 infidelē demonstrat vt melius puocemur ad orationes. Et ista mulier seruauit tres conditiones orationi necessarias.

Primo fuauit verā fidelitatem

Secūdo firmā stabilitatem

Tertio seruauit verā humilitatem

Omnia ista tangunt in themate. p̄mum. q̄ ecce. scdm̄. quia mulier. tertiu. chananea. Sed de his intricacionibus nō curo. Sed ego volo ista tria trahere ex euangelio 7 nō ex themate. p̄mum q̄ habuit veram fidelitatem nō obstante q̄ esset genere infidelis tñ habuit istā. Nam dicit in euangelio. Egressus iesus secessit i p̄tes thyri 7 sidonis. Et ecce mulier chananea a finibus illis egressa exclamauit dicens ei. Misere mei dñe fili dauid filia mea male a demonio vexatur. vbi dicitur q̄ christus exiens de nazareth venit in partes sidonis vt apparet. Matthei. xiiij. Et benedictus dñs cepit exequi officium predicationis 7 noluit i aliqua ciuitate longe quiescere nec in castro. sed vt necesse erat tempus ad predicandum. Sicut videmus in sole qui cum oritur nulli se quieti reponit sed facit suum cursum. quia alias p̄fecte nō illuminaret. Ita christus suum cursum fecit amo-

rem 7 ardorem dans gentibus. Et ideo dicitur. Visitauit nos oriens ex alto illuminare his q̄ in tenebris r̄. Luc. j. In tenebris. id est. in erroribus existētes illuminabat 7 calefaciebat eos qui erant in ymbra mortis. quia erant indurati 7 direxit pedes in viam pacis. Ideo dicitur in euangelio. Egressus iesus r̄. Et nō dicit vnde. Sed declarauit sup̄ius 7 sequitur. Ecce mulier chananea. Et dicit chananea quia terra p̄missionis erat habitatio chananeorum quos tempore Josue iudei expulerunt 7 remansit ista. Ideo dicit chananea. Ista p̄mo nō credebat deum nec sperabat resurrectionē. Ideo mortuo viro ipsa r̄mā sit cum vnica filia. In cui⁹ corpe diabolus intrauit 7 affligebatur multū vt poteris videre i omelia hodierna. Semel proiciēs illā in aquam 7 semel in igne. Et ista chananea audiēs q̄ iesus trālibat p̄ illas partes tot miracula faciendo 7 faciebat audire surdos. claudos ambulare. Hec ergo mulier accessit ad iesum vociferando 7 multum acriter flendo 7 dicendo. Iesu fili dauid misere mei. Hic nō fidelitatem quā hec mulier incepit habere. quia cum eēt infidelis pagana de genere chanaā. Nihilomin⁹ maximā habuit fidem quā ostēdit facto 7 verbo. p̄mo facto. quia nō duxit secum filiā suam. nō quesituit p̄sentiam christi vt p̄ncipes synagoge. Matthei. ix. Et regulus Job. iij. nec recurrit ad diuinos. Origenes. Nō accedit ad petrum. nō rogat Jacobuz. nec obsecrat Johannē. nō interpellat apostoloruz choz. sed p̄re omnibus illis accipit penitentiam comitē que aduocati locum adimpleuit. 7 sic ad summū pietatis presidem perrexit. hec ille. **S**ecundo ostēdit suam fidelitatem in verbo di. Misere mei dñe fili dauid. Nō est in actibus meis bonus nō est mihi de cōuersatione fiducia. ad misericordiam tuā cōfugio. misere inquit mei. i. peccatridi diurnorum malozū. Quotidie cruciat⁹ quotidie gemitus meos video. quo pergaz in heremum ire nō audeo nec illam solam relinquere. In domino sedere nō possum. quia intrinsec⁹ est inimic⁹. Terno em̄ oculos transuersos. aspectum sanguineum manus intortas. crinem. dissolutū. ora spumantia. inimicū incēdentē 7 nō apparentē. neminem interrogantem 7 illā cum clamore loquentē misere mei dñe fili dauid. Et hic habem⁹ duas doctrinas. vna est moralis. alta est speculatiua. Et p̄mo videamus speculatiua. Et quero que fuit ratio. quare ista mulier vocauit Iesum filium dauid 7 nō filiū dei. quia xp̄s fm̄ humanitatem erat filius seu de stirpe dauid. sed fm̄ diuinitatem filius dei 7 cum plus posset vt de⁹. videatis hic secretū. Apparet q̄ ista mulier audierat ore humano aut spūs sancti. Nā dicit q̄ rex dauid tangebatur bñ cytharā 7 q̄ rex saul detinebatur multotiens p̄ demonem 7 dauid tangēdo cytharam expellebat demoniuz a rege saul. vide textū

Sermo

de hoc. j. Regl. xvj. quō spūs malus arripiebat saul. et tunc Dauid tangebāt cytharam. **I**do quā cūq; spūs malus arripiebat saul tollebat dauid cytharam et pcutiebat manu sua. et recedebat ab eo spiritus malus etc. Timebat ergo demon sonus illius cythare. certe nō. vel timebat sanctitatē dauid. nō. quid ergo dicendum. **V**idete ista cythara sicut dicitur glose figurabat illam cytharam crucem dñi nostri iesu christi. **N**ā sicut cythara fit de ligno arido. ita crux christi. quia annis mille ducētis pteritis fuit illud lignum scissum ut prius die dixi in primo sermone cuius thema. **E**cce sanctus factus etc. **I**te quia in cythara sunt quattuor paria funiculorū magis tracta q̄ in alio instrumento et habet clauellas aliq̄s. **E**t ista cythara significat crucem. et funicula significāt mēbra christi q̄ fuerunt attracta in cruce et nerui cum clauis. **E**t clauelle ille significant clauos cum quib; Iesus christus fuit conclauatus. **I**tem cythara facit sonū valde acutum. **N**am benedictus iesus fecit septē sonos in cruce. **E**t primus fuit quādo dixit. **P**ater dimitte illis. quia nesciunt quid faciunt. **N**am pater ipse paratus erat recipere vindictam et omnes illos damnare. **N**am credebant se crucifixi se peccatorem et crucifixerūt dñm et saluatorem. **E**t iste sonus significat dñm nostri iesu christi deitiam. **S**ecūdo fuit quādo dixit latro. **B**onum me memento mei dñe venis in regnum tuum. et dixit illi. **A**men dico tibi hodie mecum eris in paradiso. **L**uc. xlii. **E**t iste significat sonum inestimabilis misericordie cum peccatore. **T**ertius fuit quādo dixit matri sue flenti. **M**ulier ecce filius tuus signando vsus iohannē. qui sonus significat incorpabilem sonum pietatis. **Q**uartus fuit quādo apostoli et amici recesserunt eū derelinquēdo et dixit alta voce heli heli lamazabatani etc. **N**ō tamē credatis q̄ ipse eēt a deitate derelictus nō sed ab apostolis et amicis et iste sonus erat compassiōis et hoc ppter amicorū dilectionē. **Q**uintus fuit quādo dixit sitio. **N**am ipse desiderabat infidelium cōuersionē. et sic erat cātus incompatibilis charitatis. **S**extus fuit quādo dixit consummatū est. qui sonus incompatibilis et infinite erat constantie. **S**eptimus fuit quādo dixit. pater in manus tuas commendo spiritū meū. **E**t ista cantilena fuit infinite confidentie dans exemplum cuilibet christiano. **E**cce ergo cytharam dauid. **E**t demon intelligens. hoc secretum fugiebat regē saul relinquendo. **E**t de hoc iam spirata ista chananea dixit. **M**isere mei dñe fili dauid. quia filia mea male a demonio vexatur. **L**oco iā allegato. **S**ecūda doctrina est moralis p quo notandum. quādo predictam filiam demon inflabat. **I**nterdum ut rabie detentam conturbabat. **I**nterduz proiciebat illam in lutum. **I**nterdū os vsq; ad aurem pducebat. **I**nterdum in puteum siue aquā proiciebat. **I**nterdum in ignē tollens ei virtutem. **S**ed mat

illam nō relinquebat. quasi diceret. si dauid qui erat figura poterat fugare demoniū p sonum cythare. plus potest ipsa veritas. id est iesus xp̄us. **E**t hic est instructio bona moralis. s. q̄ si nre ante vexant a demone multis et diuersis peccatis. aligemus ergo sonum ipsius cythare. **N**am nre ante me diuturnitate peccati vexant a demone cū demon vexat multos homines. et hoc ppter superbiam sicut faciebat filie ehananee sicut si eēt vnum magnum vas inflatum v̄to. **A**lij vexant p auariciam a demone reuoluti. **A**lij proiciunt in lutum. s. luxuriose viuendo. **A**lij hñt os retortū vsq; ad aures. et isti sunt inuidi. **A**lij p̄ciuntur in aquam scz gulose viuēdo. **A**lij in igne. et isti sunt qui desiderant vindictam inimicorū. **A**lij qui perdunt virtutem ppter pigritiam. tñ habem; remedium chananee dicēdo. **D**ñe fili dauid misere mei. quia filia mea. id est. anima mea vexatur a demone. **E**t si dauid qui fuit vestra figura. et cythara q̄ figura crucis illd fecit et vos facere dignemini qui estis veritas. **E**t ideo si laboramus p corpe et diuitijs quāto plus p anima. **M**az dñs deut. iij. **C**ustodi igif temetipsum et animā tuā sollicite. **N**e obliuiscaris verborū que viderunt oculi tui et ne excidant de corde tuo cūctis diebus vite tue. **D**ocebis ea filios ac nepotes tuos die q̄ stetit coram dño deo tuo in ore tuo quā dñs locutus est mihi dicens. **C**ogrega ad me populum ut audiant sermones meos et discant timere me omni tēpore quo viuunt in terra. **E**cce mulier ista chananea cogitans consiliū plurius psonarū q̄ illā ferret ad sortilegos et ad se reuersa dixit. **R**ecurras ad demones ut filia mea liberetur a demone. nō faciam. sed solum volo recurrere ad christū. **I**do istam laudat multum omelia hodierna. **E**t circa hoc habetis bonā doctrinam. s. q̄ nō vadat ad tales psonas p aliqua necessitate mundi. sed ad solum iesum christum. **N**am si forte amisisti aliquid et nescis vbi est nō vadat ad demones quoniam secreta nesciunt cum sint in tenebris. bene dicent forte infamiā alicui? et nō erit verum ut misceant malum. **N**ā cum furtū nescire poteris recurre ad christū isto modo. ut si sibi placeat quod ponat in corde illius qui habet rem ut tibi restituat. **I**te si vis habere sanitatem tuam copis mariti aut vxoris nō accedas ad cōiuratores. quia demones nō possunt hoc facere. **E**t si diceres. expus sum. caue quia deceptus es. **N**am dicit q̄ demon curabat infirmos nō a sanitate sanando. s. a lesione cessando. debet ergo solū cōfidere in domino poti⁹ q̄ ad tales recurrere. **E**t vos mulieres nō faciatis rōne infantium. **N**am ibi ē necessaria creatio anime. **N**am diabolus nō potest animam creare. **V**ideant ergo rectores cōmunitatū si sciunt aliquē vel aliquos infideles his artibus vtentes istos tales ad vitam nō sustineāt. **N**am istud peccatū est sufficiens iram dei. puo care su-

*Cythara ad sp̄m
q̄ pulsata diabolo
scripsi a Saule Regē*

*Cyprus in fine
a deo p̄d̄p̄tis
describitur*

*10 Septembris
v̄ba*

*Non sunt q̄libet
de miseri in an
quis debet nōntare*

Nōntis

Domínica Reminiscere

per ciuitatem. Et ecce vnū exemplū. si forte aliquis saracenus veniret de barbaria et secreta diceret ciuibus et militibus ciuitatis. Ecce dimittatis regem vestrū et detis vos regi nostro. ego dico quod si ciues et rectores scirent ista et non dicerent nonne mereremur, ut rex destrueret illos. certe sic ista pena merentur qui ad illos recurrunt et qui sustinent maxime si est notorium. si autem est secretum tunc deus condemnabit illos qui hoc faciunt. imo etiam illos qui vadunt et consentiunt. Concordat David in ps. xliij. Deus auribus nostris. Si oblitus sumus nomen dei nostri et si expandimus manus nostras ad deum alienum nonne deus requirit ista. ipse enim nouit abscondita cordis. Magna iniuria sibi. Cum in nomine ipsius tanta sit virtus quod curet omnia. Et de hoc est textus in ps. xxxiij. Beatus vir cuius est nomen domini spes eius et non respexit in vanitates et insanas falsas. id est sortilegia. Ad discamus ergo a chananea ista que non curauit de istis vanitatibus et erimus fideles regi nostro. Et ecce hic fidelitatem istius mulieris. Secundo serua uir firmam stabilitatem. Nam dicit quod non respondit ei iesus uerbum aliquod. Et ideo dicit. Et accedentes discipuli ad iesum et rogabant eum di. dimittite illam quia clamat post nos. Ipse autem respondens ait. Non sum missus nisi ad oues que perierunt domus israel. Et illa uenit et adorauit eum dicens. Domine adiuua me. Qui respondens ait. Non est bonum sumere panem filiorum et mittere canibus. Et illa. etiam domine. Nam christus dixit tibi non. et ista tamen fuit stabilis et firma. Et primo fuit stabilis et firma. quia non respondit sibi uerbum quasi sibi contumeliam dicens quasi habendo illam excommunicationem et ab eo repellendam. Denotando quod quis cum excommunicato loqui non debet. Et tunc ista replicando dixit si sum excommunicata ad te solum recuro qui habes potestatem absoluendi. dicendo miserere mei. Ideo apostoli moti misericordia rogabant eum dicentes. dimittite illam quia clamat post nos. quod dicit. Domine. iam dicent gentes te crudelem esse. Tunc christus quis ex una parte durus uideretur esse tamen ex alia parte misericors. dixit apostolis. Non sum missus nisi ad oues que perierunt domus israel. et non obstante hoc. Ista dixit adiuua me domine. Videte iam apostolis negauerat. sed post dixit christus. Non est bonum sumere panem filiorum et mittere canibus. Et ista constans et stabilis dixit. Domine ut canem me proicias pro iusticiam tamen miserere mei et da mihi ut catule de misericordia tua et miserere mei. Morate circa hoc firmam stabilitatem istius mulieris. Et forte homines dixissent. Sed et quanto tempore vado retro eum et non possum aliquid ab eo consequi. Non sic ista. imo continuauit. Et circa hoc sunt due doctrine. Prima est speculatiua. alia est moralis. Speculatiua est eo quia dixit christus. non sum missus nisi ad oues que perierunt domus israel

Hic notandum cum dicit. non sum missus etc. Et de aduentu christi possumus loqui dupliciter. Uno modo quantum ad redemptionem uniuersalem. Et sic christus uniuersaliter ad omnes venit et missus est. quia propter omnes soluit. quia omnes sunt redempti. sed non omnes saluati quia nolunt ieiunare. Sic si aliquis ditissimus transiret ultra mare ad redimendum christianos captiuos omnes qui essent penes saracenos in barbaria cum magnis pecuniis dicendo pro quanto precio dabitis mihi captiuos et ipse soluisset precium. et si vnus diceret nolo exire imo hic uolo remanere. Ego quero cuius esset culpa: non soluentis. nam propter omnes solutus est sed noluit gaudere. Dominus iste diues erat iesus christus qui die ueneris sancta aperuit tecam suam. hoc est latus suum propter omnes nobis captiuus. soluendo in ara crudelis et soluit libere uerbis et alijs plagis multis. et omnibus nunciis dicendo. ponatis uos in nauis ecclesie trium coopurari. scilicet trium statuum. Et prima est prope sentinam que debet esse secreta et ista significat religiosos qui debent esse secreti et sine necessitate de ordine non exire. Secunda significat conditio nem presbyterorum qui debent honeste uiuere. Tertia est laicorum qui debent bene uiuere bene conuersando. Ideo Salomon. Facta est quasi nauis institoris de longe portans panem suum etc. Nam uenerunt nuntii domini et dixerunt iudeis. uenite ad nauem domini. qui dixerunt nolimus. Similiter dicat de tartaris et saracenis qui dicunt quod noster prope ta permittit nobis in alio mundo riuum mellis et lactis. Sed pro omnibus uenit. et hoc probat in ueteri testamento. Parum est ut sis mihi seruus ad suscitandas tribus Jacob. et feces israel conuertendas. dedi te in lucem gentium ut sis salus mea usque ad extremum terre. Esa. xliij. In nouo testamento. bene est bonum et acceptum coram saluatore nostro deo quod omnes homines uult saluos fieri et ad agnitionem ueritatis peruenire. i. ad Timotheum. li. Videmus ergo quod propter omnes missus est. Alio modo loqui possumus de christi aduentu quo ad uisitationem corporalem. scilicet ad predicandum et faciendum miracula personaliter. et sic non uenit nisi ad oues domus israel. Et quod ad hoc verificatur illa autoritas. scilicet quo ad uisitationem corporalem. quia tantum in terra permissionis corporaliter erat uenturus. Ideo beatus Paulus dicit. Dico enim iesum christum ministrum fuisse circuncisionis propter ueritatem dei. ad confirmandas permissiones patrum. gentes autem ex misericordia honorare deum. sicut scriptum est. laudate dominum omnes gentes etc. ad Rhoma. xv. Et ita intelligitur. non sum missus propter chananeam. quia de illis non erat. Alia doctrina est moralis et uide constanciam istius mulieris. quia pro nulla iniuria cessauit orare. discite ergo tu orare quotidie. de mane facere certam orationem. Nam quilibet debet facere et tenere certam orationem. Itaque desero antequam ponas te

in lecto flexis genibus et deuote dicendo **P**ater noster. **A**ue maria. **C**redo in deum etc. cum alijs multis secundum tuam deuotionem et habebis prosperitatem in corpore et in anima. **E**t ideo **D**avid in ps. lxx. **J**ubilate in primo. **B**enedicite dominus qui non amouit orationem meam et misericordiam suam a me. **E**t sic continua et non dimittas eam propter socium vel propter aliam causam. **E**t vide hic exemplum. **Q**uidam lombardus uoluit mundum uidere et visitare singulariter sanctum sepulchrum iesu christi cum uino scutifero et accepit licentiam ab uxore sua et proposuit quotidie dicere patrem noster. **A**ue maria. et inmediate incepit et continuauit quotidie suam orationem et fuerunt semper incolumes. **C**ontigit quod reuertendo ad domum suam et cum iam esset prope castrum non curauit ultra facere orationem dicendo. **O** iam sum prope nostram domum. non oportet modo facere orationem. **I**n posterum sic accedendo uersus domum. **I**gnis accensus est in castro et castrum et si filij propter uxorem omnia combusta sunt. **E**rgo uideatis quomodo ex omissione orationis omnia ista adueniunt sibi. **N**oli ergo orationem dimittere quousque sit parua continua illa. **E**t ideo dicitur. scilicet ad **T**hesal. v. **S**emper gaude te in domino sine intermissione ne orate. in omnibus gratias agite. **H**ec est enim uoluntas dei in christo iesu in omnibus uobis. **S**piritum nolite extinguere. prophetias nolite spernere. **O**mnia autem probate quod bonum est tenete. ab omni specie mala abstinete uos. **I**pe autem deus pacis sanctificet uos per omnia. ut integer spiritus uester et anima et corpus sine querela in aduentu domini nostri iesu christi seruetur. **F**idelis est qui uocauit uos. qui etiam faciet fratres orare pro uobis. **S**umamus ergo huius mulieris exemplum. **E**t ecce hic secundum exemplum quomodo habuit firmam stabilitatem. **T**ertio seruauit ueram humilitatem. **N**am ista mulier seruauit istam humilitatem quousque christus eam appellauerit uel assimilauerit. **E**t ista bona mulier dixit. **E**cce domine **M**atthea et catelli comedunt de micis que cadunt de mensa dominorum suorum. **T**unc iesus uidens fide istius mulieris dixit. **M**agna est fides tua. **E**t ideo dicebat mulier non peto magnum miraculum uelut resurgere mortuos nec solem retroire. mare rubrum diuidere. sed ut liberes filiam meam unicam. **F**ac ergo domine mihi istam gratiam et christus denegare non potuit. **Q**uero nunc cur christus tantum fecit illi desiderare quod petebat. uidetur contra se esse quousque doctrinam. **N**am dicitur **P**rouer. iij. **N**e dicas amico tuo uade et reuertere cras dabo tibi cum statim possis dare. **I**tem dicitur. ij. ad **C**orinth. ix. **U**nusquisque prout destinauit in corde suo non ex tristitia aut necessitate sed ex hilaritate. **H**ilarem enim datorum diligit deus. **R**esponso quod christus hoc fecit duplici ratione. **P**rimo ex parte mulieris. secundo ex parte nostra. primo ex parte mu-

lieris propter meritum augendum. **C**hristus enim pro istam dilationem fecit eam ascendere et crescere in ardenti deuotione et amore ad deum et spe. et sic christus pie implere petitionem mulieris distulit ut mulier ista plus haberet quam si illico dedisset quod a principio non tantum habuisset. sed postea dedit propter amorem et humilitatem. et circa hoc audiat parabolam. **M**iles quidam erat qui multum diligebatur ab imperatore et iste miles petebat ab eo gratiam. et iste imperator noluit sibi dare pomum. et dedit sibi primo castrum adhuc petenti pomum et dedit sibi uestem. demum iste impetore dedit pomum. **E**cce quod si cito dedisset pomum solum pomum habuisset et non alia. **I**ta dicamus de ista petenti pomum. **N**am christus dedit primo sibi castrum quia ardorem. secundo patientiam. et ecce equum. tertio humilitatem. ecce uestem. quarto charitatem. et sic plus habuit. **S**ecundo christus hoc fecit dando nobis exemplum ut humiliemus nos in deuota oratione. quia quanto plus nos humiliauerimus. tanto amplius ascendemus. **S**int duo homines equalis meriti. oratio magis humiliantis se uirtute humilitatis plus ascendit. puta si unus eorum se ponat in oratione iuxta altare et alius a longe. plus ceteris paribus ascendit oratio illius qui stat a longe uirtute humilitatis. **U**nde dicitur in ps. **R**espexit in orationem humilium et non spreuit precem eorum. **I**deo dicitur **O**ratio humiliantis se nubes penetrabit. et donec appropinquet non consolabitur et non discedet donec aspiciat altissimus. **E**cce. xxxv. et ecce finis ponitur. **D**omino placeat etc. **D**eo gratias.

¶ Feria secunda in secunda dominica quadragesime. Sermo primus

Multa habeo de

Multa habeo de uobis loqui et iudicare. **J**ohan. viij. **S**ermo noster erit de sancto euangelio hodie quod continet unum secretum peramentum. quod fuit inter christum et iudeos disputantes cum christo. et hoc peramentum quantum est ex una parte. scilicet christi ostendit nobis tres magnas dignitates. **P**rima est sapientia diuinalis. **S**ecunda excellentia supernaturalis. **T**ertia eminentia principalis. quomodo est iudex principalis et uniuersalis. **D**icit thema. **M**ulta habeo de uobis loqui et iudicare. sed qui me misit uerax est. et ego que audiui ab eo loquor in mundo. **E**t cognouerunt quia patrem eius dicebat deum. **D**ixit ergo eis iesus. **C**um exaltauerit filium hominis tunc cognoscetis quia ego sum. et a me ipso facio nihil. sed sicut docuit me pater habet loquor. **E**t qui me misit mecum est. et non relinquet me solum. quia ego que placita sunt ei facio semper. **H**ec illo loquor

Feria secunda post reminiscere

te multi crediderunt in eum. Dicebat ergo iesus ad eos qui crediderunt ei iudeos. Si vos etc. Dico primo quod euangelium ostendit de christo sapientiam diuinalem. propter sapientiam diuinam esse scire quod sunt saluandi. et sunt damnandi. scilicet scire predestinatos saluandos et predestinatos damnandos. propria scia dei est. sicut rex qui vult facere conuiuium nuptiale de filio suo. primo in cedula scribit et eligit inuitandos duces comites et barones etc. Secundo ordinat conuiuium sui dignitate conuiuantium. Sic deus pater voluit facere conuiuium de filio suo assumendo naturam humanam. quia sicut vir et uxor non sunt duo sed una caro. Ita deus et homo non sunt duo in persona sed una persona. Sponsalia facta sunt in camera uteri uirginalis. et de hoc prophetauerat dauid in psalmo. tanquam sponsus. id est dei filius. procedens de thalamo suo. id est utero uirginali. sed nuptie fiunt in celis. quia in hoc mundo non est locus conuiuiens nec sufficiens. **Matth. xxij.** Simile est regnum celorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. ex quo deus pater eternaliter ordinat illud conuiuium. elegit inuitandos tot imperatores tot reges tot duces etc. Quot conueniunt ad illud conuiuium. Ista electio dicitur predestinatio et illa inuitatio dicitur predestinatio. de quo apostolus loquens tam de se quam de electis dicit **Eph. j.** elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Ecce sapientia uel scientia dei. **ad Rhoma. viij.** Quos predestinauit hos et uocauit et quos uocauit hos et iustificauit quos autem iustificauit hos et magnificauit. et hoc ostendit deus pater christo in quantum erat homo. et sic habebat scientiam predestinatorum. Et quia sicut non est nisi unum esse trium personarum. sic est nisi una persona duarum substantiarum in christo. Item ostendit deus pater anime christi librum uite et in carta dextra legit quot patriarche et prophete etc. debebant saluari siue intrare paradysum ex sua passione. In sinistra legit quot mali prelati damnabunt nec erunt digni ire ad illud conuiuium. hec sapientia ostendit in euangelio. Unde christus disputando cum iudeis dixit. Ego vado et queretis me in peccato vestro moriemini. Nota ego vado. scilicet ad gloriam resurrectionis. scilicet per viam passionis. queretis me uocaliter. quia iudei querebant saluatorem. et non personaliter credendo quod christus sit saluator. Nota in peccato vestro moriemini. Jam sciebat ipse predestinatos. Idem dicebat semel de apostolis. **Joh. xij.** Scio quos elegerim non de omnibus uobis dico. hoc dicebat propter iudam damnandum. Sed hic est argumentum quod uos facitis. Si deus habet certam scientiam damnandorum et saluandorum. Ita ergo quid oportet me bonum facere. nec est uis si faciam malum. quia scientia dei non potest falli. si sum de numero predestinatorum ideo cum predestinatis ad saluandum. siue faciam bonum siue faciam malum. Idem de predestinatis damnandis quare faciam bonum. quia scientia dei non potest falli. et sic

ero damnatus. et ex hoc tenet malam uitam. **Responsio** quod illud argumentum est cum magna stulticia. patzsi rex inuitat te ad nuptias filii sui. si super hoc tu diceres. sine dubio postquam rex inuitauerit me ibi ero et non oportet me parare. stulte et fatue dices si dicas. Ex quo rex me inuitauit et fecit mihi honorem uolo me parare. quia ibi erunt magni nobiles et persone honorabiles. expendam tantum in una ueste et equo etc. Sic consimiliter est de predestinatis. quia includit quod tu pares te. nec sequitur. ergo predestinatio potest falli aut scientia. **Ratio.** quia scientia dei non fallit. sed tu potes deficere per malam uitam. Unde si deus ore suo te inuitaret supponit quod pares te ne uenias cum ueste ueteri. scilicet cum peccato superbia. sed uenies cum noua ueste humilitatis. **Idem de alijs uitijs et uirtutibus.** Sed si tu dicis postquam ego sum inuitatus non oportet me parare. certe non intrabis. pro illa ueritate nota autoritate christi. **Matth. xxv.** Sile est regnum celorum decem uirginibus. Nota historiam euangelij usque nescio uos. et **Ezech. xxij.** Si dixerero iusto quod uita sua uiuat et confusus in iusticia sua fecerit iniquitatem omnes iusticie eius obliuioni tradentur et in iniquitate sua quam operatus est in ipsa morietur. Si autem dixerero impio morte morieris et egerit penitentiam pro peccato suo etc. uita uiuet et non morietur. quia uerbum dei sic intelligitur quod homo sit paratus. imo fortius argumentum est. si illi qui sunt in paradiso et mille anni fuerunt haberent unum peccatum. caderent in momento de celo. quomodo ergo tu non paratus poteris ascendere. **Matth. xxij.** Intrauit autem rex ut uideret discubentes et ibi uidit hominem non uestitum ueste nuptiali. et ait illi. Amice quomodo huc intrasti non habes uestem nuptialem. At ille obmutuit tunc dixit rex ministris ligatis manibus et pedibus mittite eum in tenebras exteriores. non intelligatis quod in paradiso sit aliquis non paratus sed intelligat per hypotheseum per conditionem si tibi esset aliquis non paratus et in peccato expelleret. **Idem** ista ratio quid oportet me facere bonum. magna stulticia est. Secundo est magna ignorantia. Nam tales intelligunt quod in libro predestinationis scribitur sic tantum. talis saluabitur Petrus uel Iohannes etc. **Idem** est uerum. imo quecumque deus ordinat ad aliquem finem ordinat etiam uiam et modum ueniendi ad illum finem. uerbi gratia. de pluuia. Si cras debet pluuere. Jam ordinat ante de nubibus quod eleuantur. etc. **Idem** liber predestinationis sic dicit. tales saluabuntur per bona opera. talis dominus per iustitiam. talis prelatus qui intrauit per portam et dat bonum exemplum. talis intrabit ex diligentia etiam talis diues per misericordiam etc. **Idem** de quolibet statu ita quod simul est uia et terminus uel finis. Si ergo dimittis uiam ostendis quod non es predestinatus. **Ad hoc** autoritas Gregorius in primo libro dialogorum. qui sic dicit. obtineri nequaquam pos-

Predestinatio

Sicut uolunt multum

25

Sermo

sunt que predestinata non fuerunt. sed ea que sancti viri orando efficiunt ita predestinata sunt ut precibus obtineant. Nam ipsa eterni regni predestinatio ita est a deo disposita ut ad hoc electi ex labore pueniant quibus postulando mereantur accipere quod eis deus ante secula disposuit dare. Hic ille Ignorantia est ergo dicere quid oportet me facere bonum. quia hoc est dicere habeo ire ad tale locum et quid oportet me ire per viam. quia aliter non iras illuc nisi per viam. Idem de libro prescientie in quo non scribitur solum tales damnabunt. sed simul ponitur ibi finis et via. unde sic ponitur. tales damnabunt per talia mala opera per iniusticiam talis dominus etc. Et ita de quolibet statu. Nam libero arbitrio cuiuslibet deus dimisit si vult saluari vel damnari. **Autoritas. Eccl. xv. Deus ab initio constituit hominem et dimisit eum in manu consilii sui. Glo. in libertate liberi arbitrii. Quia predestinatio non aufert liberum arbitrium. sequitur in Autoritate. Adiecit mandata et precepta sua si volueris mandata conseruare conseruabunt te et in perpetuum fidem placitam seruare. apposuit tibi aquam et ignem ad quod volueris porrigere manum tuam ante hominem vita et mors. bonum et malum quod placuerit ei dabitur illi. Diceret aliquis ergo ibimus ad paradysum. quia omnes volumus ire. verum est verbo volumus omnes ire sed non factum in mentibus multi. unde si dicitis vos ire parisiis et recipitis viam ad aliam ciuitatem etc. falsum dicitis. Idem etiam multi dicunt quod volunt ire ad paradysum. sed recipiunt viam inferni. Unum si dicat vni superbo. Dicitis quo vultis ire. Ego volo ire ad paradysum. Sed ista est via superbie que tendit ad infernum. Si iam dicitis quod vultis ire ad paradysum vos estis mendaces. et sic de ceteris peccatis. Ergo ante hominem vita et mors. scilicet gloria paradysi et mors inferni. bonum. scilicet saluationis et malum scilicet damnationis. quod placuerit dabitur illi. Tertio ista ratio est maximus error destruens primo philosophiam. quia philosophi fecerunt librum de virtutibus ut gentes viuerent moraliter bene. et quare? quia ut pueniret ad vitam eternam. et tamen iam scit deus quis erit saluatus vel damnatus. Dicere ergo quod propter hoc non oporteat bene facere est error. quia deus qui predestinavit aliquid ad salutem etiam opus per quod saluabitur predestinavit. Item destruit secundo medicinam. quia vocantur medici ad sanitates habendam. et tamen iam scit deus si iste curabit vel morietur. dicere ergo quod oporteat recipere medicinam fatuum est quia deus scit. quod per viam medicine habebit sanitatem. Item destruit totam industriam humanam quare rex congregat exercitum pro victoria. quia iam scit deus si debet habere victoriam vel non. Item destruit totam theologiam et fidem christianam. quare verbum diuinum incarnari voluit ut hominem exaltaret. quia iam sciebat**

deus qui exaltarent. Idem de alijs christi operibus discurre. Ideo siue presciti siue predestinati sumus facienda sunt opera bona. quia nullus potest saluari nisi per bona opera. nec damnari nisi per opera mala. ideo. ij. Pet. j. Fratres satagite ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis. Ecce prima pars ubi ostendit sapientiam dei de predestinatis et prescitis. ideo dicit christus. Job. x. vos non estis ex ouibus meis. Secundo ostendit de christo sua excellentia supernalis. cum dicitur iudeis vos. scilicet iudei de deorsum estis ego de supernis sum vos de mundo hoc estis ego non sum de hoc mundo. Nota quoque deus qui a principio mundi fecit duas scalas creaturarum primo unam supra spiritualium cuius gradus sunt decem. primus seraphin. secundus cherubin. tertius throni. quartus dominationes. quintus potestates. sextus virtutes. septimus principatus. octauus archangeli. nonus angeli. decimus anime rationales. Secunda scala corporalium creaturarum habet etiam decem gradus. scilicet celum empireum primus. secundus celum crystallinum. de quo biblia dicit. et aque que super celos sunt. et a philosophis vocatur primum mobile. et ubi nulla est stella. sed suo motu mouet totum mundum. tertius gradus est celum quod dicitur firmamentum in quo includuntur celi planetarum. qui a philosophis diuiduntur in septem. quartus ignis. quintus aer. sextus aqua. septimus terra. octauus creature que habent esse et viuere ut plante. nonus creature que habent esse viuere et sentire sicut animalia etc. decimus creature que habent esse tantum sicut lapides etc. Homo est compositus de inferioribus gradibus creaturarum spiritualium et corporalium. Ideo dicit christus. vos de deorsum estis. **Autoritas. Formauit igitur deus hominem de limo terre et inspirauit in faciem eius spiraculum vite. et factus est homo in animam viuentem. Genes. ij. Ecce infimus gradus creaturarum corporalium. Ego scilicet persona diuina sum una super omnes creaturas vos de deorsum estis. quantum igitur humiliari debemus. Moraliter si vultis cognoscere deus vos vel de alijs si estis de illis sursum vel deorsum attendatis quomodo cognoscit homo de qua patria est. quia idiomate cognoscit. **Autoritas. Iudic. xij. Vide historiam de ierte qui fuit capitaneus galaaditarum et manasse tres filios amon quos percussit et interfecit tunc congregati sunt effrate indignati tres eum quod non vocasset eos ad prelium cum eo. et volebant incendere domum eius. Ipse autem ierte vocatis cunctis viris galaad ad iordanis ubi reliqui transire debebant et quando veniebant aliquid de effraim qui volebant transire dicebant ad unumquemque. numquid effrateus es? quod dicit non sum. interrogabant eum. dicit ergo sebbolch quod interpretatur spica. Ipse autem respondens sebbolch non valens exprimere spicam eadem littera. statimque apprehensum iugula****

Libertate arbitrii

Feria secunda post reminiscere

b̄t et interfecerunt de effraim quadragintaduo milia rē. et nota quot milia fuerunt occisi. Item etiam in nouo testamēto habet de petro interrogato si erat de discipulis christi. **Matth. xxvj.** Qui dixerunt tu ex illis es. nā et loquela tua manifestum te facit. Ita dico vobis vultis cognoscere de aliquo si est de supnis. s. de p̄destinatis attendatis idioma quod loquit̄. idioma paradisi si est illud de quo dicit p̄s. **Beati** qui habitant in domo tua dñe in secula seculorū laudabunt te. laudare deum est linguagiū paradisi. Ideo quando de te vel alio vides q̄ placet tibi orare et deus laudare potest dici tu ex illis es. Idē de sacerdote vel religioso qui dicit deuote oras suas. Nota p̄ omnia de ceteris **Linguagium inferni** ē illud de quo **Joh. Apocal. xvj.** Estuauerunt estu magno et blasphemauerunt nomen dei habētis potestatem sup̄ has plagas. Si ergo vis scire de te vel alio si est p̄scitus v̄ reprobus respice quod linguagiū loquit̄ si iurat enormiter blasphemat renegat rē. et tu ex illis es. s. damnatis p̄scitis. nam et loquela tua rē. v̄ multū iurans replebit̄ iniquitate. **Eccl. xxij.** Ideo deus conquerit̄ de rectoribus et gubernatoribus. **Esa. liij.** Dominatores populi mei inique agunt dicit dominus iugiter et tota die nomē meū blasphematur. Si enī aliquis male loqueret̄ de rege statim puniretur. Sed de deo omnes possunt male loqui et nullū corrigi. Ideo et male eueniet rectoribus et gubernatoribus ex eo quia sustinent rē. **Tertio** in per lamento christi cum iudeis ostēditur sua eminentia principalis. de qua thema multa habeo. rē. **Ista** multa sumi possunt p̄ similitudines boni iudicis qui anteq̄ dat sententiā multa facit multa loquitur. **Primo** facit p̄cessus. **Secundo** dat de sensidēs iuris. **Tertio** examinat p̄cessum. **Quarto** dat sententiā. Sic de vob̄ p̄mo fit p̄cessus quando aliquis facit aliquod bonū opus statim scribitur in libro p̄cessus conscientie. verbi gratia. si quis orat. opus trāsit s̄ scriptura remanet. Idē de elemosyna et ieiunio **Autoritas.** Cum gentes que legem nō habent naturaliter ea que legi sūt faciunt eiusmodi legē nō habentes ipsi sibi sunt lex qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis testimoniū reddente illis conscientia ipsorum. **Roma. ij.** Nota gentes. s. ignorantes legem et scripturam. Idem de malis opibus si male dixisti alicui opus transit scriptura manet. **autoritas. p̄s. cxxxix.** Imp̄fectū meū viderunt oculi tui in libro tuo oēs. s. defectus scribenf. Nota omnes rē. **Ecce** de p̄mo multa habeo de vob̄ loquendo faciendo p̄cessum. **Secundo** dat defensionē iuris scz quattuor quibus nos possumus defendere contra omnes defectus et inimicos impugnantes nos. **Prima** est peccatorū contritio. **Autoritas.** Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee. **Esa. xxxviij.** **Secunda** ē p̄-

positum emendandi. **Joh. viij.** Vades ad paradysum et amplius noli peccare. **Tertia** est oris confessio. in iudicio humano contententi datur cōdemnatiua sententia. sed in iudicio diuino dat̄ sententia absolutoria. Ideo dicit scriptura. qui abscondit scelera sua nō diriget̄. Qui autē cōfessus fuerit et reliquerit ea misericordiam cōsequetur. **Proverb. xxviij.** **Quarta** defensio est penitentialis afflictio. scz seruare penitentiā a confessore iunctam que nō debet dari cōtra voluntatem. **Ratio.** quia ille qui dimittit damnabit̄. et in iudicio talis poterit dicere christo. **Feci iudicium** scz in confessione et iusticiam. s. p̄ penitentiā. **ideo** nō tradas me calumniantibus me. **p̄s. cxviij.** **Tertio** tenetur consiliū et examinatur merita. s. quando anima egressa est a corpe statim venit angelus ad christum dicens. **Domine** quid fiet de anima ista. et christus tenet consiliū cum beata virgine **Maria** et sanctis rē. **De** isto consilio christus ait. qui dixerit fratri suo racha. reus erit consilio. **Matth. v.** Racha est dictio despiciētis. **Joh. dicit.** Multa habeo de vobis dicere rē. **Quarto** habet iudicare si homo moritur in peccato dicit christus angelis. **Seruū** inutilem nō vestitū veste nuptiali ligatis pe. et ma. rē. **Mat. xxv.** **De** inde dicit demonibus rē. et vos mittite eum in tenebras exteriores et ibi erit fletus et stridor dentium. **Si** vero decedat in gratia dicit christus. **Euge** serue bone et fidelis rē. **Ecce** quare dicit. multa habeo de vobis rē.

Feria sc̄da post dñicam reminiscere. Sermo secundus

Ego que beneplacita sunt ei facio semper. textualiter habetur. Joh. viij. Recitatur autē i euāgelio hodierno. Sanctū euāgelium hodiernū continet pulchrum colloquiū inter iesum et iudeos in quo christus declarat quattuor excellentias de seipso altissimas.

Prima ē humanitas temporalis
Sec̄da diuinitas eternalis
Tertia autoritas iudicialis
Quarta benignitas vniuersalis
Et in his fundamentaliter consistit fides. de vltima quia se voluit humiliare in complendo patri voluntatem. dicit thema. **Ego** que beneplacita sunt ei facio semper. **Primo** ergo christus docuit suam veram humanitatem temporalem. quā verus homo erat. **Et** dum inquit. ego vado et queritis me et in peccato vestro mouemini et quod ego vado vos nō potestis venire. **Et** ista ē p̄ma pars. **notate** quō christus ostēdit suā humanitatē et nota hic secreta nota declarationes. **ego** vado. **Nam** ire et mutare nō est diuinitatis. quia imutabilis et inuariabilis est. **vt** dicit sanctus **Thom. p̄** ma parte. q. ix. articulo p̄mo et secūdo. **Sz** opor-

tebat humanitatem temporalem quā accepit i vte
 ro virginis **M**arie eundo de etate in etatem de
 tempore in tempus mutari. Et sic christus ibi lo
 quitur de eius humanitate. **S**im quā ibat sequen
 do cursum temporis. et istud est humanitas ve
 ra. quia semp homo vadit siue dormiat siue qui
 escat. Et potes videre exempluz quādo aliquis
 est in flumine vlt in mari quiescēs vadit in barcha
 seu nauī Sic est bona gens de vita nostra que nō
 est nisi barcha et flumen est tempus quod currit
 plus q̄ aliquod flumen. Videas nunc quātum
 currit sol dum predico in quo tempus figuratur.
 Et dico certe q̄ plus mille vicibus q̄ hinc vsq̄
 rhomam et isto modo veniemus ad mortem. er
 go noster status nō est semp. Ideo dicit. Homo
 natus de muliere breui viuens tpe replet multis
 miserijs. et. Job. xiiij. Nam si adam vsq̄ nunc
 vixisset parum plus vixisset vel minus septē mi
 libus annis. Nam tantum est q̄ mundus creat⁹
 fuit. Sed parum viuimus nos hodiernis tem
 poribus vide quid ibi dicitur. Et quasi flos egre
 ditur et conteritur. Statim quādo puer est nat⁹
 incipit ire siue dormiat siue vigilat comedat vel
 bibat semper vadit. vita em̄ ista non est nisi via.
Christus igitur loquens de eius humanitate di
 cit. ego vado **S**im quam ibat sequendo cursuz tē
 poris. Ecce ergo quomodo ostendit suam huma
 nitatem. quia ego vado. Et circa hoc possent di
 cere iudei. Vide quō potest esse q̄ firmus stat q̄
tis. Aliud p̄ luxuriosis ⁊ sic de alijs. De quibus
dicit dauid. Sepulcra eorū. s. damnatorū dom⁹
eorū in eternū. ps. xl viij. quod pōt intelligi de se-
pulturis inferni. Ideo auisietis vos ne in v̄ro te-
stamento. i. in vita quā tenetis eligatis ibi sepul-
turam. In puncto quā homo eligit malā vitam eli-
git ibi sepulturā ⁊ cōfirmat̄ p̄ mortem. **Dico**
tertio q̄ euangelīū declarat infernalē dispositio-
nem vt ipsam vitemus ibi. eleuās aut̄ oculos ⁊c
cū esset in tormētis vidit abraā a longe ⁊ lazarus
in sinu eius. Et ipse dixit. pater abraam miserere
mei ⁊ mitte Lazarū. vt inting. ex. digi. s. in aqua
vt refrigerē lingua mea. quia crucior in hac flā-
ma. Et dixit illi abraam. fili recordare quia rece-
pisti bona in vita tua ⁊ lazarus silit̄ mala. nūc
hō hic p̄so. tu cru. Et in his omnibus inter nos et
vos magnū chaos firmatū est vt hī qui volūt hic
transire ad vos nō possunt. neq̄ inde huc trans-
meare. **Nota** eleuans oculos. ergo anima habet
oculos ⁊ etiā anima habet alia mēbra s̄ sunt spiri-
tualia sicut mēbra corpis sunt corpalia. sed forti-
ora sunt mēbra anime. **Nota** pater abraam. vbi
dicit glo. q̄ erat de genere abrae qui etiam vocat̄
ipsum filium di. **Fili** recordare ⁊c. quia p̄ bonis
que homo facit in statu peccati. deus dat retribu-
tionem in hoc mūdo. **Nota** caos magnum. id est
abyssus. **Nota** q̄ beati obiectaliter transeunt
ad damnatos videndo illorū penas. sed tñ non
sentiunt penaliter. Et damnati obiectaliter tran-
seūt ad bt̄os. s̄ nō p̄nt ad eos trāsire p̄ p̄ntiā actu-
alem nec videndo gloriā obiectaliter. **Nota** hic
duo secreta. **Primū** ibi eleuans oculos suos cū
esset in tormētis. Ab isto textu extrahunt sancti
doctores theologie hanc cōclusionem q̄ nō vi-
dent damnati beatos. sed nō gaudent de tali visi-
one. imo ex hoc eorū pena augmētā. Ac si fame-
licus videret mensam paratam cuz magnis epu-
lis ⁊ cibis. ⁊ non posset accedere nec comedere.
Ideo pena sibi augmentaret̄. **Practice** cogitate
quādo supbus damnatus eleuat sibi oculos ⁊ vi-
det beatū Paulum qui fuit supbus ⁊ persecutor
ecclesie. quō dicit. **Miser** iste fuit magis super-
bus q̄ ego ⁊ tamen est conuersus. quia fecit pe-
nitentiam. ita fuisset de me si penituissem. Idem
de auaro quā vidit beatū **Mattheū** de q̄ dicit **De**
da q̄ fuit raptor. Idem de luxuriosis quā vident
brām **Mariā** magdalenā. mariā egyptiacā. ⁊ sic
de alijs. **Autoritas.** **Videntes** turbabunt timo-
re horribili ⁊ mirabunt in subitatione insperate
salutis gemētes p̄ angustia spiritus di. intra se-
p̄ntiam agentes ⁊ p̄ angustia spūs gementes. **Hī**
sunt quos aliq̄n habuimus in derisum. ecce quō

Sermo

computati sunt inter filios dei. Sapien. v. 7 loq-
tur ad lram de damnatis. Damnati penitent de
peccatis nō ratione culpe sed rōne pene. in quar-
to dist. xliij. q. j. arti. iij. q. iij. **S**cōm secretum
est de gutta aque quā petebat que fuit sibi dene-
gata. **Ab.** 7. cccc. anni sunt 7 plus q̄ petijt illā di-
ctam guttā aque quolibet die 7 hora petit eam 7
nunq̄ obtinebit. si custodiuiſſet sibi vnū barile d̄
vino greco modo seruiret sibi. **H**ec gutta aque si
gnificat refrigeriū aliquod qd̄ damnati non pos-
sunt habere 7c. **D**ixi quarto q̄ sanctū euangeliū
declarat scripturalem cōfirmationē cū dicit the-
ma. **H**abēt Moysen 7 pphetas. quod ostendit
cū dicit. **R**ogo ergo te pater vt mittas eū in do-
mum patris mei. habeo em̄ q̄nq̄ fratres vt teste-
tur illis ne 7 ipsi veniant in hunc locū tormento-
rum. **E**rat illi abraā. habent Moysen 7 pphe-
tas audiāt illos. at ille dixit. nō pater abraam. s̄
si quis ex mortuis irerit ad eos penitentiā agēt. **A**it
illi. si Moysen 7 pphetas non audiunt neq̄ si
quis ex mortuis resurrexerit credēt ei. **V**idēt q̄
ex charitate loqueret ne fratres damnarentur si
cut ipse. **R**espōsio q̄ nō loquebat ex charitate s̄
ne pena eius magis augmentaret. quia q̄to plu-
res sunt damnati tanto magis augmētat eis pe-
na. sicut pluribus beatis saluat augmētat glo-
ria accidentalis beatorū. **V**erbi gr̄a. si titioni ig-
nite addant alie titiones magis ardebūt. 7 si plu-
res plus ardebūt. **R**ūdet Moysen habēt 7 pro-
phetas audiāt illos. **N**ota q̄ maior ē autoritas
sacre scripture q̄ esset testimoniū cuiuscūq̄ resur-
gentis. **I**deo ap̄tus. licet angelus de celo euāgel-
izet vobis p̄ter q̄ euāgelizauimus anathema sit
Sal. j. **U**nde apostoli qui suscitabant mortuos
cū testimonio sacre scripture tanq̄ firmiori cōfir-
mabant dicta eorū 7 doctrinā. **J**oz. xv. **T**ra-
didit vobis in p̄mis quod 7 accepi qm̄ x̄ps mor-
tuus est p̄ peccatis nr̄is s̄m̄ scripturas 7 quia se-
pultus est. 7 resurrexit tertia die s̄m̄ scripturas.
Ideo sequit. si moysen 7 pphetas nō audiūt ne-
q̄ si quis ex mortuis resurrexerit credēt ei. **N**ū-
quid christus suscitauit lazarum qui multū nar-
rauit de alio mundo. vt dicit **A**ug. 7 tñ sibi non
credebat a iudeis. **I**tem x̄pus surrexit in quem
nō crediderunt iudei. **I**deo dicit textus. q̄ iudei
cogitauerunt occidere eum. **I**te apostoli suscita-
bant multos mortuos qui dicebant de alia vita.
Ideo indubitanter 7 firmiter credendū est testi-
monio sanctarū scripturarū 7 determinatiōi vni-
uersalis ecclesie 7 esset bonū studere bibliam. q̄a
cum alijs scripturis nō poterimus arguere cōtra
antichristū nec rūdere 7 modo pauci curāt de bi-
blia. imo iam verificat illud beati **H**ieronimi ad
Paulinū ca. vj. **Q**uicquid dixerunt hoc legem
dei putant nec scire dignant quid pphete. quid
apostoli senserunt sed ad sensum suū incongrua
aptant testimonia quasi grande sit 7 nō vitiosū.

simum dicendi genus deprauare sententias 7 ad
voluntatem suā sacra scripturam trahere repu-
gnantem. **I**deo dicebat christus iudeis. **S**cruta-
mini scripturas in quib⁹ putatis vitā eternā ha-
bere 7 ille sunt q̄ testimoniū p̄hibēt de me. **J**o. v.

Feria sexta post dominicam. ij. xl. **S**ermo.

Regnū dei dabi-
tur genti facienti fructū. **M**atth. xxi.
7 in euāgelio **T**he. dat mibi motiū p̄
dicandi 7 declarandi quot modis pōt
haberi a nobis regnū dei. **S**ed p̄mo salutē x̄go
Maria 7c. **R**egnū dei dabit 7c. **P**ro cui⁹ verbi
declaratiōe 7 materie p̄dicāde introductiōe. **S**c̄i
endum q̄ quilibet de arborib⁹ sui viridari⁹ vult
fructum nec ē cōtētus de folijs 7 florib⁹ s̄ vult
fructus. **S**ic deus de orto xp̄ianitatis cui⁹ arbo-
res sunt christiani ibi plantati in baptismo. **D**e q̄
bus deus vult fruct⁹ bonorū operū sc̄z peniten-
tie misericōdie 7c. **N**ō solū vult flores bonarū cogi-
tationū nec folia bonarū locutionū. sed vult
fructus bonorū operum. **A**utoritas. **E**go posui
vos vt eatis 7 fructū afferatis 7 fructus v̄r̄ ma-
neat. **J**oh. xv. **N**ota vt eatis. s̄. p̄ficiendo 7 fru-
ctus vester maneat. s̄. vsq̄ in finem. **S**ed qm̄ xp̄i-
anus vel religiosus nō tenet bonam vitā vel etiā
p̄sbyteri tales sunt arbores steriles. **D**e quib⁹ di-
cit christus. **O**m̄is arbor que nō facit fructū bo-
num excidet 7 in ignē mittet. **M**atth. iij. **S**z bo-
ni qui faciūt dignos fruct⁹ penitētie. **L**uc. iij. in
morte transplantant ab isto orto in paradysū ce-
lestem. **H** dicit thema p̄positum **R**egnū dei. 7c.
Occasione themati quesui in sacra scriptura q̄t
modis deus dat regnū celorū suis. **E**t inueni q̄
sex modis tantū.

Primo p̄ directā hereditatē

Sc̄do p̄ violentā importunitatem

Tertio p̄ deuotū seruitium

Quarto p̄ fidele cambium

Quinto p̄pter cōtinuā petitionem

Sexto p̄pter iustā emptionē

Quilibet v̄r̄m cogitet quē istorū sex modorū te-
net 7 quē fructū fac. qz de his dicit the. **R**egnū d̄i
dabit̄ gēti facienti fructū. **D**ico p̄mo q̄ de⁹ dat re-
gnū suū p̄sonis hūanis p̄ directā hēditatē sic re-
ges 7 p̄ncipes 7 dñi suis filijs legitimis dāt hēdi-
tatē. sic de⁹ dat. cui⁹ filij sūt nouit̄ baptisati si d̄ce-
dūt anq̄ peccāt statim euolāt 7 dāt eis hēditas re-
gni d̄i. **N**ō ē errorē vetularū dicētū q̄ p̄pter dolo-
res nr̄is trāsēūt p̄ purgatoriū 7c. **S**alim̄ ē **E**t qz sūt
filij regl̄ xp̄i 7 regl̄e. s̄. ecclie. iō mox celū intrāt **N**ō
modū h⁹ generatōis i baptismo. iō **J**o. j. **D**edit
eis p̄tatem filios dei fieri his q̄ credūt in noie ei⁹.
q̄ nō ex sanguinib⁹. i. seminib⁹. sed ex deo nati sūt
Si ergo iure hereditario filijs legitimis debetur
hereditas patris. cum ergo pueri nouiter bap-
tisati sint filij dei legitimi. ḡ 7c. **I**deo dicit scriptura

Feria sexta post reminiscere

sancta. Ipse spū sanctus testimonium reddit spiri-
ritui nostro q̄ sumus filij dei. si autē filij ⁊ heres.
heredes quidē dei. coheredes autē christi. **Rho.**
viii. Si dicat quō habent regnū dei illi pueri q̄
nullū fecerunt bonū quare p̄mittunt intrare ⁊c.
Respondeo. q̄ filijs nō sit questio quare intrant
domū patris imo si portarij paradisi dicerēt eis
quare vos vultis hic intrare quo iure. **Respon-**
derent pueri. quia sum⁹ filij dei videatis in fron-
te nomen patris. **Apocal. xiiii.** Et nomen patris
sui scriptum in frontibus suis. **Nota** historiam
quō pueri portabant ad christum vt benediceret
eos. **Matth. xix.** quos apostoli phibebāt q̄bus
dixit. **Sinite** puulos venire ad me ⁊ nolite phi-
bere eos. taliū ē em̄ regnū celozū. **In** qua autori-
tate sunt tres clausule que possunt applicari con-
tra tres difficultates siue impedimēta intrādi re-
gnum celozum. **Dicat** hic cōtra illos qui nimis
plorant p̄ pueris q̄ moriunt. cum tñ deberent
gaudere. quia recipiunt a rege christo. **Dico** se-
cundo q̄ deus dat regnum celozū p̄ violentam
importunitatem. **Isto** modo dat personis peni-
tentibus. qui ex peccatis pdiderunt innocentia
baptismalē ⁊ dei filiationē ⁊ facti sunt inimici di
sicut filij regis qui inimicant patri exheredant
a patre. **Idem** de nobis qui ex peccatis inimica-
mur xp̄o iesu patri nostro ideo nō possumus ha-
bere regnū dei p̄ directam hereditatē sed possu-
mus ip̄m habere p̄ violentam importunitatem.
Q̄ autē violenter possit haberi ego nō auderē di-
cere nisi quia christus hoc dicit. a dieb⁹ **Joh.** ba-
ptiste regnū celozū vim patit ⁊ violenti rapiunt
illud. **Matth. xj.** **Hec** violentia fit p̄ penitentia
que a christo violenta vocat. **Ratio.** quia om̄ia
opa penitentialia requirunt violentia. verbi gra-
tia. **Primo** de contritione. **Cōteri** his de q̄b⁹ hō
delectat ⁊ naturaliter inclināt et puocare se ad
fletum violentia requirit que tāta est aliq̄ q̄ ex
illa violentia moriunt vt est iam inuentum. **Jō**
Johel. ij. **Fletu** ⁊ planctu scindite corda vestra.
Sc̄do habere p̄positum nō redeundi ad pecca-
ta que forte iam sunt cōuersa in naturam ex con-
suetudine. ideo requirit violentia ad se custodiē-
dum. vt patet in assuetis iurare deū. **Nota** de il-
lo qui q̄ iurabat ponebat. ij. denarios in bursa
⁊c. ⁊ sic correxit se ⁊c. ecce violentia. **Tertio** rece-
dere a mala societate a p̄sona tam dilecta ⁊c. ideo
requirit magna violentia. poeta. **Que** nocitura
tenes q̄uis sint cara relinque. **Quarto** oris con-
fessio etiā requirit magnā violentiam cuz pudor
retrahit hominē ne peccata p̄senteat ne se diffamet
ideo est necessaria violentia ad instar illius q̄ ni-
mis comedit ⁊ cum violentia se puocat ad nau-
seam ⁊ vomitum. **Itē** ieiuniū requirit violentia
maxime in illis qui cōsueuerāt bibere de mane.
Idem de restitutōe ⁊ iniuriarū remissione. **Ec-**
ce quare dicit christus. **Regnū** celozū vim patit

sc̄z penitētie ⁊ violenti. s. penitentes rapiunt illud
quia primus homo qui pdicauit penitentia pro
obtinendo regnum celozū fuit **Johes** baptista.
Matth. iij. ⁊ **Luc. iij.** **Facite** dignū fructum pe-
nitentie qm̄ appropinquabit regnū celozū. **Mun-**
q̄ autē aliq̄s p̄phetarū patriarcharū h̄ predica-
uit. **Sed** iohānes incepit. deinde christ⁹ cōtinu-
auit di. **Matth. iij.** **Penitentia** agite qm̄ appro-
pinquabit vob regnū celozū ⁊c. **Ideo** dicit the-
ma. **Regnū** celozū dabit facienti fructū. s. penitē-
tie. **Tertio** regnū celozū datur p̄pter deuotū ser-
uitium. **Q̄n** aliquis seruit alicui dño cōsequitur
aliq̄ salariū si bene fuit alias nō. **Sic** christ⁹ su-
is seruitozibus nō dat floze. x. vel. xx. sed dat eis
regnum celozū. **Ec̄ci.** p̄sbyteri qui deuote seruiūt
christo. quia laici sunt in negocijs mundi multū
occupati sed deuoti ecclesiastici de die ⁊ nocte ser-
uiūt christo. **Nota** quō seruitiū ecclesiasticozū
cōsistit in tribus p̄cipue. s. digne officiare. digne
celebrare. honeste cōuersari. **De** primo **Autori.**
Psalmis ⁊ hymnis cum oratis deus hoc verset
in corde quod p̄fertur in ore ⁊c. **De** sc̄do **Exod.**
xj. **Sacerdotes** qui accedūt ad dñm sanctificent
ne percutiat eos. **De** tertio ad **Rho. xij.** **Provi-**
dentes bona nō tñ corā dño. sed etiam corā om-
nibus hominib⁹. **Et** **Aug⁹.** **In** om̄ib⁹ motib⁹ ve-
stris nihil fiat quod cuiusq̄ offendat aspectum s̄
quod vestra deceat sanctitate. **Talib⁹** p̄ salario
seu mercede dat regnum celozum. **Nō** om̄is qui
dicit mihi dñe dñe intrabit in regnū celozum **Er-**
go dñe quis intrabit. **R̄ndet.** **Qui** facit volūta-
tem patris mei qui in celis est ip̄e intrabit in re-
gnum celozū. **Matth. vij.** **Ideo** de sacerdotib⁹
dicit thema. **Regnū** dei ⁊c. **Quarto** regnū celo-
rum dat p̄pter fidele cābiū. **Isto** modo maxime
habet a religiosis qui dant xp̄o quod habent et
christus dat eis p̄ncipale quod habet. s. regnum
celozū. **Mos** religiosi quattuor habem⁹ p̄ncipali-
ter sc̄z animā rōnalem ad imaginem dei creatam
Jō est pulchrior sole nisi deturpeat macula pec-
cati. **Hanc** dat religiosus dño p̄ votum obediē-
tie. quia liberū arbitriū quod est essentielle anime
religiosi submitunt volūtati prelati. **Jō** chri-
stus dicit. **Ma-**iorē hac dilectionē nemo habet vt
animam suā ponat quis p̄ amicis suis. **Joh. xv.**
Pro ista deus dat humili religioso ⁊ obediēti
gloriam suā cū angelis suis. **Ecce** cambiū. **Sc̄do**
habemus corpus de terra. **Joh. vj.** **Spiritus** ē
qui viuificat caro nō prodest quicq̄. **Ip̄m** dat re-
ligiosus dño p̄ votum castitatis quasi dicēdo cū
apostolo. **j. Corinth. ix.** **Castigo** corpus meum ⁊
in seruitutē. s. dei redigo. **Pro** isto deus dat reli-
gioso casto ⁊ honesto resurrectionē incorruptibi-
lem. **Tertio** habemus bona temporalia que religi-
osus dat deo p̄ votum paupertatis. quasi dicēdo
Ecce nos reliquim⁹ om̄ia ⁊c. **Matth. xix.** pro-
pter quod deus dat religioso paupi thesauros

Sermo

paradisi et habet quicquid vult. quod non habet hic aliquis quantumvis magnus. Quarto habemus modos viuendi diuersos. hos dat religiosus domino seruando ceremonias sui ordinis propter quod deus dat religioso regnum celorum. Ecce cambiū ac si tu pro manu plena gariofolis haberes cophinuz plenū florenis. Ideo xpus Matth. v. Beati pauperes spiritu qui dant domino corpore animā et bona: quoniam ipsorum est regnum celorum. Aug. O felix permutatio dare terrā et accipere celum. dare lutum et accipere aurū. dare transitoria et accipere eterna.

Quinto regnum celorum dat per continuā petitionem. Auctoritas. Querite primo regnum dei. et iusticiam eius et hec omnia adiicient vobis. Matth. vj. Dñe et nunquā primo petere debem? victuz et vestiri et alia nobis necessaria. Rñsio quod nō. imo primo querite regnum dei. et iusticiā eius et h omnia. s. victus et vestitus. et adiicient vobis. Nota primo dicat quō deus vult principium tēpōtis totius principii diei est mane. illud vult deus per deuotionem orationem. Sic modū orandi deuotū. Primo se signando. et. Raban. Crux xpi clauis ē paradisi. et sic apta porta intretis spiritu cogitando cū quod loquimini in oratione principium noctis ē sero. Illud etiā vult deus vt oretis antequā ponatis vos in lectuz. Principiū hebdomade ē dñica que fuit prima dies mundi. hoc principium vult deus cessando ab omni ope. et. audiēdo missam. sermōes. seruādo quattuor conditiōes et. hoc modo obtinent regnum dei omnes illi qui orāt deū deuote. Ideo dicit thema regnū dei et. Sexto dat regnum dei per iustā emptionē hoc modo habuerūt ipm sancti martyres dando precii iustum. Aug. Venale inquit dñs habeo. Et quid dñe. Regnum celorum. tñ valet quantum habes. s. de meritis. precii iustum est dare pro ipso vitā et sanguinez et omnes labores nō quod sit precium iustum per equalitatem quia nō sunt condigne passiones huius tēpōris ad futurā gloriā que reuelabit in nobis. Ro. viij. Sed est precii iustum per proportionem ex quo hō dat deo quod habet. s. vitam propter martiriū. Deus dat etiā homini quicquid habet. s. seipsum. gloriā et regnuz suum. ideo dicit tñ valet quantum habes. ideo dicit xpus. Beati qui persecutionē patiuntur propter iusticiā: quoniam ipsorum est regnum celorum. Matth. v. Nota propter iusticiam nō dicit propter fidem. quia iusticia est vniuersalior ad omne opus virtutis. Tñ iohes baptista martyr est propter heremiquz cultor. vt dicit ecclesia. nō tñ pro fide sed pro iusticia. quia corrigebat peccata notoria. fuit ab herode decapitatus. Mar. vj. Si xpus dixisset. Beati qui persecutionē patiuntur propter fides solum. Iohes nō fuisset martyr. Idem de illis qui patiuntur propter cōmunitatē manutenendā. Idem de scutiferis. Idem de vxore qui nō vult cōsentire viro qui vult plus de vxore quā deus ordinauit. Quot martyres essent in mundo si vellent

s. I. I. Si quid patimini propter iusticiā. beati Ecce quare dicit thema. Regnum dei dabitur genti facienti fructum.

¶ Sabbato post dñicā reminiscere

Sicut prophetaz

eum habebant. Matth. xxi. Sermo noster erit de sancto euangelio in quo christus ostēdit nobis tria mala de iudeis. scz

¶ Eorum iustam reprobationē

¶ Duram cōdemnationem

¶ Stultam execrationem

De tertio dicit thema. Sicut propheta et. cum tñ esset et creator omnium prophetarū. Ecce quō erant ceci quod nō cognoscebant ipm esse saluatore et regē messiam. sicut propheta ipm habebat. Dico primo quod sanctum euangelium ostēdit de iudeis eorum iustam reprobationē scilicet quod christus eis ostēdit et ipsi habuerunt concedere. quoniam xpus dixit eis talem parabolam. Homo erat pater familias qui plantauit vineā et sepē circūdedit ei et fodit in ea torcular et edificauit turrim in medio eius et locat eā agricolis et pegre profectus est. Cū autē tempus fructuum appropinquasset misit seruos suos ad agricolas vt acciperēt fructus eius. Agricole autē apprehensis seruis eius alium ceciderūt alium lapidauerunt. Item misit alios seruos plures prioribus Et fecerūt illis similiter. Nouissime autē misit ad eos filiū suū di. forsitan verebuntur filiū meū. Agricole autē videntes filiū. dixerūt. hic est heres venite occidamus eū et habebimus hereditatē eius Et apprehensum acceperunt et piecerūt extra vineam et occiderūt. Cū autē venerit dñs vinee quā faciet agricolis suis. Tū illi. malos male pedet et vineā locabit alijs agricolis qui reddent ei fructum tēpōribus suis. Ex qua parabola christus fecit eis cōcedere ore proprio quod iuste erant a dño reprobati et cōdemnati. Modo declaram parabolam. Homo iste pater familias est deus pater qui licet nō sit homo tñ propter similitudinē quā habet cum deo deus rōnabiliter dicit se eē hominem. Adam autē nō debet dici pater vniuersalis. quia pater carnalis modicū facit. et. sed deus facit totum et corpore et animā. et. ideo dicit christus patrē. s. vniuersalem nolite vocare vobis super ram. Matth. xxij. Vineā ista est gens iudaica. quā deus pater transplantauit de egypto vbi erat captiuus in terrā pmissionis. Dauid. Vineam de egypto transtulisti eiecisti gentes. s. infideles de terra pmissionis et plantasti eam. et sepē circūdedit ei. s. vt custodiret ptegeret et defenderetur. Hic seps est lex diuina. voluit deus vt vinea. id ē. gens iudaica esset clausa et ne male bestie illuc intrarent. Item ne ipsa saltaret ultra sepē peccato mortaliter. quia propter peccatū veniale nō saltat homo ultra sepem. Amb. in lib. de paradiso definiens peccatum dicit. Peccatū est transgressio

Sabbato post Reminiscere

diuine legis et celestium inobediencia mandatorum.
Torcular huius vinee gentis iudaice est altare sacrificiorum ubi sanguis animalium fundebatur. **T**urris alta erat templum edificatum habens in altitudine centum viginti cubitos. et habebat tria solaria. **iij.** **P**aralip. **iiij.** **E**t locauit vinea ista agricolis. id est. **p**alatis. magistris. doctoribus et rabinis. qui habebant viuere de decimis et primitiis et oblationibus. iuxta ordinationem dei. et quod ipsi darent sibi fructum meritorum virtutum et operum spiritualium. quia ideo ipsam edificauit eis et ipsi ideo receperunt fructum de vinea populi. **s.** **A**utoritas. **D**edit illis regiones gentium ut custodierint iustificationes eius. id est. opera spiritualia et virtutum. **E**t peregre profectus est. **N**on intelligatis ex hoc quod deus sit mutabilis sed reliquit hominem in libertate arbitrii. **D**edit sibi precepta affirmatiua et negatiua inducendo ipsum ad bonum sed non cogendo. **Ecc.** **xv.** **D**eus ab initio constituit hominem et reliquit illum in manu consilii sui adiecit mandata et precepta sua. **S**i volueris mandata conseruare conseruabunt te. **z.** **E**t venit tempe fructuum de vinea sua misit seruos suos. scilicet sanctos prophetas **Esaiam.** **Amos.** **z.** **v**trudcerent gentes ad faciendum in vinea christi. **A**uto. ut eam et fructum afferatis. **D**ico fructum meritorum per sanctitatem vite. et illos occiderunt **Esaiam** cum sarra. **A**mos cum in samaria prophetaret amasias sacerdos frequenter eum plagis afflixit tandem filius eius ozias vecte per timpa afflixit post hoc semiuu in terram suam euectus post aliquot dies dolore vulneris expirauit. **Hec Hiero.** in. **iiij.** prologo super **Amos.** **I**tem **Zacharias** filius ioiade fuit lapidatus et dominus non habuit fructus de vinea sua. **D**einde de tempe ductum. misit alios seruos scilicet **Pieremiam.** **Ezechielem.** **Abacuc.** **z.** et fecerunt eis similiter. **D**einde misit eis filium suum predilectum. scilicet christum in incarnatione qui quoniam ostendit se agricolis predicando et mirabilia faciendo dixerunt. **Hic est heres.** id est. hic est messias. **I**deo **Nicodemus** quoniam venit ad eum dixit. **Scimus** quia a deo venisti magister. **z.** **Jo.** **iiij.** **Q**uia videbant tempus messie completum et prophetias. **D**icunt hic omnes glorie tam litterales quam allegoricales quod iudei cognouerunt christum esse verum messiam tam propter mirabilia quam propter tempus et prophetias completas quam etiam propter testimonium **Ioannis** baptiste et crediderunt a principio. **S**ed quia christus arguebat et reprehendebat eorum peccata nota. ex malicia et cecitate perdidit fides de ipso dei. **C**ircuueniamus iustum quoniam inutilis est nobis et contrarius operibus nostris et improprie nobis peccata legis diffamat in nos peccata discipline nostre permittit se scientiam dei habere et filium dei se nominat. **S**i filius dei est suscipiet illum de manibus contrariorum. **C**ontumelia et tormento interrogemus eum et probemus patientiam eius. **M**orte turpissima condemnemus eum. **H**oc cogitauerunt et errauerunt. **E**xcecauit enim eos malicia eorum et

nescierunt sacramenta dei. id est. sacra secreta. **Sap.** **iiij.** **C**hristus autem reprehendebat eos coram populo auisando populum ne corrumpetur et deciperetur ab ipsis. **I**deo populus auisatus a christo. **D**espiciebat eos videns eorum malitiam et peccata nec volebant dare decimas. **z.** **I**deo ipsi ex malicia dicebant. **venite occidamus eum et habebimus hereditatem.** id est. decimas primitias. **z.** **v**trud. **E**t finaliter fuit data sententia contra christum ut extra hierusalem. id est. monte caluarie crucifigeretur. **Heb.** ultimo. **D**ominus extra portam passus est. **C**um ergo venerit dominus vinee quid faciet agricolis illis. **A**unt illi. **M**alos male perdet. **z.** **T**unc dixit eis christus. **imo dico vobis.** auferet a vobis regnum dei. et dabitur genti facienti fructus eius. id est. obediencie. penitentiae et bone vite. **M**oraliter auisatis vos ne accidat vobis ut iudeis. **U**nde ex predicta declaratione patet quod deus vult de populo suo fructum. **N**on enim contentus de floribus et folijs. **I**deo pro fructu habendo. misit et mittit quotidie seruos suos. id est. predicatorum. **N**ota sex fructus quos vult deus. ex quibus dat regnum dei facienti. **P**rimus illius fructus est innocentia baptismalis. **Q**uia si infans moritur et portat secum fructum innocentie baptismalis ibi statim dabitur sibi regnum celorum. **I**deo christus. nolite timere pusillus grex. quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. **L**u. **xij.** **S**ecundus est obedientia generalis ad sua precepta. **M**atth. **vij.** **N**on omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum celorum. sed qui facit voluntatem patris mei qui in celis est intrabit in regnum celorum. **T**ertius est penitentia virtualis. quia perdit innocentia et obediencia oportet facere fructum penitentiae. **L**uc. **iiij.** **F**acite ergo fructus dignos penitentiae: quoniam appropinquabit vobis regnum celorum. **Q**uartus est patientia martyrum. **M**atth. **v.** **B**eati qui persecutionem patientur propter iusticiam. quoniam ipsorum est regnum dei. **Q**uintus est diligentia apostolicalis. **M**atth. **v.** **B**eati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum. **S**extus diligentia spiritualis in his que tenentur facere secundum suum statum. sic est religiosus vel clericus. **M**atth. **vj.** **P**rimum querite regnum dei et iusticiam eius. et hec omnia adicientur vobis. **E**cce fructus quos deus vult de vinea populi sui. **N**on contentatur de folijs que iudei sibi dabant cantando psalmos. prophetias distincte et spatiose. sed non dabat sibi fructum deuotionis nec bonorum operum. **I**deo ipse **M**at. **xv.** **P**opulus hic me labijs honorat cor autem eorum longe est a me sine causa colunt me. **S**i multi clerici modo dant deo folia. sed nullum fructum meritorium nec virtutum nec bonorum operum dant sibi nec penitentiae nec deuotionis. **I**dem de religiosis qui sibi dant folia permissionis votorum. sed non dant sibi fructum. quia openibil seruant. **I**dem de predicatoribus qui dant deo folia pulcro rum verborum. sed non dant sibi fructum bone vite. **I**tem domini et rectores communitatum qui dant deo fo

Sermo

lia iuramentorum. q̄ seruabunt iusticie fructum sed nō dant sibi fructum op̄is. immo faciūt totum oppositum. Idez de illis qui in matrimonio pmittūt sibi mutuā fidē rē. Ecce pulchra folia s̄ nō dant fructū obseruando. imo ducunt cōcubinas. Idem de illis q̄ sunt in piculo dant deo folia vtorū. sed postq̄ sunt extra picula nō dāt sibi fructū op̄is cōplendo vota. Idem de iuristis qui p̄sentant pulchra folia verborū. sed nō dant fructum iusticie. Idem pōt dici de quolibet statu. Signū est reprobationis r̄ cōdemnatiōis sic de iudeis. Ideo legiſt̄ Matth. xxi. q̄ cuz christ⁹ semel veniret in hierusalem quesuit fructū in ficulnea r̄ nō inuenit nisi folia r̄ maledixit ei dicens Nunq̄ nascef̄ ex te fructus in sempiternū r̄ arefacta est cōtinuo ficulnea. Figura fuit qz nō vult deus vt nos faciamus solū folia sed fructū. Ideo dixit Joh. xv. Ego posui vos in vinea xp̄i vt eatis r̄ fructū afferatis. rē. ¶ Dico sc̄do q̄ sanctuz euangeliū declarat de iudeis durā cōdemnationem. s. q̄ mitteret eos in infernū cōdemnatos. postq̄ xp̄s fecit eis cōcedere q̄ erūt iuste reprobati. dixit eis. Nunquid legistis in scriptura. ps̄. cxvij. Lapidem quē reprobauerūt edificantes h̄ factus est in caput anguli a dño factū est istud et est mirabile in oculis nostris. Ideo dico vobis q̄ aufereſ a vobis regnū dei r̄ dabit̄ genti facienti fructus ei⁹ r̄ qui ceciderit sup lapidē istū cōfringetur. sup quē vero ceciderit conteret eum. Pro cui⁹ declaratione falsi sciendū fm q̄ dicunt glo. q̄ q̄ templū salomonis edificabat. lapides parabant̄ extra ciuitatē hierusalem. intrū q̄ in ciuitate hierusalem non fuit sentitus ictus axe vel martelli. Et dum edificaret̄ parietes templi inuētus est vnus pulcher lapis. r̄ q̄ volebāt ip̄m ponere vel erat nimis altus vel nimis bassus pp̄t quod fuit a magistris reprobatus. sed finaliter dicti magistri indiguerūt vno lapide in angulo ad ligandum opus. tunc ille lapis fuit ad hoc optimus. De quo m̄gr̄i admirantes dixerūt. A dño factum est istud. Dicitur lapis figurabat christū De quo Dauid p̄phetando dixit. Lapidē quez reprobauerunt edificātes hic rē. ps̄. cxvij. Ideo videamus quis sit ille lapis. Sciendū q̄ in sacra scriptura xp̄s dicit̄ lapis angularis. Esa. xxviii. Et loquit̄ p̄pheta in p̄sona dei p̄ris. Ecce mittā in fundamentis syon lapidēz p̄batū angularem p̄ciosum qui crediderit nō cōfundet̄. Itēz Dauid. ij. Abscisus est de monte lapis sine manibus. Nota de monte. i. de diuinitate xp̄i seu virginitate virginis Marie. sine manib⁹. i. sine homine. Item. j. ps̄. ij. Christus dicit̄ lapis vtr⁹ ab hominibus quidē reprobatus a deo aut̄ electus r̄ honoratus. reprobatus aut̄ a magistris r̄ edificabant̄ edificare populū verbo doctrine r̄ exemplo vite. Qui multotiens reprobauerunt christū

Primo reprobauerunt eius vitā sanctissimā dicēdo. Ecce hic hō vorax r̄ potator vini publicanō r̄ peccatorū amicus. Matth. xi. Secūdo ei⁹ miracula dicendo. hic non eicit̄ demonia nisi in nomine beelzebub p̄ncipe demoniorū. Mat. xij. Tertio eius genus di. vñ huic sapiētia hec r̄ virtutes. Nōne hic est fabri filius. nōne mater ei⁹ dicitur Maria r̄ fratres eius Jacob⁹ r̄ Joseph⁹ r̄ Simon⁹ r̄ Judas. r̄ sorores nōne omēs ap̄d nos sunt vnde ergo huic om̄ia ista. Mat. xij. Quarto eius doctrinam dicēdo demoniū habet r̄ insanit quid eum auditis. Joh. iij. Quinto eius sanctitatem dicendo. Nos scimus. quia hic hō peccator est. Joh. ix. Sexto eius famā di. Nōne hū dicimus nos. quia samaritanus es tu. Joh. viij. Septimo eius dominiū corā pylato di. Nō habemus regē nisi cesarē. Joh. xix. Ecce hic lapis a magistr̄i reprobatus. sed finaliter in angulo venit optime duos p̄ctes coniungens. s. iudeorū r̄ gentiliū ibi cōsistebat totus mūdus. quia h̄ duo cōiuncti sunt r̄ cōiungē ante diē iudiciū ad lapidem angularē christū q̄n receperūt r̄ recipiēt fidem catholicam. Ecce quare dixit christus eis. Nunquid legistis rē. Qui ceciderit sup lapidē istum confringet sup quē vero lapis ceciderit conteret eū. Sup lapidē. id est. xp̄m cadit hō q̄n peccat mortaliter r̄ cōfringit̄ nostra saluatio. que cōsistit in duobus finaliter r̄ p̄ncipaliter. s. in verā credentia r̄ deuota obedientia r̄ vnū sine alio nō saluat hominē. Bitumē cōiungens est gratia dei s. Cor. xv. Gratia dei sum id qd̄ suz. Qui peccat aut̄ mortaliter grām dei p̄det siue bitumen. r̄ diuidit̄ r̄ confringit̄ homo. sed adhuc potest cōsolidari vt ciphus argenti. Ideo Dauid Lū ceciderit nō collidet̄. id ē. nō tereſ. Ratio. quia dñs supponit manū suā. ps̄. xvj. s. ip̄m suscipiendo in fide r̄ obedientia. Cadit xp̄s sup hominē in iudicio pondere rigoris iusticie. Tunc p̄ctōr conteritur ad instar pulueris rē. s. in op̄ibus r̄ in p̄sona. In op̄ibus q̄n peccator cadit sup lapidē. peccando mortaliter. tunc ei⁹ merita r̄ bona opa mortificantur. Sed q̄n reintegrat̄ r̄ solidat̄ p̄ penitentia. bona opa r̄ merita reuiuiscunt. Sed in iudicio quādo lapis cadit sup peccatorē. totū cōteritur etiā si h̄ret tot merita quot habet x̄go maria om̄ia p̄det r̄ nullū refrigeriū habebit ex ip̄is imo magi cruciabit̄. q̄n videbit q̄ illa bona n̄ p̄nt sibi valere r̄ q̄ tunc sunt sibi p̄dita tunc tot⁹ conteret̄ in doloribus r̄ penis. Sc̄do conteret̄ q̄tū ad p̄sonā r̄ in potentis anime. qui a intellect⁹ est plenus ignorantia. r̄ non scit aliquid nisi penas. Memoria est plena doloribus. voluntas est plena obstinatione. sensus etiā corpales. visus vidēdo formas horribiles demonū. audit⁹ blasphemiarū clamores. Olfactus fetoribus plenus. tactus penarum. De ista contritiōe Auctoritas Cōfundant̄ qui me p̄sequunt̄ r̄ nō confundar ego.

*Sup lapidem iudicij
quod significat*

Quod confingitur

Quod conteritur

Sabbato post Reminiscere

paueant illi et non paueam ego. Induc sup eos diem afflictionis et duplici contritione contere eos dñe de noster. **Hiere. xvij.** // Tertio sanctū euāgelium declarat de iudeis eorū stultā excecationem. quia cū esset deus et creator pphetarū et angelorū ipsi habebant ipsum solum sicut pphetā. cum tñ viderent quotidie signa magna et mirabilia que faciebat. pfectionem vite sue et excellentiam doctrinarū celestium nec volebat aliqd huius mundi nec honores nec dignitates nisi honorem dei et saluationē animarū. et ipsi vt ceci reputabāt ipsum pphetā. **Unde Barth. xvj.** quesiuir xps a discipulis dī. Quē dicūt homines esse filiū hominis. dicūt ei Johānē baptistā. alij autē Helīā alij vero Hieremiā aut vnū ex pphetis. De hoc dicit tertia ps euangelij hodierni. **Luz** audissent principes sacerdotū et pharisei parabolas istas cognouerunt qd de ipsis diceret et querētes eum tenere timuerunt turbas. quia sicut pphetaz eū habebant. **Ideo Luc. vj.** Propheeta magnus surrexit in nobis. etc.

Sabbato post secundā dñicā
in quadragesima. Sermo.

Pater illius misericordiam motus est. **Luc. xv.** In nulla sacra scriptura veteris nec noui testamenti ostendit ita dare dulcedo diuine misericordie erga peccatores qui reuertuntur ad deū p penitentiam sicut in euangelio hodierno. **De quo erit sermo noster sed primo salutetur virgo Maria etc.** Pater illius etc. In hoc sermone volo tenere modū iuristarū. qui qñ volunt legere vel disputare. **Primo** ponunt legem in terminis. deinde determinant difficultates et subtilitates sū q requirit materia. Sic faciam in presenti sermone. **Primo** ponam in terminis casum legis impatoris iesu christi. **Secundo** ponam determinationes pape iesu. **Casus** est iste. volens xpus declarare et ostendere nobis dulcedinez infinite misericordie dei erga peccatores penitētes dixit. qd erat quidam homo qui habebat duos filios etc. **Dicat** historia sancti euangelij. **Ecce** hic casus in summa. **Ex** quo sequit ista conclusio qd deus cum magno gaudio recipit peccatorem qñ redit ad ipsum p penitentia. **Modo** punctemus subtilitates. et tria habēt hic punctari.

Primū ē de auersione peccatoris criminosa

Secūm ē de auersione penitētis virtuosa

Tertiū ē de misericordie creatoris copiosa

De tertio punctamento dicit thema. **Pater** illius misericordia motus. **Primū** ergo cōpunctamentū est de auersione peccatoris criminosa. qñ hō peccando auertit et recedit a deo. in quo punctamento sunt qñq notāda. **Primū**. quia pater dedit filio suā substantiam que ad eū ptinebat. **Secūm** qd filius adolescentior pegerē. pfectus est. **Tertio** qd dissi-

pauit substantiā suā viuēdo luxuriose. **Quar** tum quia abiit et adhesit vni cuius regionis illi. **Quintū** cepit egere et moriebat fame. **Primo** ergo dicit qd pater dedit duobus filiis substantiaz suā. adolescentiori dans suā ptem ad eius petitionem. **Sic** xps pater omnibus hominib⁹ dat liberum arbitriū faciendi bonum et malū. **Nullus** dicat si est malus quia sciebat deus. quia suum sci re non cogit aliquē. sicut nec meū videre cogit aliquem esse hic. sic scire dei nō cogit aliquē ad faciendum bonū vel malū. nec hoc vel illud. imo quē liber dimittit in libertate arbitriū. **Primo** in intellectu ad credendum vel discredendum illud qd sibi placet. **Secundo** in memoria ad memorandū dei bñficia ad sibi regratiandū vel ad memorandū iniurias receptas ad vindicandū. **Tertio** in voluntate ad desiderandū bonū vel malū. **Itē** in corde ad cogitandū bona vel mala. ad diligendum primū vel odiendum. **Itē** in ore ad deum laudandum vel blasphemandū ad dicendū verum vel falsum. **Itē** in auribus ad audiendū diuina vel vana vel mūdana. **In** oculis ad videndum bona vel vana et ad malum inclinantiā. **In** gutture ad comedendū vel ieiunandū. **In** manibus ad dandum vel furandū. **Omnia** membra dimittit in libertate arbitriū. **Et** totū corp⁹ ad faciendum bonum vel malū. penitentia vlt delectationes etc. **Ecce** quare dimisit illis bona. s. potentias intellectuales anime et potentias sensitivas corpis. quia omnia dimittit in libertate arbitriū. **Autoritas.** **Eccl. xv.** De ab initio constituit hominem et reliquit eum in manu consilij sui adiecit mandata et pcepta. **Si** volueris mādata conseruare conferuabūt te. **Mora** in manu consilij sui. **glo.** in libertate ar. **Adiecit** mādata et pcepta qd stricte loquendo differunt. quia mādata sunt instructiones quas deus dat nobis ad faciendum bona. sicut sunt pcepta affirmatiua. vt memeto vt diem sabbati sanctifices. honora patrē tuum et matrē tuā. **Pcepta** autē sunt fortiora sicut sunt pcepta negatiua que obligant ad semp et pro sp quia in nullo casu licet facere oppositū sicut recurrere ad diuinos nec falsuz iurare. etc. in nullo casu est licitum. **Mandata** autē affirmatiua obligāt ad semp sed nō pro semp. quia licitū est in die dominico pugnare cōtra inimicos et hmōi. **Item** si parētes apostatauerunt a fide. filius nō tenetur honorare parētes ipsos. **Secūm** punctus dicit qd filius adolescentior pegerē pfectus est in regionem longinquā. **Ecce** hic mala vita et puerfa peccatoris quādo ad mala vertit de bonis sibi datis a deo. recedit a deo corde male cogitādo et peccatis consentiēdo. ore male loquēdo. et ope male viuendo. **Sic** em hō elongat a deo et a celesti ciuitate. **Si** dicat quō pōt homo elōgari a deo. cū sit vbiq et replet omnia sicut claritas solis implet totum aerē et ferrū ignitū ē plenū igne. et pann⁹ tin-

ctus colore. **R**esponso. non intelligatis q̄ pec-
 cator elongat̄ a deo p̄ distantiam locale. quia b̄
 est impossibile alioq̄n annihilare. cū deus sit cā
 omnium rerū in fieri et in conseruari sed elongatur
 a deo p̄ distantia vel differentia formalē. Sic il-
 le qui cū i sole eēt et coopiret se. elongaret̄ a sole n̄
 localiter sed priuaf̄ solis illuminatione. Ita ille q̄
 peccat mortaliter ponit supra se vnū impedi-
 tum quod impedit ne claritas diuine gr̄e tangat
 ip̄m. Ita peccatum est quoddā obstaculum. r̄c.
Ideo dicit̄ de Augustino. Inuenit se Augustin⁹
 longe esse a deo. nō p̄ distantia localem vel corpo-
 ralem sed in regione dissimilitudinis. Et sic illud
 intelligit̄ **P**rouerb. xv. Longe est deus ab im-
 pijs. Idem illud ps̄. longe a peccatorib⁹ salus.
Tertius punctus dicit̄ q̄ dissipauit bona sua
 siue substantiam suam viuēdo luxuriose. Ex isto
 textu habet̄ q̄ quilibet qui peccat mortaliter p̄-
 det omnia bona et merita que congregauit. vnde
 si quis haberet omnia merita p̄phetarū ap̄oz r̄c
 et si peccaret mortaliter. statim p̄det omnia illa et
 nihil remanet sibi. Ex pctō aut̄ uenali nō p̄dun-
 tur merita sed p̄dit̄ feruor deuotionis. sed pctm̄
 mortale ad instar mortis omnia mortificat. que ni-
 hil dimittit sed in morte homo omnia dimittit eti-
 am si esset dñs totius mūdi. sic pctm̄ mortale au-
 fert homini omnia merita. **E**c̄c̄s. ix. Qui in vno
 peccauerit multa bona p̄det. quia nō solum p̄dū-
 tur vtutes cōtrarie sed etiā omnia alia. vbi gr̄a.
Si peccas p̄ supbiam nō credas soluz p̄dere me-
 rita que acquisiisti p̄ humilitatem sed etiā alia.
Ratio. quia omnia merita in gratia dei fundant̄:
 qua p̄dita omnia merita p̄dunt̄. quia destructo
 fundamento cadit totū edificium. ideo **J**aco. ij.
 Quicumq̄ totā legem seruauerit et offēdit i vno
 factus ē omnium reus. quia scissa radice arbor mo-
 ritur. Idem de radice gratie. **Q**uartus. adhe-
 sit vni ciuitem. scz diabolo qui est ciuis ciuitatis
 inferni. regionis illi⁹. s. mittens eum dño qui fec̄
 eum custodire porcos. s. vitia et peccata que feti-
 da sunt et imūda vt porcus. quia qui peccat mor-
 taliter. recipit diabolū in dñm si nō expresse tñ
 de facto. **S**i dicat̄. si seru⁹ est diaboli. ergo p̄dit
 liberum arbitrium r̄c. **R**ñsio q̄ nō p̄dit ip̄m s̄z
 tenet ligatum in se. verbi gratia. **F**in finē quē ho-
 mo peccando intendit homo peccat de necessita-
 te. nō de necessitate absoluta. sed cōditionata. vt
 si homo ponat in corde suo q̄ habeat honores tē-
 porales. **N**ecessesse est vt faciat plura peccata. s. ne-
 cessitate conditionata. Et sic intelligit̄ verbū xp̄i
Ve mūdo a scandalis. necesse est vt veniant scā-
 dala **M**att̄h. xvij. **I**sto modo peccator dicitur
 seruus diaboli nō necessitate absoluta sed volun-
 taria. ad **R**oma. vj. **N**escitis qm̄ cui exhibuist̄
 vos seruos ad obediendū serui eius estis. **Q**ui-
 tus dicit et cepit egere. s. spūalibus bōis et morie-
 bat̄ fame **S**i dicat̄. ego video q̄ pctōres nō egēt

imo magis abundant. r̄c. **D**ico imo egent et mo-
 riunt̄ fame. qz honores hui⁹ mūdi nō satiat̄ esuri-
 entem imo faciūt magis esurire. **I**de de diuitijs
 qm̄ esuriens nō satiat̄ q̄ntūq̄ apit os ad ventū
Item quid sunt honores papales vel regales. et
 sic de alijs nisi ventus. **D**e vento nullus pōt sati-
 ari. ideo illi qui sitiunt dignitatē qm̄ habēt illam
 quā d̄siderāt statim d̄siderāt aliā. qz nō ē ibi saturi-
 tas. **I**dem de esurie diuitiarū. quia nō transeunt
 ibi vbi est fames. s. in corde sed in bursa. **I**de gu-
 lostus semp̄ famescit an̄q̄ comedit escas famescit
 post prandiu. famescit an̄ prandiu. r̄c. **I**tem lu-
 xuriosus famescit. quia delectationes carnales nō
 satiant. sola gratia satiat hominē. qui habz grati-
 am d̄i nō esurit nec sitit honores nec diuitias nec
 delicias porcorū. **I**deo xp̄s. **O**mnis qui biberit
 ex aqua quā ego dabo ei nō sitiet in eternū **J**oh.
 iij. patet auersio peccatoris. **S**ecda ḡ difficul-
 tas casus legis chusti est de couersione penitētis
 virtuosa in qua sunt alia q̄ notāda necessaria
 in conuersione pctōris. **P**rimū ibi in se reuersus
Sc̄dm q̄nti mercenarij. tertiū surgā et ibo ad pa-
 trem. quartū pater peccaui. quitū fac me sic vnū.
 r̄c. **Q**uātū ad primū ibi. ille aut̄ in se reuersus. ec-
 ce hic peccati cognitio. hoc est p̄mū opus necessa-
 rium volenti redire ad deum vt cognoscat pctā
 sua. verbi gratia. qm̄ religiosus ad se conuersus
 di. **O** miser tot anni sunt q̄ suz in religione. et nō
 seruauit regulā. hoc dicit postq̄ in se ē reuersus co-
 gnoscendo peccata sua. qm̄ aut̄ cogitabat de mū-
 do et delectationibus r̄c. **I**de de clerico ad se re-
 uerso dicēte. **O** miser tot anni sunt q̄ sum sacer-
 dos et vixi vt laicus. **I**de de laico dicente. **O** mi-
 ser solo nomine sum xpianus. **E**cce quare dicit̄ i
 se reuersus. quia hic incipit bona vita. **I**deo da-
 uid postq̄ peccauit cū bersabee p̄ luxuriā et occi-
 dit vriam in se reuersus dixit. **M**iserere mei de⁹
Fin magnā misericordiam tuam. **E**t inter alias orati-
 ones quas allegauit dixit. **A**mplius laua me ab
 iniquitate mea et a peccato meo mūda me. **Q**uo-
 niam iniquitatē ego. ps̄. l. **S**c̄dm ibi q̄nti mer-
 cenarij in domo patris mei abūdant panib⁹. ego
 aut̄ hic fame pereō. ecce hic peccatorū contritio.
Quid valeret peccatorū cognitio. sine cōtritiōe
 nihil. sed postq̄ peccator cognoscit peccata et co-
 gitat q̄ est filius tam boni patris. s. xp̄i et tam bo-
 ne matris. scz ecclesie. et q̄t seruitores sunt in do-
 mo p̄ris. quib⁹ ipse p̄uidet de gr̄a sua. et ego mi-
 ser hic fame pereō. p̄ hoc dixit **E**zechias **R**e-
 cogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine
 anime mee. **E**sa. xxxvij. **T**ertio surgaz et ibo
 ad patrē meū. **E**cce hic boni p̄positi assumptio.
 scz obediendi et seruied̄i deo et nō diabolo. **M**o-
 dicum em̄ valeret pctōrū cōtritiō nisi homo reci-
 piat firmū p̄positū nō redire ad peccata. **J**ō con-
 fessor debet petere confitentem. habetis volūta-
 tem et p̄positum abstinendi a peccatis. si dicit̄ nō.

Dominica Oculi

nō est absoluendus. ergo surge qui dormis et exurge a mortuis et illuminabit te xps. ad Eph. v. Nota illuminabit te xps. verbū est transituum et actiuū. Nota qd xps deus illuminat aliquos s̄ nō illuminat eis. put est datiu casus et dicit acq̄sitionē et vtilitatem. quia multi sunt illuminati ad vtilitatē aliorū qui nō sunt illuminati ad vtilitatem ppriam. Quarto dicit p̄ peccauit. Ecce h̄ oris confessio. quia cōtritio sola nō sufficit si homo nō habet oportunitatē cōfiteādi al̄s sufficeret. ideo post contritionē necessaria ē oris confessio. qz camera nō dicit mūda quousqz imundicie p̄iciantur extra de camera. Idez de camera conscientie. s. Joh. s. Si cōfiteamur peccata n̄ra fidelis et iustus est deus vt remittat nobis pctā n̄ra et emūdet nos ab iniquitate n̄ra. Quinto fac me sicut vnū de mercennarijs tuis. Ecce h̄ penitētie iniūctio et acceptatio qm̄ peccator ad instar mercēnarij acceptat onus penitētie. Nota quō confessor debet esse discretus in dando penitentiam vt fm̄ plagā peccati det medicinā penitētie. Sic si peccauit p̄ supbiam det sibi penitentiā humilis orationis et deuote. Nō qd est deuota oratio. sic em̄ humiliat cor supbum. si p̄ auariciam penitentiā medicinalis ē elemosyna vel restitutio. Si p̄ luxuriam. ieiunia. S̄ aliqui miseri p̄fessores dare nesciunt aliā penitentiā nisi missas ad instar medici de cepe rubeo qd apponebat cullibet morbo. Confessor aut̄ est medic⁹ aie. ideo debz dare medicinā fm̄ plagam peccati. Ecce. iij. Iudiciū p̄ris. i. confessoris. audite filij dilecti. et sic facite vt salui sitis. Tertius punct⁹ ē remissio creatoris copiosa i quo sunt alia quinqz notanda et ostensua diuine misericōdie. Primū ibi. Et occurrēs pater eius amplexatus est eū. Scdm̄ cito p̄ferte stolam p̄maz et induite illum. Tertiu date annulum in manib⁹ eius et calciamenta in pedib⁹ eius. Quartum ibi adducite vitulum saginatū. Quintum ibi epulemur. quia hic filius meus. Primo dicit qd occurrēs pater filio ad eū conuertenti amplexat⁹ ē eū. Ecce h̄ culparū remissio. De hoc dic̄ thema. Pater illi⁹ misericōdia motus ē. q. d. Tu merebaris furcam inferni. sed p̄co tibi et remitto tibi om̄es culpas. Ecce h̄ misericōdia dei maxima. Si miles aliq̄s occideret filios regis et peccaret cū regina s̄ post recognoscēs culpā suā veniret ad regē et peteret veniā si rex p̄ceret sibi et amplexaret eum et oscularet eum. reputaret fatu⁹. Maiora pctā remittit xps rex glorie penitēti. qui d̄r misericors qd qm̄ videt venire ad se pctōrē penitēte de pctis statim occurr̄ ei amplexans et osculās eū oēs culpas sibi remittēdo. Ezech. xvij. Si impi⁹ egerit p̄nias ab om̄ib⁹ peccat̄ suis que opat⁹ est feceritqz iudiciū et iusticiā vita viuet et nō moriet̄ oim̄ iniquitatū q̄s opat⁹ est nō recordabor. Scdo dicit p̄ferte stolā p̄mā et induite illū. Ecce h̄ p̄stine gratie restitutio. ecce magna misericōdia xpi qd nō solum

remittit culpas. sed etiam restituit sibi grām p̄stinam. vestiēdo aiām veste gr̄e qua fuerat nudata. Ideo dicit ip̄emet d̄re. iij. Vulgo dicit̄ id ē. vulgariter dicit̄ de meretrice. Si dimiserit vir vxorem suā et recedens ab eo duxerit virū aliterum nunquid reuertet̄ ad eam vltra. nunquid nō polluta et cōtaminata erit mulier illa. Tu aut̄ fornicata es cum amatoribus multis tū reuerte-re ad me dicit d̄s et suscipiā te. Lupanaria sunt peccata mortalia et qm̄ anima est induta veste ḡtie pōt cantare et dicere. gaudens gaudebo in domino et exultabit anima mea in deo meo. quia induit me vestimētis salutis et indumento iusticie. circūdedit me quasi sponsam decoratā corona. Esa. lxj. Nota vestimētis salutis. Videte. nā vestimenta salutis sunt habitus virtutum theologicālium et moralium siue cardinaliū et septē dona spūs sancti. om̄ia ista restituit d̄s penitenti. Indumentū iusticie est gratia diuina siue charitas habitualis. Tertio dicit date annulum in manibus eius. Ecce h̄ p̄cedentiū meritorū restitutio quia modicū esset restituere habitū virtutū. nisi etiam restitueret et merita que p̄didit ex peccatis que quidē merita sunt in duplici differētia. scilz opationū exteriorū. que p̄ annuluz signant̄. et affectionū interiorū que p̄ calciamenta intelligunt̄. Dicit̄ h̄ doc. theo. qd bona opa facta in grā sunt viua. Sed qm̄ hō peccat mortaliter. illa bona p̄duntur peccanti. et reseruant̄ in thesaurū dei et dicunt̄ mortificata. Sed qm̄ pctōr redit ad grām sibi restitunt̄. sed opa bona de genere facta in statu peccati mortalis. mortua sunt. et illa non restitunt̄. quia nunqz fuerunt meritoria. tū in statu peccati mortalis nō sunt dimittēda bona opa quia licet nō sunt meritoria glorie. tū valent ad om̄ia alia bona habenda. Matth. xxv. Om̄i habenti. s. grām dabit. s. abundantia meritorum p̄cedentium et abundabit. ei aut̄ qd nō habet scz gratiam et qd videt̄ h̄re scz bona opa de genere. auferet ab eo. Quarto adducite vitulū saginatū. ecce h̄ eucaristie cōmuniō. ex quo deus remisit culpas penitēti et restituit sibi gratiā et merita. restat comedere vitulum saginatū. s. corpus christi. Matth. xxvj. Accipite et manducate h̄ ē corpus meū. Quinto epulari et gaudere oportebat. ecce h̄ celestis curie congratulatio. quia magnum festum fit in celo de vno peccatore ad d̄m per penitentiam redeunte. quia angeli et sancti tripudiant et gaudent. Michael ducit vnā chorēā aliaz gabriel. aliam abraā cū patriarchis et c. Luc. xv. Gaudiū est angelis d̄ni in celo super vno pctōrē penitētiā agente. Ideo dicit gaudere et letare oportet qd filius meus frater tu⁹ hic mortu⁹ fuerat et reuixit. perierat et inuentus est. et c. patet ergo misericōdia creatori copiosa. q̄ p̄ illi⁹ misericōdia motus est.

Dñica. iij. in. xl. Sermo primus.

Fortis armatus

custodit atrium suum. Luc. xj. Juxta motuum thematis in presenti sermone intendo predicare de bello campali et generali quod populus habet cum demonibus in isto sacro tempore. xl. Sed primo salutem virgo maria. et. Fortis armatus. et. Pro cuius verbi declaratione et materie predicande in introductione. vos debetis cogitare quod hoc sanctum scriptura. xl. est quasi quedam platea siue campus belli in quo fideles christiani faciunt bellum generale contra demones et contra temptationes eorum. et est bellum generale. quia licet persone devote omni tempore vite sue sint in bello contra demones. contra dicendo eorum temptationibus et peccatis. tamen illud bellum est singulare siue particulare. Sed modo est bellum generale totius populi christiani. Ideo sicut milites qui intrant bellum. animantur et confortantur dicendo. Sitis fortes et. Sic sacra scriptura confortans nos dicit. Confortamini in domino. et in potentia virtutis eius et induite vos armatura dei. ut possitis stare aduersus insidias diaboli: quoniam non est vobis colluctatio aduersus carnem et sanguinem. sed aduersus principes et potestates aduersus mundi rectores et nebrarum harum contra spiritualia nequie in celestibus propterea accipite armaturam dei ut possitis resistere in die malo et in omnibus perfectis stare. Eph. vi. Nota quoque principes tenebrarum sunt potentes maligni et deceptiui. Ideo sancta mater ecclesia armat nos de tribus armis valde nobis necessariis in hoc prelio. Primo de scuto ad custodiendum corpus. quia in hoc prelio sagitte currunt hinc inde. hoc scutum est ieiunium corporale quod custodit totum corpus. hoc scuto armavit nos sancta mater ecclesia dominica prima. xl. exemplo christi qui ieiunauit et. Autoritas. Scuto circudabit te veritas eius ps. xc. Secundo armavit nos in capite pileo ferreo siue galea que est oratio spiritualis que consistit in capite principaliter dominica secunda. xl. exemplo orationis chananee. In secundo euangelio hodie armat nos de armis. scilicet inualuis. scilicet lancea que est confessio sacramentalis qua demones vulnerant. hac lancea nos armat exemplo huius muti de quo loquitur euangelium cuius lingua tenebatur a demone ligata sed christus soluit eam. erat iesus efficiens demonium et illud erat mutum. scilicet effectue. et cum eiecisset de montium locutus est mutus. ecce ordinatio nostris ecclesie facta. scilicet armis de ieiunio corporali. de oratione spirituali. de confessione sacramentali. hoc modo populus christianus optime armatur inerat plium campale. et potest bene custodire suam plateam. scilicet sanctam que dragemina. hoc dicit thema propositum. Fortis armatus. scilicet populus christianus custodit atrium suum. Cogitantur mihi quomodo possem vobis bellum declarare: occurrit mihi motum Vegetii de re militari qui dicit quod in bello regali bene ordinato et regulato sunt septem differentie pugnantium. scilicet exploratores. ba-

listarii tibicine. vexilliferi. equestres. pedestres et vectores. omnes istas septem differentias pugnantium inuenio in bello populi christiani cuius caput est rex christus contra demones. quorum rex est lucifer. Ideo modo quoniam declarabo dictas septem differentias quilibet videat de se in quo gradu seu differentia est. quia nisi sit in aliqua istarum differentiarum non est de parte regis christi. sed est de parte regis demonum. scilicet luciferi. Ideo auisus et. Prima differentia pugnantium que est in bello regali est illorum qui dicuntur exploratores qui equitant velociter. Isti discooperiunt cognitionem seu insidias inimicorum currendo. discurrendo montes colles valles et torretes ad videndum si est ibi aliqua tela siue cogitatio inimicorum. etiam in bello regali christi sunt cursores exploratores. hi sunt persone contemplatiue que spiritu discurrent montes contemplando celum imperium. gloriam dei ordinaciones angelorum. beatitudinem quam deus promittit suis. et sic inflamantur ad bellandum. deinde descendunt ad torrentem inferni et contemplando penam damnatorum duram asperam et eternam. Deinde discurrent ad caput mundi contemplando creationem et principium mundi quomodo deus de nihilo cuncta creauit. et sic attendunt diuinam potentiam. Deinde discurrent versus ad finem mundi. contemplando finem mundi die iudicii terribilem et diuinam iusticiam. Deinde discurrent ad deum christum contemplando prosperitatem huius mundi. et vident quod non sunt nisi funes et laquei. Et ideo ipsas despiciunt. Deinde ad sinistram aduersitates huius mundi patienter sustinendo considerando quod sunt merito si humanam patienter. Deinde contemplando diuinam prudentiam qualiter totum mundum gubernat et regit et prouidet omnibus creaturis. Deinde contemplat montem temptationis demonum quomodo diabolus facit capitulos per superbiam. diuites per auariciam. pauperes per impatientiam et. qui in isto sancto tempore sic contemplat. sunt in primo gradu seu differentia pugnantium. de quibus dicit propheta. Qui sperant in domino mutabunt fortitudinem assumment pennas ut aquile. current et non laborabunt ambulabunt et non deficient. Esa. xl. Nota quod sperant in domino. scilicet contemplatiui qui magis sperant in domino quam in alio quocumque. mutabunt fortitudinem que contemplatiui fortitudinem corporalem mutant fortitudinem spirituales que quoniam sunt debiliores corpore melius contemplat sic mutat fortitudo corporalis in fortitudinem spiritus Tertio assumment pennas ut aquile que volat altius ceteris auibus. Due penne sunt lectio et auditio. quoniam legendum et audiendum persona venit ad contemplandum. istis pennis spiritus eleuatur in celum et descendit in infernum. Quarto dicit current et non laborabunt. current scilicet de capite mundi versus ad finem mundi. Quinto dicit ambulabunt et non deficient secus de multis qui ambulat per mundum corporaliter peregrinando qui deficient grauius peccando. Sed qui ambulat spiritu non deficient. Nota quod homines aliqui vadunt ad peregrina

Infra Sermo serm. de d. in f. p. 1) Trinitatis (scilicet non proce)
scilicet primo spiritu ab...

Domínica Oculi

tionones boni ⁊ redeunt mali ⁊ multe virgines vadunt ad sanctum Jacobum que redeunt meretricibus. vt patuit in anno tubileo de euntibus romā ⁊ dormientibus in paleis. Item de duab⁹ viduis valentie euntibus ad sanctū Jacobum. Sed qui ambulat spiritu cōreplando eundo in bethleem partum virginis. Deinde hierusalem non deficient peccando. Isto modo eadem die ire potestis rhomam hierusalem ⁊ ad sanctū Jacobū. Ideo apostolus cōcordans cū ppheta dicit Spiritu ambulate nō corpore ⁊ desideria carnis non perficietis. Galathas. v. **M**ultum noceat perlonis deuotis ire corpuliter. **S**ecūdus grad⁹ seu differentia pugnatorū in bello regis sunt balistarū qui sunt necessarij ad damnificandum inimicos. vt ait **V**egeti⁹ de re militari anteq̄ se misceant. Sic in bello christi ⁊ populi christiani balistarū sagittantes sunt actiui in opibus misericordie. Nam quodlibet opus misericordie est sagitta venenata qua vulnerat hostis crudeliter. **I**do qui modo facit elemosynas sagittat diabolū cum deliter. Nota quō in balista sunt tria. scz lignum rectum arcus ⁊ corda. Sic hec tria sunt necessaria in elemosyna si debeat esse meritoria. **P**rimo lignū rectū. id est. intentio recta. vt scz elemosyna fiat ppter honorē dei ⁊ consolationē proximi ⁊ nō ppter vanam gloriā. Ideo christus dicit. Te autē faciente elemosynam nesciat sinistra manus tua scz intentio mala vane glorie vel hypocrisis quid faciat dextera tua. s. intentio recta. **M**at. vj. **S**ecundo necessarius est arcus curuus. id est compassio cordis erga proximū paupem sic cogitando. **I**ste est paup ego sum diues. ego sum indutus iste nudus. ego suz sanus iste infirm⁹. ego habeo domum iste nō habet. ⁊ sic cogitando miserias pauperū ⁊ dicendo. ita posset mihi accidere. **C**or inclinat̄ ad compatiendū ⁊ ad dandum. **U**nde in elemosyna nō requirit̄ solum recta intentio sed etiam cordis compassio. Ita faciebat ille sanctus **J**ob. s. xxx. **F**lebā quondā sup eū qui afflictus erat ⁊ cōpatiebat̄ animam in ea paup. **C**or da vero qua sagitta impellit̄ est pceptum dei de misericordia dicens. **M**isericordiam volo ⁊ nō sacrificium. **M**atth. ix. ⁊ **O**see. vj. **C**ontra h faciant vsurarū qui magis volunt. s. sacrificium cellarum ⁊ c. q̄ misericordiarum. s. restitutionis ⁊ elemosynarū. **D**e⁹ tñ dicit oppositum. **M**isericordiam volo ⁊ nō sacrificiū. **E**t tu balistarie vide cui das elemosynam nō ribaldis nō histrionibus sed indigētib⁹. **T**alis sagitta elemosyne vulnerat diabolū **D**auīd. **S**agitte potentis. id est diuitis. acute quia penetrant omnia arma diaboli. cuz carbonibus desolatorijs. id est. ardentib⁹ dando elemosynam. **E**t diabolus clamat dicēs. **H**eu mihi. **P**s. cix. **T**ertia differentia pugnatorum in bello regis sunt tubicine. **N**ume. x. **L**egi

tur quod deus pcepit **M**oyse q̄ quādo popul⁹ intraret bellum q̄ faceret duas tubas argenteas ductiles quibus cōuocare posset multitudinē q̄ necessarie sint in bello. **R**atio. quia multum mouent corda ⁊ sanguinē hominū ⁊ equorum ⁊ animant ad plūm. Sic in bello regis christi ⁊ populi christiani. tubicine sint predicatorēs scz omnes illi qui habent officium pdicandi. **N**ō quō tempore **M**oyse homines armorū erant. vj. c. milia deus fecit solum facere duas tubas. quia predicatorēs debent solum habere duas tubas. s. nouum ⁊ vetus testamentum ⁊ argenteas ppter puritatem predicationis que non debet fieri intentione praua. **D**auīd. **E**loquia dñi eloq̄a casta argentum igne examinātū ⁊ c. **N**ō quō tuba est diuisa p ptes diuersas vel distinctiōes. ⁊ etiā partes sunt coniuncte ⁊ colligate diuersimode. sic predicatione debet esse non omelia. quia nō faceret ita gratum sonum sed esse debet diuisa p ptes distinctiōis coniunctas ⁊ colligatas in bona ordinatione. **I**deo **D**auīd ps. lxxv. in psona predicatoris dicebat deo. **R**eddam tibi vota mea que distinxerunt labia mea. **V**ota sunt studia sancta q̄ gratis debent reddi. **S**ecūdo tuba ē in principio stricta ⁊ in fine lata seu ampla in ore. Sic predicator debet se restringere q̄ntum ad materiam vt sit omnibus vtilis dimissis his que impediunt predicationem. **S**ed ampla ⁊ lata debet esse predicatione quia toti populo est fienda. **I**deo dicit scriptura sacra predicatori. bibe aquam de cisterna tua et fluentia putei tui. deriuent fontes tui foras et in plateis aquas tuas diuide. **P**rouerb. v. cap. **C**isterna dicit scriptura veteris testamenti cōtinēs in se aquā mortuam quia non dat vitam. fluentia putei sunt scripture noui testamenti. **T**ertio tuba nō debet tangi solo ore sed manibus etiam tangi. Sic predicator quod alijs pdicat ore ipse manibus tangat. id est op̄ e faciat. **S**i predicat alijs virtutem humilitatis q̄ ipse non sit supbus. **S**i misericordiam ⁊ liberalitatem q̄ ipse nō sit auar⁹. **S**i castitatē q̄ ipse nō sit luxuriosus ⁊ c. Ita faciebat ille magnus predicator apostolus **P**aul⁹ q̄ dixit. **N**on audeo aliquid loqui eorum. que per me nō efficit xp̄us in verbo ⁊ factis. ad **R**ho. xv. **C**uilibet ergo predicatori dic̄ dñs. **C**lama ne cesses quasi tuba exalta vocem tuam. annuncia populo meo scelera eorum. **E**t d̄ omni **J**acob peccata eorum. **E**sa. lviij. **Q**uarta differentia pugnatorum sunt vexilliferi qui sunt necessarij vt quilibet sciat vbi sit capitaneus suus. **I**deo **N**umeri ij. pcepit deus q̄ essent tot vexilla. quot erāt capitanei quādo ibant ad bellum. **S**ic in bello regis christi ⁊ populi christiani vexilliferi sunt penitentes ⁊ abstinentiam facientes. **V**exillus xp̄i est penitentia quod habuit in tota vita sua intantum q̄ reputabat̄ a iudeis. l. annorum cū non ha

beret nisi. xxxij. ppter penitentiam. **Joh. viij.**
Ideo qui modo dimittunt vanitates ornamen-
 torum caudarum manicarum quod est vexillum
 diaboli. et vadunt humiliter. tales portant vexil-
 lum christi. Quilibet talis potest dicere cum apostolo
**Ego stigmata domini iesu christi in corpore meo por-
 to. Gal. vlti.** hoc signum petebat **Dauid** dicens
**Fac mecum signum in bono ut videant qui me ode-
 runt et confundantur quonia tu domine adiuuisti me et
 solatus es me. Ps. lxxxv. 22.** Non signum scilicet humi-
 litatis. quia ego fui superbus. et sic de alijs. Non con-
 tra mulieres ornantes se que ponunt sibi signum dia-
 boli. **Dauid.** posuerunt signa sua scilicet diaboli si-
 gna. non cognouerunt scilicet nunc que essent signa di-
 aboli. sicut in exitu supple cognoscent. quando ani-
 ma erit de corpore. quia tunc omnes ille vanitates
 apparebunt in facie anime. **I**deo dimittatis ipsas
 modo et tenete consilium apostoli. **ij. Corinth. iij.**
Semp mortificationem iesu christi in corpore no-
 stro circumferentes. ut et vita iesu manifestetur in
 corporibus nostris. **Quinta** differentia pugnato-
 rum sunt equestres scilicet hominum equorum per trans-
 uersum ad designandum prelium inimicorum ve-
 nientium totaliter compacte. **Sic** in bello christi
 in inuicem compacti. milites sunt virgines. **Ra-
 tio.** quia sicut se habet miles ad equum sic se ha-
 bet spiritus vel anima erga corpus. quia spiritus est
 miles. cuius corpus est equus. **Autoritas.** **Equi-
 eorum.** id est. hominum caro et non spiritus. **Esa.
 xxxj.** Sicut enim militibus qui bene volunt re-
 gere equum suum sunt duo necessaria. scilicet frenus
 et calcaria. **I**ta homo qui bene vult regere corp-
 suum indiget freno. scilicet abstinentie cibi et potus. p-
 pterea ad hoc abstinemus modo ieiunando. **22.**
Quis frena in ore mittimus ad consentiendum
 nobis et omne corpus illorum circumferimus. **Fac.
 iij.** Et loquitur de corporibus. quia apostoli non
 ibant equitando. **Calcaria** sunt amor saluationis
 de pede dextro. et timor damnationis de pede si-
 nistro. **I**deo si equus. id est. corpus sit minus pi-
 ger ad bene operandum debet pungi calcaribus
 dextro dicendo. **Si** modo facis et cetera. quiesces
 in gloria. vel de sinistro dicendo. **Si** non facis peni-
 tentiam in hoc mundo facis in inferno. **Qui** time-
 tis dominum credite illi et non euacuabitur mer-
 ces vestra. **Ecce** de sinistro pede. **Ibidem.** qui ti-
 metis dominum diligite illum. **Ecce** de pede de-
 xtro. **Eccl. ij. cap.** **Personae** ergo virgines vadunt
 equitando. quia nunquam ceciderunt de equo corpo-
 ris per luxuriam in immundiciam voluntariam.
Sed paucas virgines habet christus in suo bel-
 lo ubi est religiosus virgo vel sacerdos. **22.** **No-
 ta** de diabolo dicente se non exire de corpore cuius
 dam nisi dicerentur tres mille a tribus presbyte-
 ris virginibus. **Apocal. iij. cap.** **Habes** pauca no-
 mina in sardis. quod interpretatur pulchritudo

principatus. **Nota** tres sunt gradus pulchritu-
 dinis. **Primus** est castitas conjugalis. **Secundus**
 continentia vidualis. **Tertius** puritas virginalis
Beda. **Bona** est castitas conjugalis. melior con-
 tinentia vidualis. optima puritas virginalis.
Ideo christus plangendo dicit. **Habes** pauca no-
 mina in sardis. id est. in pulchritudine principa-
 tus. **Apocal. xix. cap.** **Vidi** celum apertum et ec-
 ce equus albus et qui sedebat super eum vocabatur
 fidelis et verax et cum iusticia iudicat et pug-
 nat. **Oculi** autem eius sicut flamma ignis et in ca-
 pite eius diademata multa habens nomen scri-
 etum quod nemo nouit nisi ipse et vestitus erat ve-
 ste aspersa sanguine et vocabatur nomen eius ver-
 bum dei. **Et** exercitus qui sunt in celo sequeban-
 tur eum in equis albis vestiti byssino albo et mu-
 do de ore eius procedebat gladius ab utraque parte
 acutus ut in ipso percutiat gentes. **22.** **Tempore**
 carnali est celum clausum propter peccata. **6** modo
 aperitur per penitentiam. et ecce equus albus.
 id est corpus christi. **Nota** fidelis scilicet complens
 quod promittit et verax attendens quod mina-
 tur et exercit. i. ecclesia sequebatur eum. **Sexta**
 differentia pugnatorum sunt pedestres qui va-
 dunt cum magno labore cum scuto et lancea. **Sic**
 etiam in bello christi et populi christiani pedestres
 sunt persone continentis que ceciderunt de equo
 quia perdita virginitas non potest recuperari.
Ideo oportet ire pedester. **Secus** de bello rega-
 li quando miles cadit de equo potest iterum equi-
 tare. **22.** **Sed** christus nunquam fecit nec faciet imo
 nec potest facere. quia implicat contradictionem
 scilicet que gustauerit. **22.** et que virgo que fuit corru-
 pta non fuerit corrupta. ut dicit sanctus **Thomas**
 prima parte. questione vicefima quinta. articulo
 quarto. **Addit** tamen idem sanctus **Thomas** in
 eodem articulo in solutione ad tertium. que omne
 corruptionem mentis et corporis deus auferre po-
 test a muliere corrupta. hoc tamen ab ea remoue-
 ri non poterit que corrupta non fuerit. **Quod** et per
 beatum **Hieronimum** confirmat qui dicit. que cum
 deus omnia possit non potest facere de corrupta
 non corruptam. id est. que corrupta non fuerit qua-
 re et si ignoscat penitenti. tamen non vult coro-
 nare corruptam. ergo qui cadit de equo faciat bel-
 lum pedester faciendo penitentiam. **Iuxta** illud
 ad **Ephes. vj.** **Accipite** armaturam dei scilicet pe-
 nitentiam ut possitis resistere in die malo et in om-
 nibus perfecte stare. **State** ergo succincti lum-
 bos vestros in veritate et induti loriceam iusticie
 et calciati pedes in preparatione euangelij pa-
 cis. **In** omnibus sumentes scutum fidei in quo possitis
 omnia tela nequissimi ignea extinguere. **22.** **Non** habet
 quomodo iugati dominus viuere faciendo sibi fidelitatem nutrien-
 do ples. **Et** quomodo vidue que nullum habent im-

pedimentum quin possent facere penitentiam. Septima differentia pugnatorum illorum. sunt victores qui portant victualia arma et medicinas. Sicut in bello christi sunt prelati ecclesie et ecclesiastici qui habent curam animarum qui portant arma. Ideo si aliquis in bello perdit scutum ieiunij. ecclesiastici debent sibi dare scutum animam do ipsum ad ieiunandum vbo et exemplo. Idem de pileo ferreo orationis et de lancea confessionis. Item portant medicinas sacramentorum. unde vulnerato ex supbia apponit stupam humilitati. Idem de alijs reuertantini ad plium. Item portant victualia scilicet cibum et potum. scilicet corpus et sanguinem christi et dant debilibus et fessis. Quibus dicit christus. pascite eum qui iij nobis est grebem christi dei. scilicet. psalmus. v. Ecce quare dicit thema. Fortis armatus scilicet plus christianus custodit atrium suum scilicet bonam vitam et penitentiam. Et isto modo faciendo habebitis coronam in paradiso. Ecce ergo bellum nostrum ordinatum et quomodo poterimus perfidere de victoria. Deo gratias.

Dominica tertia quadragesima. Sermo secundus.

Et tollens vocem quedam mulier de turba. Luc. xj. Verbum istud ad litteram intelligit de quadam muliere deuota christo iesu. Sed ego uolo aliter declarare verbum istud. et faciam duos tractatus. Primus. scilicet. que est vox ista quam mulier leuauit. Secundo. quomodo leuauit istam vocem. Ista mulier est ecclesia et probo per rationem. quia omnia naturalia que habet mulier habet ecclesia videlicet concipere parere lactare etc. Primo habet officium concipiendi pueros de sponso suo qui est iesus christus. et quis est venter ecclesie est fons baptismatis et sic concipit in utero et ex ea nascit. Secundum officium est nutrire. Ecclesia nutrit nescios christianos. Unde Paulus in persona ecclesie. Tanquam puulus lac vobis potum dedi in christo non escam. scilicet. Cor. iij. Sancta mater ecclesia habet duas mamillas. Dextera est nouum testamentum. sinistra est antiquum. et cum ista nutrit christianos bonis doctrinis. Secundo tractat quomodo mulier leuauit vocem. Dico quod fecit in collectione ecclesiasticorum sacramentorum. Nam in quolibet sacramento ecclesie est necessaria vox verbalis. alias non esset sacramentum. de hoc habemus prophetiam. psalmus. xxviii. Vox domini super aquas etc. vbi ponit septem vicibus vox domini. vbi notat septem sacramenta ecclesiastica. Primum est baptismus. vox domini super aquas. Secundum est confirmatio. vox domini in vniuersitate. Tertium est eucharistia. vox domini in magnificentia. Quartum est penitentia. vox domini confringentis cedros. Quintum est matrimonium. vox domini itercedentis flammam etc. Sextum est ordo. vox domini cocuictis desertum etc. Septimum est extrema unctio. vox domini proparans ceruos etc. Ecce sacramentum

septem. Sicut enim in christo sunt verbum patris eternum et materia corporis. sic in quolibet sacramento sunt duo verbum. scilicet. et materia. Unde Augustinus. Accedit verbum ad elementum et fit sacramentum. Unde David dicebat quod vox domini debebat venire super aquas. et iterum in magnificentia etc. Prima vox est vox domini super aquas. ecce baptismus. vox domini est forma. scilicet. ego baptizo te in nomine patris et filij etc. nec aliquid diminuendum neque addendum nec mutandum est que de celo et a christo portata est. ergo mulieres que baptisant bene attendere debent quia piculum est. Nota exemplum de quodam magistro in theologia qui cum predicasset et descendisset de cathedra. venit quedam vetula ad eum et accepit manum illius osculando dicebat. benedicta dies in qua baptisauit vos in nomine sancte trinitatis et beate marie et omnium angelorum. Dicit ille magister. ego non sum baptisatus et fecit se baptisari. ideo non mutetis vocem istam quam docuit suos discipulos christus dicens. Euntes in mundum vniuersum docete omnes gentes baptisantes eos. in nomine patris et filij et spiritus sancti. Mar. xlii. Nota que re dicit. vox domini super aquas. et non dicit ante aquas nec retro aquas. Attendat hic presbyteri quod vox fiat super aquas videlicet quod non proferat vocem verborum forme antequam infundatur aqua. sed simul proferendo verba sacramentalia aqua debet infundi vel baptisandus immergi. quia si primo dicantur verba et post infundatur aqua tunc vox domini erit ante aquas. et econuerso si primo infundatur aqua et post dicantur verba. tunc erit vox domini post aquas tunc est verum sacramentum si prius vel posterius fiat. sed tantum posset tardari vel anticipari quod nihil valeret. quia verba et aqua debent esse simul iuncta. Unde sicut si anima hominis sit ab vna parte et corpus ab alia non est homo. Ita si dicantur verba baptismi. ante vel post est periculum. ideo materia scilicet aqua et forma scilicet verba debent iungi ut sit verus baptismus. Unde christus Johis. iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto. non dicitur ex aquis. Vox domini super aquas in plurali. Nam certum est quod baptismus non potest dari nisi in vna specie aque scilicet naturali quia non potest dari in aqua artificiali sicut in aqua ardenti. vel rosacea. quare ergo dicitur hic super aquas. Item forma non est nisi vna. ergo nec materia. Unde confiteor vnum baptismum. Responsio. due sunt rationes. vna est litteralis alia moralis. Litteralis est. quia fuerunt aliqui heretici qui dixerunt quod baptismus non valebat nisi in aqua fluminis iordanis. Ideo David ad ostendendum quod non solum in aquis fluminis potest fieri baptismus sed in omnibus aquis naturalibus. Ideo dicitur aquas in plurali. Cui concordat Beda dicens. venit christus ad aquas ut tactu sue mundissime carnis virtutem regenerationis tribueret aquis omnibus scilicet aquis naturalibus. Secunda ratio quare dicitur super

aquas multas. quia sunt ibi scz in baptismo. vij. riuu maiores q̄ aque de toto mundo que sunt se/ptem dona sp̄s sancti. Nota dona ⁊ his lauatur anima ⁊ aqua naturalis lauat exterius. **Jō Bauid** ad declarandū istas aquas. dicit **Vox** domini sup aquas. s. dona sp̄s sancti. **Secūdo** dicit vox dñi in virtute. Ecce sacramentū confirmationis ⁊ nō potest dari nisi p̄ ep̄m. **Ideo** est questio i iure ⁊ i theologia. **Utrū** papa possit dare autoritatem simplici sacerdoti administrandū istō sac̄m ⁊ cōcordant q̄ nō nisi ep̄iscopis. **Vox** istī sac̄ramenti est quādo ep̄scopus dicit. configno te signo sancte crucis confirmo te crismate salutē in nomine patris ⁊ filij ⁊ sp̄s sancti amen. **Ideo** dicit vox dñi in virtute. quia istud sac̄m cōfirmationis continet q̄nq̄ virtutes. **Prima** est q̄ confirmatus sit fortis in fide. **Unde** tempe antixpi simpliciter baptisati ⁊ nō confirmati cadent abnegādo fidem xpi. cōfirmati vero stabunt firmi ⁊ stabiles contra antichristū pugnando. dicēdo antichristo. **Vade** ribalde volo tenere firmā fidē xpi. **Istā** constantiam nō habēt nō cōfirmati. **Secūda** virtus hui⁹ sac̄ramēti est q̄ dat grām dei non fictē venientibus ⁊ nō obstinatis. ⁊ si recipiat hoc sacramentū in gratia augmentat recipiendo. ⁊ si nō habet nouiter sibi datur in remissionē peccōrū. **Tertia** virtus. quia dat vnū signū quod est indelibile. ⁊ vocat̄ character qui indelibiliter in anima manet. **Quarta** virtus est. quia cōfirmatus erit in altiori honore in paradiso q̄ nō cōfirmatus. sic i curia regis magis honorant milites q̄ rutheri. sic in curia regis christi magis honorant cōfirmati q̄ alij. **Et** ideo existētes in paradiso dicent. **Quis** ille est cōfirmatus ⁊ nō ille. ⁊ hoc cognoscent in signo sicut miles cognoscit p̄ aliqd̄ signū ab alijs nō militibus. sic cōfirmati a nō confirmatis. **Quinta** virtus. quia habent duas coronas. baptisati vero tm̄ vnam. **Ecce** vox dñi in virtute. **Et** de ista virtute dicit sapiens. **Hec** est virtus dei que vocat̄ magna. **Ideo** si nō estis confirmati faciatis vos confirmari ⁊ habebitis supradictos quinque effectus. **Et** de isto loquit̄ **Jōh. apocal. vij.** **Vidi** alterū angelū ascendētē ab ortu solis habētē signū dei viui ⁊ clamauit voce magna quatuor angelis quibus datū est nocere terre ⁊ mari di. noli te nocere terre ⁊ mari neq̄ arboribus quousq̄ signemus seruos dei nostri in frontib⁹ eorū. **⁊c.** **Nota** alterum angelum. nō simpliciter dicit̄ angelū ⁊ hic ep̄s dei angelus dicit̄ alter. quia notat similitudinē. vt bon⁹ frater p̄dicator dicit̄ alter dominicus. sic bonus ep̄s tenens vitā angelicam. dicit̄ alter angel⁹. **Et** sequit̄ habentē signū dei viui. quia ep̄i debent signare pl̄m dei p̄ loca vbi transeunt. sed signanter portāt signum dei viui i confirmatione. **Ideo** dicit̄ signemus suos dei in frontib⁹ eorū. **Nota** in frontib⁹ in plurali. q̄ ep̄s signat extra ⁊ sp̄s sanctus signat intra in anima.

Ideo nō dicit̄ signabo sed signem⁹. **Tertia** vox ē vox dñi in magnificentia. **Ecce** sac̄m altaris. vox dñi est forma cōsecrationis. **Nota** modum quē debet tenere sacerdos quādo vult cōsecrare debet em̄ tenere hostiam bassam duplici ratione. **Prima** ne gētes adorent an̄ p̄secrationē q̄ sic essent idolatre. **Secūda** quia sm̄ cōem opinionē xps fuit crucifixus in terra plana. **Nota** in magnificentia. q̄ licet fuerit magnificentia in incarnatione ad v̄bū virginis. qm̄ dixit. ecce ancilla dñi. ⁊c. filius dei descendit in vterū suū. **ma**⁹ tm̄ qd̄ de⁹ fecit siue qd̄ faciet ē q̄ deus homo factus est p̄fectionem dans in suis opibus. **Dic** similitudinē de forma sperica que nō est p̄fecta quousq̄ finis iungatur p̄ncipio. sic cū homo fuit vnitus deo suo p̄ncipio tunc homo fuit de⁹ ⁊ de⁹ hō. ⁊ tūc ibi p̄fecta sūt opa. sic imo excellentior est magnificentia in cōsecratione in pluribus q̄ in incarnatione. **In** primo quia sicut ad v̄bū virginis celum se apuit ⁊ fili⁹ dei descendit in virginis ventrē. sic ad vocem sacerdotis aperit̄ celū ⁊ filius dei venit in hostiam. **Unde** **Greg⁹. in. iij. dialo. ⁊ habet̄ de p̄se. di. ij.** **Quis.** vbi sic dicit̄. quis fidelū dubiū h̄re possit in ipsa imolationis hora celos apiri ad voces sacerdotis atq̄ i illo iesu xpi mysterio angelicos choros adeē ⁊ sūma imis sociari ⁊ trena celestib⁹ iūgi. s. q̄ habem⁹ lippos oculos ex peccatis non videmus angelos cum xpo existentes in altari licz multi sancti eos viderunt. **Dic** cur⁹ vite debet eē sacerdos. vt habet̄ extra de vita ⁊ honestate clericorū in multis capitulis. **Secūda** excellentia q̄ filius dei descendit in vtero virginis sol⁹ sed in altari nō. **Item** virgo semel aperuit celū clauē lingue sed sacerdos in qualibet missa. **Ite** lingua virginis ad instar clauis fecit octo reuolutiones scz dicendo octo verba anteq̄ deus descendit in vtero suo. sed sacerdos facit tantū quinque. **Item** in vtero virginis descendit mortalis ⁊ passibilis s. in hostia p̄ oppositū. **De** ista excellentia dicit̄ dauid. **Cōfessio** ⁊ magnificentia opus iusticia eius manet. ⁊c. memoriā fecit mirabilium suorū misericors ⁊ miserator dñs escā dedit timētibus se. ps. cx. **Nota** ad l̄raz loquit̄ de isto sac̄o. **Nota** confessio scz sacramentalis debet p̄ire magnificentia. i. hoc sacramentum vel in damnationem anime sue celebrat si est sibi cōsciū alicuius peccati mortalis ⁊ copia assit p̄fessoris. de q̄ videt̄ sc̄m **Tho.** ⁊ alios doctores in q̄rto dif. x. vij. **Nota** escam dedit timētibus se. s. nomen suum. **Nota** memoriā fecit mirabilium suorum. quia est mirabile quod fecit de⁹ ⁊ quod faciet ⁊c. **Quarta** est vox domini confringentis cedros. **Ecce** sacramentum penitentie de monte altissimo libani. q̄ cedri sunt peccata facta in altissimo monte superbie. quia omnia peccata reducuntur ad montem superbie. **Unde** auaricia est supbia. scz nolle obedire ordinationi dei ⁊ ecclesie non con/

Feria secunda post Oculi

fieri nec sic de alijs Idē dedit et ordinauit regulā quō debemus nos regere in diuitijs . de bono iusto recipere necessitatē et nō supfluitatē . iniusta restituere . s̄ auar⁹ nō vult se humiliare et reformari huic ordinationi . Sed dicit . **E**go essem pauper si darem amore dei et restituerem . iniuste acquisita vel detenta . ego nō faciam . Ecce quō resistit ordinationi diuine . **I**do auaricia radicata ē in monte libani . s̄ supbie . quia supbia est nō velle se humiliare ad faciendum voluntatē dei . **I**dē de luxuria . **I**am deus dedit regulā quō gentes debēt vti illo ope scz in matrimonio tm̄ . sed dicit luxuriosus quare etiam nō extra matrimoniū possum vti actu illo . Ecce quō nō vult subijci voluntati diuine . **I**deo luxuria est radicata in monte supbie . **I**dē de alijs peccatis . vnde initiū omnis peccati est supbia . **E**ccl̄i . x . sequit̄ . qui tenuerit illam implebit̄ maledictis . quia maledicti sunt a deo et subuertet euz in finē . **D**e isto sacro penitētie dicit̄ . vox dñi confringentis cedros peccatorū mortalium quātum ad culpas quā cōfessor absoluit di . **A**bsoluo et a peccatis tūc cōfringit cedros peccatorū nisi malicia peccatorū obstet . **E**t recordat̄ ap̄ls ad hēb . iij . di . **Q**uius est sermo dei et efficac̄ et penetrabilior omni gladio ancipiti ptingens vsq; ad diuisionem anime et spūs . **N**ull⁹ hō cum omib⁹ gladijs mūdi posset scindere vnā cedrū peccati mortalis sed verbū dei scz absolutio sacramentalis . ego te absoluo a peccatis tuis . **Q**uinta est vox dñi incidētis flammā ignis . Ecce sacramentū matrimoni . **N**ota quō ex quo adam peccauit quilibz hz intus vnā bursam ignitā que dicit̄ concupiscibilitas vel mala inclinatio que est ignis luxurie . **I**ste ignis nō flāmescit quousq; homo fuerit pfectus et temptat̄ de luxuria . mirū quia aqua baptismi extinguit ignem inferni sed nō pōt extinguere ignem luxurie in homine . **S**tā fortis ignis nec vnq; extinctus fuit nisi in xp̄o et in beata virgine itotaliter . de quo dicit scriptura **J**ob . xxxj . **I**gnis ē vsq; ad pditionē deuorās et omnia eradicans germina . **N**ota eradicans omnia germina meritorū quā flāmescit . sed p sacm̄ matrimoni h flāma incidit̄ . **D**ic quō matrimoniū fit p vocem dñi . s̄ . p verba de p̄senti . **U**nde p matrimoniū intercidit flāma luxurie nō tm̄ extinguit̄ . **D**ic q̄re m̄rimonium dicit̄ sacramentū quia rēp̄sentat xp̄i incarnationem . **U**nde sicut diuinitas et humanitas in unitate p̄sone . sic etiam vir et vxor in vna carne coniungunt̄ . **N**ota q; nō sunt iaz duo . sed vna caro scz in p̄creatione pl̄is . vnd̄ iste ignis potest facere flāmā int̄ virū et vxorē sine peccato seruādo debitas circūstantias et pditiones . et quilibet istorū potest dicē a flamma ignis nō sum estuat̄ . **E**ccl̄i . vlti . scz non curabo de alia muliere et nec ego de alio viro . **E**cce vox dñi intercidētis flammā ignis . **S**exta vox est vox dñi concutientis desertum . **E**cce sacramentū ordinis . quia sic in de-

serto sunt bestie siluestres . sic in mundo sunt peccatores . sicut quādo scindūtur magne arbores in deserto cōmouentur desertum et facit magnū sonum in terra et in nemore . sic in ordinibus cōmouetur tota christianitas . ieiunando per tres dies quattuor temporum . ideo vt deus faciat illos quos assumit ad sacros ordines dignos . **D**ic q; sunt septem ordines . **P**rim⁹ ordo est hostiari⁹ et qui est in illo ordine debet custodire portas . **S**ecūdus lectoratus . qui ergo est in tali ordine debet legere lectiones in choro . **T**ertius est exorcistatus . constitutus in tali esse debet cōiurator demonū expellendo demones a corporibus . **Q**uartus ordo est acolitatus . debent ergo acoliti ponere candelas ante altare et portare . **E**t isti q; habent istos puos ordines p̄nt recipere vxores . **Q**uiorū ordines sunt scz subdiaconatus diaconatus et presbyteratus et in quolibet ordine tam de maioribus q; de minoribus datur character indelibilis . **E**t cōmouet dominus desertum cades scilicet sanctam christianitatem . quia illi qui nō sunt de christianitate nō possunt recipere ordines et qui ordinati sunt possunt dicere . vt sine timore de manu inimicorū nr̄orū liberati seruiamus illi in sanctitate et iusticia coram ip̄o om̄ibus dieb⁹ nostr̄i . **L**uc . ij . **N**ota liberati . s̄ . de deserto mundi posuisti nos in orto ecclesie sancte tue . **I**deo dicit̄ . vox dñi concutientis desertum . **S**eptima vox ē vox dñi p̄parantis ceruos . **E**cce sacramentū extreme vnctionis quod p̄parat ceruos . **D**ic quō int̄ alia animalia plus saltat ceruus . **N**ota . sic anima ab ore corpis saltat ad celum . anime autē dicunt̄ cerui . quia p̄parate sunt ad saltandum p vnctionē . **I**do dicit̄ vox dñi preparātis ceruos . **I**sta vox ē forma hui⁹ sacramenti que procedit ab ore sacerdotis . sacerdotes vnctuendo infirmū dicunt vocem dñi . videlicet . per istam vnctionem et suam p̄ssimam misericordiam indulgeat tibi domin⁹ quicquid peccasti per visum vel alium sensum tangēdo partes etc . et que tangi honeste possunt omnes alie partes includuntur in corpore . **C**um enī corpus vnctur peccata oblita vel alie inclinatioes peccatorum que poterāt salutem impedire remittuntur . **D**e hoc dauid dicit **Q**ui perfecit pedes meos tanq; ceruorum et super excelsa statuens me . **P**s . xvij . **N**ota qui perfecit per hoc sacramentum etc . sed hoc sacramentum non debet dari nisi in articulo mortis et nisi petatur . et ideo debet peti in comunione . et tunc potest dari . posito casu q; perdat intellectum vel etiam vsum omniū sensuum ex quo anima stat in corpore . **E**cce quare dicit̄ thema . **E**xtollens vocem quedam mulier de turba etc .

Feria secunda post dominicam tertiam quadragesime . Sermo .

Quanta audiui
 mus facta in capharnaū. fac et h̄ in
 patria tua. **Luc. iij.** Hoc v̄bz dat
 mihi motiū pdicandi et declarādi
 vobis opa p̄ncipalia que fecit x̄ps in hoc mūdo.
 Sz p̄mo salutetur v̄go Maria. **Qua** audiui
 facta in capharnaū et. p̄o intellectu isti verbi
 sciendū q̄ x̄ps in puericia sua fuit nutrit⁹ in ciui
 tate nazareth. **Postq̄** redijt de fuga egypti quo
 usq̄ fuit v̄gintinouē annozū et ab hoib⁹ reputa
 bat sanctus h̄o. s̄ nō pdicabat nec faciebat ibi mi
 racula. **Et qz** nū fuit ibi morat⁹. iō fuit dicit⁹ Je
 sus d̄ nazareth. **Matth. ij.** Veniēs suple d̄ egypto
 habitauit in ciuitate que vocat⁹ nazareth. vt
 adimpleret quod dictū est p̄ p̄phetas. qm̄ naza
 reus vocabit⁹. **Postq̄** autem fuit. xxx. annozum
 et voluit incipere pdicare et miracula facere. volēs
 se ostendere verū deum et hominē recessit de na
 zareth et venit in ciuitatem capharnaū. et ibi ince
 pit pdicare et miracula facere. illuminare cecos.
 surdos audire. mutos loqui. claudos ambulare
 mortuos resurgere. et. **Et om̄is** plus suspensus
 erat audiens illū. **Luc. xix.** neq̄ mirū. audire v̄
 ba ab ore dei incarnati. relicta ciuitate nazareth
 venit et habitauit in ciuitate capharnaū mariti
 ma et incepit pdicare et exijt fama hec. s̄ pdicatio
 nis et miraculozū in vniuersam terrā. **Mat. iij.**
 q̄ audierēs illi de ciuitate nazareth reputabāt se
 a christo eē despectos. quia ibi nihil horū fecerat
Iō erant cōtra eum indignati. **Deinde** x̄ps p̄
 dicando redijt in nazareth. **Ad** quē venerunt re
 ctiores ciuitatis dicentes sibi. **Qua. i.** valde maḡ
 audiuius facta. et. patet thema ad litterā. Sz
 modo volo ip̄m spiritualiter p̄tractare. x̄ps in ci
 uitate extranea. s̄ in patria iudeozum qui nolue
 runt ip̄m recipere vt dñm. **Iuxta** illud **Joh. j.** In
 ppria venit et sui cum nō receperūt. s̄ tanq̄ deus
 et saluatorē mundi. imo se alienauerūt ab eo. mul
 ta fecit miracula. **Sed** terra christianozū ē terra
 ppria x̄pi. quia ip̄m recepit p̄ verā credentiaz et
 deuotam obedientiā. **Iō** duoti x̄piani possunt
 deo dicere. **Qua** audiuius facta in capharna
 um. id ē. in terra iudeozū. fac et h̄c in patria tua.
 scz in xp̄ianitate p̄ imitationē. **Nota** septem opa
 p̄ncipalia que fecit x̄ps in patria aliena. s̄ in pa
 tria iudeozū. **Primū** fuit. s̄. humilis incarnatio.
 paup̄ cōuersatio. certa pdicatio. dira passio. pia
 cōdescensio. vera resurrectio. alta ascensio. **De**
 his possum⁹ dicere x̄po. **Qua** audiui⁹ et. **Iō**
 dñe fac et h̄c in patria tua p̄ moralē imitationem
Primū opus notabile et mirabile qd̄ fecit x̄ps
 in terra iudeozū p̄ nostra redemptione fuit humi
 lis incarnatio maxime si vultis attendere istam
 speculationē. **Deus** fecit decem gradus creatu
 rarum spiritualium et. **Quando** ergo dicitur fi
 lius dei fuit incarnatus. sic intelligitur q̄ descen

dit et humiliavit se infra decem gradus creatura
 rarum spiritualium et corporalium. **Ideo** maius
 opus quod deus vnq̄ fecit vel faciet fuit q̄ de
 fieret homo et homo fieret deus. **De** isto ope dicit
 apostolus. **Qui** cum in forma dei esset non rapi
 nam arbitratus est esse se equalē deo s̄ semetip
 sum exinaniuit formam serui accipiens et habitu
 inuentus vt homo. **Phil. ij.** **Nota** rapinam. id ē
 vsurpationem. **Ecce** hic humilis incarnatio. **Iō**
 domine quāta audiuius. fac et h̄c scz in nobis
 vt detis in cordibus nostris scilicet humilitatis
 virtutem vt humiliemur a pompis vanitatibus
 et. exemplo christi. **Quando** ergo aliquis do
 minus prelat⁹ vel domina humiliatur dimitte
 do pompam et vanum ornatum. et. **Ecce** h̄ opul
 incarnationis christi moraliter. quod facit inter
 nos. iuxta suam doctrinam dicens. **Matth. xj.**
Discite a me. domine et humilis corde. **Domine** et
 quid habebimus ex hoc. **Ideo** dicit. **Inuenietis**
 requiem animabus vestris. **Nota** q̄ in paradiso
 nullus inueniet domum ad quiescendum nisi in
 hoc mundo ipsam edificet. **Nota** contra illos qui
 in hoc mundo edificant magna edificia et possessi
 ones. et. et non curant edificare in celo nec vnaz
 paruiam cellā. **Quidam** in ptibus mosylle q̄ plu
 res viuens edificauerat domos. in agone suo sta
 tim moriturus conquestus est di. **Inquit** plu
 res edificauit domos vtinam paruulā vel vnā
 cellulam edificassem in celis. **Modus** edificādi
 in celo est non expendere in mundo om̄ia in va
 nitatibus sed expendere vnā partem in operi
 bus misericordie. **Verbi** gratia. si habetis qnq̄
 florenos in redditibus expendite quattuor in ne
 cessitatibus vestris et vnū in operibus miseri
 cordie. **Hoc** modo edificabit⁹ domum in parad
 iso ad quiescendum post hanc vitam. **Hic** quō a
 deo omnibus hominibus statutum est semel mo
 ri quātū ad corpus. et post hoc iudicium. quan
 tum ad animam. **Heb. ix.** **Et** quādo ille qui nihil
 edificat in alio mūdo moritur. **Et** miserā illa anima
 dure repellitur a christo. **Et** mittitur ad hospiti
 um miserorum. scilicet ad infernum. **Sed** q̄ edifi
 cauerūt cū gaudio recipiunt a x̄po leta facie. **Ec**
 ce quare dicit. et inuenietis requiē animab⁹ v̄ris
 scz post mortem corpis. **Et** recordat apls di. in p̄
 sona bonorum. **Scimus** qm̄ si terrestris domus
 nostra hui⁹ habitationis dissoluat⁹ q̄ edificatio
 nem ex deo habemus domū nō manufactam sed
 eternā in celis. **ij. ad Cor. v.** **Scdm̄** opus mira
 bile a x̄po faciū in iudea fuit paup̄ cōuersatio i
 tū q̄ nunq̄ fuit aliquis ita paup̄. qz s̄m q̄ dicit
 euāgeliste nunq̄ portabat pecunias nec escas. s̄
 ibat pdicādo de villa ad villam. **Et** post s̄monē
 si aliquis inuitauerat eam ad prandiu⁹ di. **Ma**
 gister ex quo dedistis nobis honū prandiū spūa
 le. **Alias** habebat duo remedia. vnū tempore mor

Feria secunda post Oculi

his. De quo ponit. **M**atth. xij. vbi dicit. **A**bijt iesus p sata sabbato. discipuli aut eius esuriētes ceperunt vellere spicas. **A**liud. quia ibat bethaniam ad domum **M**arthe. **I**dem si inuitabatur ad dormiendū. als ibat cum discipulis suis in desertum. **E**cce hic pauperrima cōuersatio. de hoc dicit ipemet **M**atth. viij. vulpes foueas habēt et volucres celi nidōs. filius aut hominis nō habet vbi caput suū reclinet. **I**deo dñe q̄ta audiuim⁹. et c. fac et hic in patria tua. quia nō possum⁹ seruare tantā paupratem vt nos audiuimus. expellat a nobis peccatū auaricie vt simus paupes de pecunia de malo iniusto et nihil habeamus p rapinam vsurā vel furtū vel symoniā nec p calumniā. **T**unc xps similitudinarie et moraliter paup conuersat inter nos. **I**uxta illud. ij. **C**or. viij. **S**cilicet gratiam dñi nostri iesu christi. qm̄ ppter nos egenus factus est cū esset diues vt ei⁹ inopia vos diuites essetis et vos ditaret. **S**z singulariter caueans a diuitijs de bonis iniuste acquisitis. qz nūc q̄ habent bonū finem. imo ad instar pomi corrupti se habent quod corrupit alia poma. **I**do qui vult cōseruare pecunias respiciat albū florenum vel denariū si est ibi vermīs rapine vsure et c. **B**iccat nolo aiām meā christi sanguine redemptam et sanctissime trinitatis increate imagine insignitam p transitoijs diuitijs eternis obligare incendijs benedictus qui potest dicere. deo gratias. quia nihil habeo male et iniuste acquisitū. sic eritis diuites. **I**deo dicit xps. videte et caueate ab oi auaricia. **L**uc. xij. **T**ertū opus fuit certa predicatio quia ipemet deus incarnatus ore pprio reuelauit et pdicauit secreta fidei ad cognoscendum illā magnā christi humilitatem. **N**ota similitudinem de rege qui preconisaret ordinationes sui consilij vt maior fides adhiberet. **I**dem de christo in consilio secreto sancte trinitatis fuerunt ordinata secreta fidei catholice. **E**t licet haberet angelos et pphetas quos potuit mittere ad pconisandum tñ ipse equi tauit scz in equo correctōnis sui et cum tuba predicationis publicauit secreta fidei. scz doctrinam euangelicam. vt gentes meli⁹ crederent et veritatem fidei sine dubio tenerent. **Q**uia omēs alij fuerunt peccatores. j. **J**oh. j. **S**i dixerimus quoniam peccatum non habemus ipse nos seducimus et veritas in nobis non est. **S**olus christus fuit sine peccato qui nec falli nec fallere nec peccare nec errare potuit. **I**deo absq̄ oi dubio tenende sunt veritates fidei catholice. **S**e cus si aliquis ali⁹ a christo publicasset posset aliquis dubitare. **Q**uia teste **J**ohanne. j. **J**oh. iij. deum nemo vidit vnq̄ nisi vnigenitus filius ei⁹ enarravit illum nobis. **I**deo dicit apostolus. ij. **T**imoth. j. scio cui credidi et certus sum. **I**do domine quanta audiuimus et c. **F**ac etiam hic in patria tua. **N**ota optimum consilium beati **H**ieronymi dicētis quolibet die **C**redo scz mane et se

ro. et isto modo cor confirmatur in fide catholica alias perditur paulatim. **I**deo nos ecclesiastici mane et sero dicimus scz in matutinis h̄ma et cōpletorio credo. iux̄ ordinationē ecclesie. **I**do apostolus **R**homa. x. **S**i confitearis in ore tuo dominum iesum et in corde tuo credideris q̄ deus illum suscitauit a mortuis saluus eris. **Q**uartū opus mirabile a christo factum in **J**udea fuit dure passionis scz in cruce. **N**ota quia sciebat et videbat q̄ totum genus humanum erat condemnatum et sententiatum ad furcā inferni. **C**ui christus compatiens dixit deo patri. ego solus suspēdar in ligno crucis ne aliquis mihi credēs et obediens decetero suspendatur in furca inferni. **E**cce ratio sue dure passionis. **A**utoritas. **C**hristus semel p peccatis nostris mortuus est. iustus pro iniustis. vt nos offerret deo. j. **P**et. iij. **A**c si filius regis vellet suspendi p latronibus liberādis. **I**nestimabilis amor si filius dei iustus et sine peccato pro iniustis et peccatoribus. ergo dñe fac h̄ in patria tua. vt scz nos crucifigamur non realiter vt christus sed moraliter scz clauo confessōis in manu dextra. **Q**uia confessio ducit hominem de sinistra. s. culpe ad dextrā scz gratie. **C**lauo penitentie in sinistra. et clauo honorum operū in pedibus. **I**deo scriptura. **Q**ui christi sunt carnem suam crucifixerunt cum vitijs et concupiscentijs ad **G**al. v. **Q**uintum opus fuit pia siue sancta descensio scz anime ad lymbum sanctorū patrum. ac si rex iret psonaliter ad captionem pro liberatione captiuorum in quibus ipse miser cordi parceret cum ta mē posset mittere **M**ichalem v̄ alium. **E**cce opus singulare. de quo **Z**ach. ix. **T**u vero in sanguine testamenti tui emisisti vincos tuos de lacu in quo non erat aqua. **D**omine fac etiam hic in patria tua. **N**ota quomodo christus voluit descendere ad sanctos qui erant in lymbis qui erant patres christi fm̄ humanitatem ipsos honorando et exemplum nobis dando honorandi parentes in hoc mundo et descendendi ad eos si sunt in purgatorio per suffragia cōplendo testamenta. qui statim sentiunt refrigerium. **A**utoritas. **Q**ui fm̄ spiritum sunt que sunt spiritus sentiunt. **R**homa. viij. alias cōqueruntur et petunt iusticiam. **I**deo dicit scriptura. ij. **M**achab. xij. **S**ancta ergo et salubris est cogitatio p defunctis exorare. **S**erium opus mirabile fuit vera resurrectio scilicet in die pasce. quando anima de lymbis redijt ad corpus et resurrexit de sepulchro. **B**ic quomodo in passioe humanitas christi fuit diuisa. sed non diuinitas. **A**d hoc declarandum nota similitudinem de pomo quo diuiso in duas partes non diuiditur odor. v̄ splendor de crystallo. **S**ic cogitate q̄ christi humanitas sit vt petia de crystallo plena diuinitate ex cōiunctione personali. qua diuisa splendor diuinitatis remansit cum vtraq̄ parte scz cum corpore in

sepulchro. et cum anima in limbo propter quod
vtrūq; habebat posse in infinitū resurgendi. **Iō**
christus. **Ioh. x.** Nemo tollit aīam meā a me. scz
me inuito. Sed ego pono eam et potestatem ha
beo ponendi animā meā. Et potestatem habeo iterū
sumendi eam. Ideo dñe q̄ta audimus. **et.** Fac
etiam hic in patria tua vt scz corpus nostrū et ani
ma resurgant moraliter. Corp⁹ autē peccatoris ia
cet mortuū in sepulcro peccati mortalis et anima
in inferno sepulta. id est cōdēnata et resurgūt vir
tute diuina. qm̄ anima dimittit pctm̄ supbie vel
auaricie vel luxurie **et.** Tunc corp⁹ recipit aīam
qm̄ ei⁹ impio humiliat et facit opa misericōdie **Au**
toritas. Quō christus surrexit a mortuis p̄ gloriā
patris. ita et nos in nouitate vite ambulemus. ad
Rhom. 2. vj. Septimum opus et completiuum
aliorū fuit alta ascensio qm̄ coram virgine matre
ap̄lis et discipulis ascendit in celū. **Ioh. xvj.** Exi
ui a patre et veni in mundū. et iterum relinq̄ mun
dum et vado ad p̄rem. **Dñe** fac et hic in p̄ria tua.
Dic quō bis in die debemus ascendere in celū nō
corpe. quia vsq; ad diē iudicij corpus non potest
ascendere in celū. sed spiritu scz mane et sero orā
do. quia oratio est ascensus mētis in deū. vt dic̄
Damascenus. Sic modū orādī ad instar illius
qui vult supplicare pape vel regi cui tria sunt ne
cessaria. **Primo** vt camera sibi ap̄iat. **Secūdo** ē si
bi necessariū vt exhibeat reuerentiā regi. **Tertio**
vt dicat suam supplicationē. Sic crux xp̄i clavis
est paradisi vt dicit **Raban⁹.** que ap̄it portā ca
mere christi ostēde modū signādī. vel extēde ma
nus in modū crucis vt **Moyſes** faciebat et sacer
dos in missa. deinde ingresso spū capite discoop
to etiam genib⁹ flexis ponat se ad pedes iesu xp̄i
scz cogitando cū quo loquitur homo. Deinde p̄
sentatiuam supplicationē. s. orationē. **Idem** dicē
dum cū quis orat deum aut x̄ginē. **et.** **Dic** con
tra illos qui orāt se induēdo et calciādo. **Iō** ap̄ls
I. Cor. xiiij. Si oro lingua spūs meus orat mens
at mea sine fructu ē. **Qui** subdit. **Quid** ergo ora
bo spū orabo et mente. **Psallā** spū psallā et mēte.
Exemplū pulchrū vide de oratiōe. p̄mo lib. ap̄ū
xij. caplo. de comite cāpanie qui disposuit pro se
oratorium.

Sermo sc̄ds.

Transiens per me
dium illorum ibat. **Iuc. iij.** Sc̄m̄ eū
gelij hodiernū declarat nobis vnam
pulchrā defensionē. quō fecit xp̄us
cōtra vnā malam conclusionē vel rephensione
quā fecerūt sibi iudei ciuitatis nazareth. **Pro** q̄
sciendum qd xp̄us in sua puericia fuit nutrit⁹ in
ciuitate nazareth. quōq; habuit. xxx. annos. vbi
nō p̄dicauit nec mirabilia fecit. sed vivebat inter
eos multum deuote. vt̄s vt dicūt doctores l̄ra
les. arte seu officio ioseph. **Et** quia in nazareth

fuit nutrit⁹ et t̄m̄ morat⁹. **Iō** vocat̄ iesus de hā
zareth **Mat. ij.** Veniēs. s. de egypto habitabat
in ciuitate nazareth. post baptismū quē a iohāne
suscepit et quadragesimā quam ieiunauit iuit ca
pharnaū. ibi incepit p̄dicare et miracula facere.
Mat. iij. relicta iel⁹ ciuitate naza. venit et habi
ei potestas eterna que non auferetur et regnum eius quod non corrumpetur. **S**ed hoc intelligitur spiritualiter de sanctitate. quia christus dixit pylato. **R**egnum meum non est de hoc mundo. **J**oh. xvij. **E**t illud regnum intelligitur post diem iudicij. **E**t ex alia parte cogitabant de christo cuius filius erat. quia ut putabatur filius **J**oseph et pauperis uirginis marie propter quod iudei ipsum despiciebant. **I**deo dixit christus eis. vos secundum carnem iudicatis. ego non iudico quemquam secundum carnem. imo minores secundum carnem multum exaltabat in ueteri testamento. ut patet de **J**acob seruo et pastore **L**aban. et de **M**oyse pastore ouium quem fecit ducem populi israel. **I**tem de dauid pastore qui fuit minimus inter fratres suos quem exaltauit super omnes fratres suos in regem. 1. Regum. xvj. **I**tem de **A**mos pastore quem exaltauit in prophetam. **I**tem de nouo testamento quot doctores et magistri litterati erant discipuli sui et nullum ipsorum exaltauit nisi **P**etrum piscatorem quem constituit in vicarium suum. **I**tem de **P**aulo tam magno persecutore ecclesie quem exaltauit et fecit ipsum fidelem predicatorem. **E**cce quare dicit. vos secundum carnem iudicatis. ego non iudico quemquam. **E**t si iudico ego. iudicium meum uerum est. **E**go sum qui testimonium perhibeo de me ipso. et testimonium perhibet de me qui misit me pater. **I**do apostolus. **U**idete uocationem uestram. quia non multi sapientes secundum carnem. non multi potentes. non multi nobiles. sed que stulta sunt mundi eligit deus ut confundat sapientes. et infirma mundi eligit deus ut confundat fortia. et ignobilia mundi et contemptibilia elegit deus et ea que non sunt scilicet in reputatione. 1. **C**orinth. 1. **M**oraliter hic habent doctores iudices ne iudicent secundum carnem cogitantes quod ille est pater vel mater. soror vel frater. et quod in suis iudiciis deus habeat obiecta inter presentem se iudicando iustum iudicium et uerum. **I**do **D**auid dicit. **S**i uere uis iusticiam loquimini. scilicet legendo vel disputando leges vel canones consuetudines et priuilegia. recte iudicate. **U**nde. et in alio psalmo dicitur. **B**eati qui custodiunt iudicium et faciunt iusticiam in omni tempore. **N**am actus iudicij et autoritas iudicandi est quedam potestas collata hominibus a deo qui in hoc tenet locum et uices dei. et ideo in iudicando in quantum possunt debent eum imitari. **U**nde et in ueteri lege scriptum est. **B**eni. 1. **A**d iustum est iudicare. dei enim est iudicium. **I**psi namque de suis iudiciis deo iudici rationem sunt reddituri. et secundum merita eorum gloriam vel penam recepturi. propterea dicit **S**ap. vj. **D**iscite iudices finium terre. probete aures uos qui pertinetis multitudines. et placetis uobis in turbis nationum. quoniam data est a domino potestas uobis etc. **E**t paulo post ratio subiungitur. **Q**ui enim in quantum custodierint iusticiam iuste iudicabunt. id est secundum opera eorum remunerabunt. **R**ecte igitur iudicate

Dominica Iudica

scilicet in opere. vt si iusticia est pro iudeo vel agareno vl' paupere non iudicetis p matre vel patre vl' amico. **I**do de bono iudice dicit **Esa.** xj. **N**o fm visionem oculoru iudicabit. **I**do dixit rex **Iosaphat** suis iudicib'. **V**idete quid faciatis. non eni hominis iudiciu exercetis s3 domini. **E**t qdcunq; iudicaueritis in vos reduda/bi. **ij.** **Paral.** xix. optimam regulam dedit eis. **S**ecundo nota moraliter cu dicit. **S**i iudico. id est. quia iudico ego. iudiciu meum verum e. **S**i in aliquo iudicio pot ee simul aliquis iudex et testis **R**espõsio q non in iudicio humano. sed bene in iudicio diuino. quoniaz pprium est dei q sit iudex et testis. quia scit omnia secreta et inretrora cordium que in iudicio humano non iudicatur. **1**iere. xxix. **E**go sum iudex et testi dicit dominus. **M**odus ponit **Malach.** iij. **E**go accedam suple vt iudex. et ero testis velox malefici adulteris. piuris. et qui caluniantur mercedem mercenarij et humiliat viduas et pupillos. et opprimunt peregrinos non timent me dicit de' vbi ponit septem peccata que comuniter sut secreta **P**rimum est maleficoru. id est. diuinoru qui singulariter dicuntur malefici. eo q nocent toti comunitati in qua sustinent non corrigunt sed comuniter tale peccatu fit secreta. quia timent inq; sitozes. **I**do dicit deus. quia ego qui totuz scio et vidi: ero testis peccatoz. quia no oportebit facere magnum pcessum. **S**cdm peccatu e adulterium qd etiã fit secreta. qz nolunt habere testes. sed christus erit iudex et testis. **T**ertiu est piurium qd fit de negotio secreto quando aliter non potest haberi vitas nisi per sacramentuz. cõtra tales xps in iudicio erit testis. **Q**uartu est illoz qui caluniant mercedem mercenarij. id e. detinet **Q**uintuz illoz qui humiliant viduas et. quia ipse pater orphanoru est et viduar. ergo erit iudex. **S**extum est illoz qui opprimunt pegrinu. i. deuotu q non curat de mudo. s vt transeat et totam suam affectionem habet in celo. **S**eptimũ est illoz qui non timent deũ. hoc peccatu secreta i corde consistit. sed de' erit iudex et testis q faciet iusticia de omnib'. **T**ertio pbauit christ' testimoniũ esse veruz. et iudei tenebant sibi credere fm legem moysi dicentis. **Q**u in ore duozũ vl' triũ testiũ stat omne vbum vel testimoniũ. **S**i steterit testis mendax ptra hoiem accusans eum preuaricationis stabunt ambo quoz causa est ante dominũ in conspectu sacerdotum et iudiciũ qui fuerint in diebus illis. **Deut.** xix. **C**ũ ergo duo testimoniũ perhibet de me. scz ego et pater q misit me. **I**do tenemini mihi credere indubitanter **T**estimoniũ dei patris patuit in matris sue desponsatione in xga **I**oseph que floruit. **E**t i natiuitate domini nostri ihu christi de nocte q clarruit de angelo qui pastorib' apparuit de stella q tres magos pduxit. **D**e baptismo christi i quo

vox patris intonuit. **I**do christ' domin' noster dixit iudeis. **I**n lege vestra scriptum est q duo rum hominũ testimoniũ verum est. ego sum qui testimoniũ perhibeo de me et testimoniũ perhibet d me qui misit me pater. **T**ertio iudei repli cant per inuasionem dicentes sibi. vbi est pater tuus. et hoc dixerunt p tanto. quia christus dixerat q non erat solus. sed pater qui miserat ipsũ erat cum eo. **I**udei autẽ credentes q non haberet alium patrem nisi **I**oseph inuadẽdo eum dixerunt sibi. vbi est pater tuus. quasi diceret. habes ipm sub clamide. **R**espõdit christus dicẽs. neq; me scitis. neq; patres meũ scitis. si me sciretis forsitan et patrem meum sciretis. christus inq̃tum deus non cognoscebat a iudeis. quia nõ credebant ipm esse deum obliuioni tradetes pphetas qui dicunt ipm esse deum. **Esa.** ix. **F**ili' datus e nobis et fact' est pncipatus ei' super humerum eius. et vocabif nomẽ eius admirabilis cõsiliarius deus fortis. **I**tem abachuc q vocat ipm iesum. id e. saluatozem. **E**go autẽ in domio gaudebo et exultabo in deo iesu meo. **A**bachuc iij. **S**i nõ fuisset deus non potuisset saluare nec seipm nec alios. **I**do dixit. neq; me scitis. nõ solum inq̃tum deus. sed etiam inq̃tum homo. qz credebant ipm esse genitum ex viro et muliere.

Rota hic quattuor ppagationes. **P**rima fuit sine viro et muliere. vt adam. **S**ecunda fuit d viro sine muliere. vt eua. **T**ertia de viro et muliere vt comuniter fit **Q**uarta de muliere sine viro vt generatio christi. de qua dicit christus abrae **G**eneratione quarta reuertetur huc. scilicet in paradiso **Gen.** xiv. **D**icunt iudei ceci q in quarta generatione debebant redire in terram pmissionis. **E**cce quare dicit. **S**i me sciretis forsitan et patrem meuz sciretis. **S**z quare dicit forsitan dubitatie. quia qui cognoscit christum in hoc mundo per fidem etiam ex necessitate cognoscit patrem ppter regulam correlatiuoru. que posita se ponunt et. **E**t in celo qui cognoscit filiũ cognoscit et patrem. quare dicit forsitan. **R**espõdeo q cognitio dei est duplex. vna per fidẽ. alia per gliam. que si recipiantur vniformit nõ oportet dicere forsitan. quia qui cognoscit christũ p fidem etiaz cognoscit patrem. **I**de de cognitio/ne glorie. **Q**ui cognoscit filium in gloria. etiam cognoscit patrem. **S**z intelligit. **S**i me sciretis. scilz hic per fidem. forsitan et patrem meũ sciret/sez in alio mundo per gliam. quia lz essent mali tamen poterant couerti. multi cognoscunt christũ in hoc mundo qui tamen nunq; cognoscent patrem in alio mundo per gliam ppter vertibilitatem liberi arbitrij. quoniam fides sine operib' nõ saluat hoiem. **Iac.** ij. **Q**uid pderit frẽs mei si fidẽ qd dicat se habere. opera autẽ nõ habeat. nõ qd poterit saluare eũ. qsi dicet. nõ et. **I**udei autẽ pfusi nõ poterãt ampli' arguere nec rĩdere

Sermo

sed voluerunt ipsum capere. sed dicit thema quod nemo apprehendit eum. Ratio. quia nondum venerat hora eius. scilicet ordinata a sancta trinitate. In nocte passionis dixit. surgite eam hinc. quia venit hora. **Matth. xxiii. Luc. xxii.** Ecce finis disputationis. **Ad**oraliter in hoc quod christus seruare voluit horam ordinatam ostendit nobis christus ut seruemus tempus et horam ordinatam ad laborandum et quiescendum. **Tempus et hora ordinata ad laborandum est feria sancta tertia quarta etc.** **Tempus et hora ordinata ad quiescendum est dominica.** **Memeto ut diem sabbati sanctifices.** **Sex diebus operaberis et facies omnia opera tua.** septimo autem die sabbatum domini dei tui est. non facies in eo omne opus. **Ex. xx.** Nota sex diebus operaberis. **Dic** protra illos que custodiunt dies egyptios contra preceptum dei. **sex dies operaberis.** Nota si vis alium introitu frimonis dicere sic. **Sanctum euangelium continet tres doctrinas christi. excellentes.** **Prima est doctrina instructiva alte.** **Secunda est doctrina responsiva apte.** **Tertia est doctrina reprehensiva iuste.**

Dñica Iudica sermo.

Quis ex vobis arguet me de peccato. **Johis. viij.** **Sermo noster erit de sancto euangelio hodierno huius dominice et continet unam solentem et strictam disputationem que fuit inter christum ex una parte. et princeps iudeorum et doctores legis ex alia.** **Primo salutetur homo maria.** **Quis ex vobis etc.** **Presens dominica dicitur que intitulatur dominica in passione domini non quod ista die fuerit passus. sed quia hodie sancta ecclesia que per totam quadragesimam preteritam fecit officium penitentie. hodie incipit officium de passione domini propter duas rationes.** **Prima ex parte christi.** **Secunda ex parte nostri.** **Primum ad primum. quia hodie iudei congregati in consilio generali in ciuitate hierusalem determinauerunt. diffinierunt. et concluderunt quod christus moreretur. quia totus mundus conuertebatur ad christum. propter magnam miraculorum quod fecerat in suscitacione lazari quadriduani festi et corrupti.** **De quo dicit Augustinus quod narrabat que viderat in alio mundo dicens: quod nullus poterat euadere de inferno. nec saluari nisi per christum. et narrabat penas damnatorum et gloriam angelorum que viderat propter quod multi iudei conuertebantur ad christum.** **Ideo principes. doctores. et maiores tenuerunt consilium etc.** **De quo dicitur Johis.** **Collegerunt pontifices et pharisei consilium aduersus iesum et dicebant. Quid facimus. quia homo multa signa facit. si dimittimus eum sic omnes credent in eum. et venient romani et tollent locum nostrum. et gentem.** **Unus autem ex ipsis Cayphas nomine ait. vos nescitis quicquam. nec cogitatis quod expedit vobis ut vnus moriatur homo pro populo:**

et non tota gens pereat etc. **Ab illo ergo die cogitauerunt ut interficerent eum.** **Joh. xj.** **Pro ecclesia hodie incipit officium passionis christi.** **Secunda ratio est ex parte nostri.** **Notandum quod sancta mater ecclesia fuerat diuersos et varios modos ad puocandum peccatores ad penitentiam.** **In dominica prima puocat nos ad ieiunandum exemplo ieiunantis christi.** **Dominica secunda ad orandum exemplo mulieris canance.** **Dñica tertia ad confitendum exemplo illius demoniaci.** **Dñica quarta puocat nos ad penitentiam amore. ostendens nobis quod christus reficit et confortat illos qui sunt in deserto penite.** **Modo iam nihil aliud restabat ad puocandum nos nisi passio christi de qua hodie incipit facere officium et ipsa reducit ad memoriam tam propter bonos et deuotos qui iam fuerunt confessi et ieiunauerunt per quos hebreos madas preteritas ut pseuerent foris exemplo christi. quasi diceret. **Recogitate eum qui talem sustinuit a peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem ut non fatigemini animis vestris deficientes.** **Heb. xij.** **quod etiam propter malos et impenitentes et in deuotos christianos qui nondum fuerunt confessi nec ieiunauerunt. quasi dicit. mater ecclesia si exempla et officia preterita non poterunt vos ad penitentiam puocare saltem modo attendatis ad minus ad christi passionem que pro nobis tanta passus est. in cuius passione petre scisse sunt et monumeta aperta sunt.** **Matth. xxvij.** **Quo ergo magis corda carnis in deuotorum debent scindi per contritionem. et monumeta. id est. corpora aperiri per confessionem. et resurgere per penitentiam.** **Ecce rationes quare ista dñica dicitur de passione dñi.** **De ista benedicta passione christi ponunt et ostenduntur sex conclusiones in sancto euangelio hodierno que fuerunt disputate in dicta disputatione inter christum et principes et doctores.** **Prima conclusio quod benedicta passio fuit per christum portata innocenter.** **Secunda conclusio quod hec benedicta passio christi fuit per iudeos tractata malignose.** **Tertia conclusio quod fuit despecta enormiter.** **Quarta conclusio quod fuit nobis ordinata profectuose.** **Quinta conclusio quod fuit patribus sanctis demonstrata figuraliter.** **Sexta conclusio quod fuit a sancta trinitate ordinata singulariter.** **In his stat totum euangelium. et de his erit sermo noster.** **Et de prima conclusione dicitur thema. **Quis ex vobis etc.**** **Prima conclusio dicitur quod hec benedicta passio christi fuit per christum portata innocenter. quia sine culpa et sine peccato suo. quoniam christus semper fuit sine peccato aliquo. non solum in quantum deus: sed in quantum homo etiam nunquam peccauit. nec corde cogitando. nec ore loquendo. nec opere perpetrando.** **1. Cor. iij. et j. Pet. ij.** **Peccatum non fecit nec inuentus est dolus in ore eius.** **De hoc facit euangelium.** **Dicit ihesus turbis iudeorum etc.** **scilicet principibus doctoribus et phariseis populo. quis ex vobis arguet me de peccato volens eis ostendere eorum****

de ciuitate et patria paradisi. signum est de illis
 qui libenter audiunt quod sunt illius patrie et ciuitatis
 amici. Secus de illis qui non curant audire vel at
 tendere. Quibus dicit christus. propterea vos non au-
 ditis. quia ex deo non estis. sed per predestinationem. per
 amorem. per deuotionem. et per bonam vitam. **I**tem dicit
 scriptura cuiuslibet. **E**sto mansuetus et humilis ad au-
 diendum verbum dei ut intelligas. **Acti. v. et Jac. i.**
In mansuetudine suscipite insitum verbum quod
 potest saluare animas vestras. **T**ertia conclusio di-
 citur quod huiusmodi passio christi fuit despecta enormiter.
 quoniam illi iudei ita despectiue loquebantur
 de christo. ac si loquerentur de vno ribaldo sed vitu-
 perando ut patet ibi. **R**esponderunt ergo iudei sed
 indignati de hoc quod christus eis dixerat di. **N**one be-
 ne dicimus nos. quia samaritanos et demonium ha-
 bes. **R**espondit. ego demonium non habeo. sed honorasti
 eum patrem meum. et vos inhonorastis me. **E**go autem
 gloriam meam non quero. **E**st qui querat et iudicet. **E**cce
 quomodo ipsum vituperabant. **N**ota quod samaritanos dicitur
 a ciuitate samarie. sicut fluentius a ciuitate con-
 fluentie. **E**t iudei et samaritani inimicabantur. **E**t
 sicut nos dicimus alicui despectiue o iudee ita ipsi
 dicebantur o samaritane. et ita fuit per eos dictum
 christo. **N**one bene dicimus. quia samaritanus es. id est. rone
 gatus infidelis diabolus. **N**ota samaritanos es
 tu et demonium habes. duas iniurias dixerunt si-
 bi. **R**espondit christus dulciter se excusando di.
 ego demonium non habeo. sed non excusauit se
 non esse samaritanum. imo videtur concedere. sicut si
 diceret mihi. vos estis homicida et latro. ego ex-
 cusando me diceret. ego non sum latro. tacite con-
 cedere me esse homicidam. idem de christo. **D**icitur
 huiusmodi quod hoc nomen samaritanos habet malam
 significationem quia significat hominem infidelem et he-
 reticum. et sic in hoc iudei dixerunt christo. sama-
 ritanus es tu. **S**ed habet bonam interpretationem
 quia samaritanus interpretatur custos. **E**t in sa-
 cra scriptura christus dicitur custos. **E**sa. xxi. **C**u-
 stos quid de nocte. custos quid de nocte. dixit cu-
 stos: venit mane et nox. **N**ota custos quid de nocte
 sed culpe. custos quid de nocte sed pene. quasi dice-
 ret. **L**ibera nos. dixit custos. venit mane scilicet
 misericordie. venit nox scilicet culpe. **I**psa enim chris-
 tus est custos vniuersalis qui custodit omnia. an-
 gelos. celos. elementa. homines bonos conseruan-
 do. malos ad penitentiam expectando. damnatos
 ad iusticiam preseruando. quare als annihilaretur. **I**deo
 dauid. **N**isi dominus custodierit ciuitatem frustra
 vigilat qui custodit eam. **I**tem christus non negat se
 esse samaritanum ex quo poterat in bonum interpre-
 tari. **M**oraliter habemus hic doctrinam quod verba
 seu facta que possunt tam in bonum quam in malum in-
 terpretari. semper debent interpretari in partem bonam
 exemplo christi. **S**ic exemplum in vita patrum ex de-
 creto **G**elasij pape approbatum de illo sancto here-
 mita qui iudicauit hominem comedentem de mane

in die ieiunij qui de hoc fuit grauiter reprehensus
 ab angelo ense euaginato. nec cellam suam ingredi
 posset donec peniteret pro tali peccato etc. **I**deo
 christus. **N**olite iudicare sed dubia et incerta et non
 iudicabimini. **L**uc. vi. glo. **B**ede. **I**n hoc loco
 nihil aliud precipi existimo. nisi ut ea facta in quibus
 dubium est quo animo fiant in meliorem partem in-
 terpretemur. **S**ed christus negauit se habere demo-
 nem dicens: **E**go demonium non habeo. quia nulla
 bona signatione vel interpretatione potest homo
 habere demonem familiare. ideo christus se excusa-
 uit. **Q**uarta conclusio dicit quod hec benedicta pas-
 sio christi fuit nobis ordinata siue applicata. profectio
 seu fructuose. quia ipse voluit suspendi in ligno
 crucis ne aliquis sibi credens et obediens suspen-
 deretur in furca inferni. **D**e hoc ipse dicit in
 euangelio. **A**men amen dico vobis si quis sermonem
 meum seruauerit mortem non videbit in eternum.
Dixerunt ergo iudei. **N**unc cognouimus quia demo-
 nium habes. **A**braam mortuus est et propheta. et tu
 dicis. **S**i quis sermonem meum seruauerit mortem
 non gustabit in eternum. **N**umquid tu maior es pa-
 tre nostro abraam qui mortuus est et propheta mor-
 tuus sunt? **Q**uem te ipsum facis? **R**espondit ihesus. **S**i
 ego glorifico me ipsum gloria mea nihil est. **E**st pater
 meus qui glorificat me quem vos dicitis. quia de-
 noster est et non cognouistis eum. **E**go autem noui
 eum. **E**t si dixerero. quia non scio eum ero similis vo-
 bis mendax. **S**ed scio eum et sermonem eius seruo.
Nota seruauerit in corde. in ore. in opere. **I**n cor-
 de per fidem. in ore per confessionem. **R**oma. xii.
Corde credis ad iusticiam. ore autem confessio fit ad
 salutem etc. **I**n opere per mandatorum impletionem
 per. **D**emonios sunt mandatorum ipsius ad faci-
 dum ea. **N**ota quod sermo christi est eius doctrina eu-
 angelica que seruat dupliciter sed firmiter creden-
 do. humiliter obediendo sed credere articulos fi-
 dei sine dubio et errore et falsa opinione. et obedi-
 re eius preceptis ea seruando. talis mortem sed dan-
 nationis. non videbit in eternum. christus loquebat
 de morte damnationis eterne. et ipsi iudei intellexe-
 runt de morte corporali. **I**tem dixerunt sibi. nunc
 cognouimus quod demonium habes. abraam mortuus
 est et propheta. **V**idetes quod prima iniuria sibi non
 displiceret. ideo illa dimissa iterum impropera-
 uerunt sibi aliam de qua se excusauerat dicens. **N**unc
 cognoscimus quod demonium habes. **Q**uestio quomodo ex
 isto textu. **A**men amen dico vobis. si quis sermonem
 etc. habetur quod passio christi fuit nobis applicata vel
 liter. **R**esponso quod passio christi fecit nobis duo ma-
 gna bona. **P**rimus est. quia virtute passionis christi re-
 mittuntur nobis peccata. **S**ecundum quia virtute passionis
 christi ianua paradisi fuit nobis aperta. **I**tem non restat
 nisi quod ad gloriam vadamus per passum virtutum et bono-
 rum operum. quod fit seruando doctrinam christi. **I**deo dicit
Si quis sermonem meum seruabit. **P**atet conclusio et
 ratio illo quod dicunt. quod potest mihi passio christi si

Feria secunda post Iudica

ego habeo facere penitentiaz de peccatis meis. **R**esponso q̄ penitentia non fit ad soluendū precium p̄ peccatis. nec ad aperiendū ianuaꝝ paradisi. quia iam hoc fecit passio xp̄i. sed penitentia fit ad ambulandū illuc. **J**uxta illuc dauid **I**būt de virtute in virtutem. **V**idebitur de⁹ deoz. id est. angeloz in syon. ps̄. lxxxiiij. **I**do dicit christus. **P**enitentia agite quoniaꝝ appropinq̄bit vobis regnum celoz. **M**at. iij. **N**ota si vis aliter dicere quomodo passio christi est nobis vtiliter applicata iuxta parabolā illoz duoz amicos r̄ quoz vn⁹ comisit furtuz p̄pter qd̄ fuit capt⁹ ⁊ ad suspendiū sententiatus. **A**lter x̄o ex magna dilectione quā ad illum habebat intrauit carcerem ⁊ recepit habitum amici sententiati cui tradidit vestes suas. ⁊ finaliter fuit p̄ amico suspensus vt ille euaderet. **Q**uid vobis videtur d̄ isto amico qui voluit mori pro amico. **I**bi duo amici sunt christus ⁊ homo. homo x̄o p̄pter furtū factus positus in carcere huius m̄di sententiatus et condemnatus ad furcam inferni. **S**⁹ venit eius amicus. scz christus verus deus ⁊ homo indutus veste latronis. id est. hūanitate qui fuit in ligno crucis suspensus. vt latro euaderet a furca inferni. patet ergo vtilitas passionis christi. qz dominus voluit mori p̄ seruo. innocens p̄ peccatore. j. **P**et. ij. christus semel pro peccatis nostris mortuus ē. iustus p̄ iniustus r̄c. **Q**uinta conclusio q̄ hec benedicta passio christi fuit antiquitus sanctis patribus figuraliter demōstrata. ibi. **A**braā pater vester exultauit vt videret diem meum vidit ⁊ gauisus ē r̄c. **D**ixerūt ergo iudei. **Q**uinquaginta ānos nōdū habes ⁊ abraā vidisti. **S**ic historiā que legitur **Gen. xxij.** quomodo deus dixit abrae. **T**olle filiū tuum vnigenitum quem diligis ysaac. **N**ota bene textuz. qz ysaac figurabat christū qui portabat lignum crucis **A**braā x̄o pater ysaac qui portabat ignē ⁊ gladiū figurat deuz patrem. de quo dicit apostolus **Roma. viij.** **Q**ui p̄prio filio nō pepercit sed pro nobis om̄ibus tradidit illum. qui i vna manu portabat ignem charitatis **U**nde **G**regorius. **O**nestimabilis dilectio charitatis vt seruum redimeres filius tradidisti. **I**n alia x̄o manu portabat gladiū scz autoritatis occidēdi filium. quia al̄s nullus potuisset ipsum occidere. **E**sa. liij. **P**ropter scelus populi mei percussi eū et sicut non fuit mortuus ysaac sed aries. sic nō fuit mortuus filius dei s̄m diuinitatem. sed aries. id est. christus. s̄m humanitatē. **E**cce quare christus dicit **A**braam pater vester r̄c. sed p̄p̄ reuelationem vt videret diem. vidit. id est intellexit in figura. quia intelligentia opus est in visione. **S**an. x. diem scz passionis mee ⁊ gauisus ē **J**udei autē hoc non intelligentes ⁊ verba christi calūniantes dixerūt christo. **Q**uinquaginta annos nōdū habes ⁊ abraam vidisti. **S**⁹ cum

christus eēt trigintatriū annoz. quare dixerūt eū quinquaginta annoz. **R**esponso. qz christus ex magnis abstinentiis. ieiunijs. vigilijs. ⁊ laboribus. iudicabatur senex. vt dicit glosa. ⁊ quinquaginta annoz. lz esset solum trigintatria ānorum. **M**oraliter habemus hic exemplum faciendi penitentia ⁊ abstinentiaz exemplo christi. quia quādo rex abstinet ⁊ laborat non debet feruus quietescere. **I**do apostol⁹. **ij. Cor. iij.** **S**emper mortificationem in corpore nostro circumferētes. vt ⁊ vita iesu manifestetur in corporibus nostris. **S**emp̄ eni nos qui viuimus in mortem tradimur propter iesum. vt et vita iesu manifestetur in carne nostra mortali. ergo mors in nobis operatur r̄c. **E**t ad **Colos. iij.** dicit apostolus. **M**ortificate mēbra vestra q̄ sunt super terram. **S**exta cōclusio q̄ hec benedicta xp̄i passio fuit a sancta trinitate ordinata singularit̄ scilicet vt christ⁹ moreret. sed non lapidat⁹ nec gladius. nec p̄cipitatus. nec aliter nisi crucifixus in cruce. **H**ec cōclusio patet ibi. **A**men dico vobis anteq̄ abraam fieret ego sum **T**ulerūt ergo lapides iudei vt iacerent in eum. **I**hs autē abscondit se ⁊ exiuit de templo. **A**bscōdit se. glosa fecit se inuisibilem iudeis. sed nō apostolis. nec beate marie virgini que erat in isto festo. **Q**uid debuit ip̄a dicere quādo scilz venerunt iudei cū lapidib⁹ dicentes. moriaf. **E**cce hic finis disputationis. **I**n ceperunt p̄ verba ⁊ paulatim venerunt ad vbera siue ad manus quādo audiuerūt ip̄m se facientem deum ibi. **A**mē amē dico vobis anteq̄ abraam fieret ego sum. vnde: ego sum. ē p̄p̄rium nomen diuinitatis. quia nullus potest dicere. ego sum: nisi abusiue. sicut nullus potest dici diues de pecunia quam mutuo accepit. qz non est sua. sic esse nostrū: est nobis a deo mutuum r̄c. **S**ol⁹ deus potest dicere. ego sum qui solus habet esse inmutabile. hoc itelligētes iudei tulerunt lapides. **S**⁹ q̄re christus noluit sic mori lapidatus. quia ita bene fuisset redempti illa morte si voluisset. **R**esponso ē duplex. **P**rima est litteralis **S**ecūda moralis. **Q**uā ad p̄mam ratio fuit. quia non erat ita ordinatū in cōsistozio trinitat̄ q̄ christus moreret lapidatus. sed crucifixus: que erat mors magis despecta. **S**ap. ij. **M**orte turpissima cōdemnemus eum **Q**uā ad sc̄dam rationem moralē. quia per mortem crucis non solum sumus redempti. sed etiā instructi ⁊ defensi. vnde in cruce que habet quattuor brachia instruimur facere penitentiaz que habet quattuor opera penitentialia. **I**do apostolus qui xp̄i sunt carnem suam crucifixerūt cū vicijs ⁊ cōcupiscentijs. **S**al. v. **I**tem per crucem sumus defensi ab oibus periculis. ad **S**al. viij. **A**bihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri iesu christi. **A**men.

Sermo

|| Feria sc̄da post Iudica.

DE spiritu accep-
turi erant credentes in eum Joh. viij

Et recitatur in euangelio hodierno

In sancto euangelio hodierno continet tres al-
tissimas in xpo speculationes. et

Prima est exaltationis xpi humanalis.

Secunda est excecationis iudeorum generalis.

Tertia est illustrationis credentium spiritualis.

Et de hac tertia loquitur thema. **D**e spiritu etc. Et primo de exaltatione christi humana. quia in quantum deus non indigebat exaltatione. Ideo dicitur exaltatio christi humana que nobis subtiliter ostenditur et intricate in prima parte euangelii cuius dicitur. miserunt principes et pharisei ministros ut apprehenderent iesum. Dixit ergo eis iesus: Adhuc modicum tempus vobiscum sum. et vado ad patrem qui misit me. Queritis me et non inuenistis me. et ubi ego sum vos non potestis venire. Et pro declaratione istorum sciendum est: quod iam iudei hodie et maiores simul concluderunt ut christus crucifigeretur. et heri fuit tentum hoc consilium. **I**dem dicitur dominica de passione seu passionis. Sed ideo adhuc ipsum non capiebant. quia timebant populum qui ad christum habebat magnam deuotionem. et propter vitam sanctam et salutem quam eis dabat quotidie. et propter miracula. **I**dem tenuerunt consilium quod christus caperetur. dicentes: mittamus homines pauci valoris ut interficiatur. et miserunt ministros et sagiones. et viderunt illum in templo predicantem. et ducti timore non audebant eum capere. Et ideo fuit conclusum inter eos quod expectarent eum donec predicasset. et christus in sermone conuertit illos. et post hoc ei nihil fecerunt. Et ideo dicitur. Miserunt principes et pharisei ministros ut caperent iesum. Et dum isti audiebant christum dixit illis. Adhuc modicum tempus vobiscum sum. **H**anc ista verba attulerunt lucem in cordibus ministrorum. ut videbitis. **H**ic ergo subtiliter et intricate monstratur christi exaltatio. Unde est sciendum quod inuenitur in nouo testamento: quod reperimus quatuor exaltationes ihu christi humanas. Et prima exaltatio est dolorosa quando fuit eleuatus in cruce. **Q**uotus debebat esse ille dolor cum eius corpus delicatum attraheretur in cruce. Unde concludit hic doctor sanctas in tertia parte questione. xlvi. arti. vi. Nullum dotorum martyrum et etiam omnium sanctorum unum: tantum fore quantum fuit ille dolor iesu christi in cruce. Quia ut dicit beatus Thomas tertia parte questione. xlvi. arti. v. Christus passus est omnes passiones. non quidem secundum speciem. quia ille sibi repugnant quantum quod ut combustio in igne et submersio in aqua. Sed secundum genus passus est omnem passionem humanam et hoc considerari potest tripliciter. **U**no modo ex parte hominum. Passus est enim aliquid a gentilibus

et iudeis. masculis et feminis. ut patet de ancillis accusantibus petrum. Passus est etiam a principibus et ministris eorum et popularibus. secundum illud psalmum. Quare fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania. **A**stiterunt reges terre et principes conuerterunt in unum aduersus dominum et aduersus christum eius. Passus est etiam a familiaribus et notis. sicut patet de iuda eius prode et petro ipsum negante. **A**lio modo patet idem ex parte eorum in quibus homo potest pati. Passus est enim christus in suis amicis eum deserentibus in fama per blasphemias contra eum plenas. **I**n honore et gloria per irrisiones et contumelias ei illatas. **I**n rebus quia vestibus spoliatus est. **I**n anima per tristitiam. tedium et timorem. **I**n corpore per vulnera et flagella. **T**ertio potest considerari quantum ad corporis membra. Passus est enim christus in capite pungentium spinarum coronam. et in manibus et pedibus confixione clauorum. in facie alapas. in corpore flagella. **F**uit etiam passus secundum omnem sensum corporeum. secundum tactum quidem flagellatus et clavis confixus. secundum gustum felle et aceto potatus. secundum olfactum in loco fetido cadauerum mortuorum quod dicitur caluarie appensus patibulo. secundum auditum lacessitus vocibus blasphemantium et irridentium. secundum visum videns matrem et discipulum quem diligebat fletus. **H**ec tho. ibidem. et idem ar. vi. eiusdem questionis dicit quod dolor christi fuerit maior omnibus doloribus quod patet ex isto quod dicitur Thren. i. in persona christi. **O** vos omnes qui transitis per viam attendite et videte si est dolor similis sicut dolor meus. **P**onit tamen ibidem quatuor rationes pro istius probatione quas vide ibidem si placet. **E**t ideo dauid dicit hoc in psalmum. lxxxviij. **P**auper sum ego et in laboribus a iuuentute mea exaltatus autem humiliatus et conturbatus. **I**bi exaltatus scilicet in cruce. **E**t loquitur ille psalmus in persona christi. **P**auper etiam in exitu ventris virginialis. et persequens natus extra domum in via ponitur in presepe necerat ibi ignis cum esset frigus ut scitis in natiuitate domini. et pauper in quersatione. quia si aliquis deuotus homo volebat eum hospicio recipere sumebat pro elemosyna. aliter exiebat per desertum. et ibi lapide super capite posito dormiebat. **E**t ideo dicitur. **E**t circum spectis omnibus cum iam vespera facta esset exiit bethaniam cum. xij. **M**arc. xij. **I**tem multotiens predicando in nimis caloribus et in multis alijs laborando. ita laborabat quod iam videbatur senex. **E**cce quomodo fuit pauper. **S**ed postea exaltatus fuit in cruce et conturbatus. **Q**uanta fuit tribulatio capitis propter spineam coronam et quanta oculorum propter discipulos qui fugiebant et propter dolorem matris et propter aures audientes blasphemias et propter odoracionem narium. quia ibi fetebant multa suspensorum corpora. **E**t de ista passione dirigendo verba ministris dei. **A**dhuc modicum tempus vobiscum sum ut adhuc instrua vos. **E**cce ergo presentiam

Feria secunda post Iudica

exaltationē. Scda fuit exaltatio gloriofa quā/
do fuit exaltatus in resurrectione. In resurrecti-
one exiit cū sanctis patribus limbis. 7 in die pa-
fce gloriofus surrexit. Et de ista exaltatione ipse
dixit alias. Et ego si exaltatus fuero a terra oīa
trahā ad meīpm. Ioh. xij. Si p qz: qñ exaltat⁹
fuero oīa traham. pmo aīas existentes in lim-
bo. Item aplos iam deficientes 7 discipulos. i re-
surrectione suscepit oīa. qz oīes creaturas sibi
subdidit. Et ista ratio etiaz tangit subtiliter ibi
qñ dixit. Vado ad eum q misit me. Qñs vadit
ad rem q ab eo non distat. ergo quō vadit ad pa-
trem cū essentialiter esset idē cuz patre. Videte
localiter nō distabat s formaliter. qz pater imor-
talis 7 ipse mortalis in q̄tum hō. 7 ideo distabat
p humanitatē a patre. Tertia exaltatio fuit ce-
lestialis. 7 ista fuit in ascensione sua. De hac pau-
lus dicit ppter qd 7 deus exaltauit illū 7 dona-
uit illi nomē qd est sup omne nomē. vt in noīe ie-
su omne genu flectat. celestiu. terrestriu. 7 infer-
norū. 7 oīs lingua confiteat. qz xps in glia ē dei
patris 7c. ad philip. ij. Et ista ipse tāgit cuz dī-
ct. Queritis me et nō inuenietis. qz ex quo xps
ascendit in celū. iudei videntes tps messie eē cō-
pletum. q̄rebant 7 adhuc q̄runt xpm. s non ine-
nient nisi in iudicio. qz non credebāt ipsum esse
messiaz. ergo nominaliter q̄rebant 7 nō realiter
Ideo Ezech. v. dī de iudeis. facti sunt p̄ncipes
iuda q̄si assumentes terminū sup eos effundam
q̄si aquaz iram meā. Quarta exaltatio fuit spī-
ritualis quo ad aīam q non solū fuit in istis p̄di-
ctis tribus. imo etiā 7 potentia habuit aīa eius illico
sicut 7 nunc. Et ideo dicit spūalis quo ad aīam.
Et dī hac dī Esa. liij. Ecce intelliget fr̄uus meus
et exaltabit 7 eleuabitur 7 sublimis erit valde.
Seruū appellat filiū respectu humanitat. 7 ele-
uabit in intellectu i prudētia gloria 7 fruitione.
7 istaz in euangelio tangit cū dī. vbi ego sū. vos
nō potestis venire. Videte certū est q peccator
quātū cūqz malus q̄diu aīa est in corpore habet
liberū arbitriū Quare ergo dicebat. vos nō po-
testis venire. Videte ire 7 venire ad glīam fit p
passus bonozū operū sicut videm⁹ in nostro ire.
qz nūc cogitatib⁹ bonis nūc dō penitēdo imus
illuc vbi xps est. Et de hoc dauid. Ibit de vtu-
te in v̄tutē 7c. in ps. Q dilecta. Ideo ergo dice-
bat. qz sciebat illos esse in mala volūrate puerfa
Ideo non poterāt itinerare in bonis opibus. Et
videte q oīa bona opa facta in peccato mortali
non possūt pdesse. s. ad meritū vite eterne. psūt
tamen homini vt citius disponat ad grāz 7 etiā
ad accumulationē tpaliū. Et ideo dicit. vbi ego
sum vos non potestis venire. scz i sensu compo-
sito scz malam vitā retinendo. s bene illā dimit-
tendo. Ideo xps dixit. Non pōt arbor bona fru-
ctus malos facere. nec arbor mala fruct⁹ bonos

facere. Matth. vij. Et hoc intelligatis in sensu
cōposito. Arbor bona. scz stando in bonis ope-
ribus. tamē creatura lz cadat in peccato morta-
li a bonis opibus non desistat. qz ad oīa psūt
nisi ad illud vnū. 7 plus qz citius extabit homo
de peccato. 7 hoc bene ptz in euangelio hodie-
no. qz m̄nistri qui veniebant ad capiendū chri-
stum ex quo psus voluerūt audire sermonē 7 bo-
num opus facere. ideo deus cōuertit illos 7 re-
dierunt ad phariseos. 7 qz illum non pduxerūt
captiuū ad illos: dixerunt pharisei ministris. q̄-
re non portastis talē. At illi dixerūt. Nunqd sic
locutus est homo. Et quomodo hic debet capi
Dixerūt illis p̄ncipes. nūqd 7 vos seducti estis:
nunqd aliquis ex p̄ncipib⁹ credit in ipm. lz hec
turba que ignorat legē maledicta credit in ipm.

Moraliter nota simplices q non ponebāt obi-
cem ex smone xpi fuerūt illuminati. sed literati.
qz obicem posuerunt ideo in malicia sua per-
manserunt. qz ex supbia sua xpm audire nolue-
runt. vt frequēter homines magne scientie sunt
male p̄scientie. Ideo dicit Eccl. v. Esto mansue-
tus ad audiendū vbum dei vt intelligas. Vide-
te non omittatis orationes solitas nec bona opa.
Ideo cuiuslibet dī. Quodcūqz potest man⁹ tua fa-
cere instāter operare. qz nec opus nec ratio. nec
sapientia erit apud inferos quo tu pperas Eccl. ix.
Quodcūqz scz bonū. Ecce ergo h p̄pma pte

Scda pars euāgelij est de excecatione iudeoz
generalī. 7 de hac quomodo fuerit videte textū
euāgelij subtiliter ibi. dixerūt ergo iudei ad se-
metip̄os. Quo hic iturus ē. qz nō inueniem⁹ eū
nunqd in dispersione gentiū iturus est 7 doctur-
us gentes. Quis est h sermo quē dī. Queritis
me 7 nō inuenietis me. 7 vbi sum ego vos nō po-
testis venire. h videte cecitatem eoz. Nā mini-
stri fuerunt illuminati ad intelligendū vba chri-
sti 7 non doctores. 7 ideo verificat hoc verbum
xpi in oratione dī. Cōfiteor tibi dñe pater celi et
terre. qz abscondisti hec a sapientib⁹ 7 prudenti-
bus. et reuelasti ea puulis. Matth. xj. Fiebat
tunc 7 hodie fit. qz cum veniūt l̄fati ad sermonē
dicunt cū magna audacia 7 elatione. Iā ego vi-
debo qd dicit iste p̄dicator. 7 veniūt iam obsti-
nati. S3 simplices 7 ignorātes imediate credūt
7 illuminant. qz ex deuotione veniūt Ecce quo
modo ostēdit cecitas iudeoz. Nam iudei verū
dicebāt. sed nō intelligebāt. qz dicebant q xps
debebat ire ad terraz pmissionis 7 ad gētilis in
terra pmissionis. 7 docere gentes. 7 hoc verum
fuit. Nam xps pmo in iudea pedester iuit d villa
in villā p̄dicando. sed xps post dispersionem
aploz p totū mundū iuit equester. qz p equos
id ē. aplos. 7 docebat gentes. 7 hoc dixit xps d
paulo quādo dixit. Vade qm vas electionis est
mibi iste vt portet nomē meū coram gentibus 7
regibus 7 filijs isrl. Act. ix. Et videatis ad hoc

Sermo

pulchram figuram in libro Iudicū. ca. vi. Nam
ibi legitur quod iudei erant in magna pressura propter
inimicos eorum et deus apparuit Sedeonī dicens
quod ipse deberet liberare iudeos ab inimicis. et ideo
petiit signum Sedeon a deo et dixit. hic est vel-
lus lane in hac area sit hoc signum quod reperiā la-
nam totam plenā de rore cras de mane et aream
totā siccam. Cui dixit deus. placet mihi. et ita in-
uenit alia die sicut dictus fuit de mane. tūc dixit
Sedeon. pulchrū est signū. sed domine peto se-
cūdo quod fiat per contrarium. ita quod cras reperiam
lanam siccam et aream rozatā et rore plenā. et sic ha-
buit. Nota bene ibidē historiaz. sed quero hūc quod
significat iste ros. Responsio. iste ros significat
doctrinā ihu christi bona ratione. quia sicut ter-
ra de se non potest fructificare sine rore celi. sic nec
mūndus posset fructificare in bonis operibus nisi
descēderet ros. id est. doctrina christi. et hoc pro-
bat auctoritate in cātico Deut. xxxij. Audite ce-
li quod loquor. in versu. cōcreseat ut pluuia doctri-
na mea fluat ut ros eloquiū meū. Lana autē est
gens iudaica. quia sicut lana tonsa est a bestia et
remota ab ea. Sic gens iudaica fuit sepata ab
egyptiis quod adorabāt bestias Et voluit Sedeon
per primo signo ut ros esset tūc in vellere. id est. do-
ctrina xpi tūc in populo iudaico et tota area eēt
sicca. id est. totus mūndus. Nam doctrina et ros
xpi dabatur iudeis tunc solum. et alie generati-
ones mundi erant sicce. et ideo dicit in ps. lxxj.
Descēdit sicut pluuia i vellus. et sicut stillicidia
stillātia super terram etc. Voluit etiaz Sedeon
aliud signum scilicet ut lana siccaret et terra madi-
daretur. et hoc figurabat doctrinam christi post
suam ascensionē. Nam postquod ascēdit celos fuit
portata eius doctrina per totum mūndū. Naz
in omnē terram exiuit sonus eorum. et remansit
lana tota sicca. id est. gens iudaica. et fuit adimple-
ta quedam pphetia dicens. Quia repleta ē ter-
ra scientia domini sicut aque maris operientis
Esa. xj. Aqua. id est. doctrina euāgelica. et remā-
sit iudea tota sicca. id est. tecta doctrina veritatis
Et ideo dicebat ppheta. Et ambulabunt ut ce-
ci. quia domino peccauerūt. Sopho. ij. **Mo-**
do videamus hūc moraliter circa illud cum dici-
tur. queretis me et non inuenietis. An forte sit ali-
quis querēs christū et non inueniēs. Respōdet
certe quod sic. si deficit in aliquo triū que ad hoc re-
quirunt. et hoc declarat Esa. cum dicit. Querite
dominū deus dū inueniri potest. inuocate eū
dum prope est. derelinquat impius viam suā etc.
Esa. lv. et sunt ista scilicet tēpus. locus. et modus. quod
requirunt Debet ergo primo tēpus obseruari. hūc
est tempus quod dragesime. quia clerici toto tēpore
christū querūt. sed vos mūdani saltem hoc tem-
pore quod dragesime debet querere christū penitē-
do. et iniurias remittendo. forte dicūt mulieres
quādo reprehendunt de earū vagitatibus si aliq

inciperent dimittere ornāmēta ego dimitterem
Vide tu quēcūque talis es. quia martyres omnes
habent coronam in paradiso. sed super omnes sā-
ctus Stephanus quod primus fuit. virgo maria in-
ter virginēs. magdalena inter penitētes. Et ecce
nunc saltem dimittatis isto tēpore penitētie Iō
dicitur. Hortamur vos ne inuacuū gratiaz dei
recipiatis. Sit enī tēpore accepto exaudiui te. et
in die salutis adiuui te. ij. Cor. vj. Querite ergo
dominū dum inueniri potest. quia iudei non quod
debent debito tēpore christū. ideo non inuenerūt
Secūdo inueniēdo christū seruādus est locus
et iste locus est iste mūndus. quia nisi in hoc mun-
do inueniatur per gratiaz non poterit inueniri in
alio pro gloriā. et ideo dānati non possūt christū
inuenire. quia longe a peccatoribus sal? Ros au-
tem prope sumus. Satis enī est prope alium quod non
distat nisi pro tres passus ab eo. et habes tres pas-
sus quod potes ad christū redire et ipsum inuenire.
Et primus est contritio. secūdus est confessio. tertius
est cōplementū penitētie: et est satisfactio Nunc
ergo est tēpus et locus. Et ideo dauid in ps. cxliij
ait. Prope est dominus omnibus inuocantibus eum
omnibus inuocantibus eum in veritate. Videte er-
go quod cōcordet oris platio et cordis contritio et sa-
tisfactio. quia isti sūt tres passus. Tertio seruan-
dus est modus quodrendo christū. et ille modus est
recedere a peccatis. quia dicit. derelinquat im-
pius viam suā: et vir iniquus cogitationes suas:
et reuertatur ad dominū et miserabitur eius. Esa. lv
ibi tangit ppheta modum quodrendi christū. qui er-
go has tres cōditiones seruauerit inueniet christum
Veniam ad tertiam partem euāgelij quod est de il-
lustratione credentium spirituali. et de hoc loqui-
tur thema. et dicit in euāgelio. in die magno fe-
stiuitatis stabat ihesus et clamabat dicens. Si quis
sitit veniat ad me et bibat Qui credit in me sicut
dicit scriptura. flumina de ventre eius fluēt aque
vive. hoc autē dixit de spiritu sancto quem accepturi
erant credētes in eū. Declarem illud magnū
festum. quia ad litterā festum tabernaculorum
quod incipiebat. xv. septēbris. et etiam hodie ser-
uant iudei illud festum. et durabat illud festum
viii. diebus. et prima dies erat colenda. Sed postea
vsque ad octauū diem poterāt laborare. hūc octauus
dies erat sanctissimus. et de hoc dicit textus Leuit.
xxij. vbi dicit. Dies octauus erit celeberrimus
atque sanctissimus. et offeretis holocaustū domino
Et ex isto ultimo die ihesus clamabat. quod dicit euā-
gelium. in die magno. et ille erat octauus secundum lit-
terā Sed moraliter est hūc notandū quod sicut supra
virtutes morales sunt theologicales. sic etiam su-
pra intellectus morales sunt theologicales Nā
allegoricus sensus exponit illud quod debem? cre-
dere. et sic respōdet fidei. Tropologicus respōdet
charitati. et Anagogicus spei. **Modo** videte in
vobis istis euāgelij facio istos tres intellectus. Et
✠

Feria tertia post Iudica

primus erit principaliter allegoricus. Unde quod est istud festum septem dierum. et hic dies ultimus qui christus clamabat. Istud festum est quadragesima et habet septem septimanas quas illis septem diebus compare possum. Nouissimus dies est festum pasce. hec solenitas quadragesime durat septem septimanis precedentibus quemadmodum illud festum precedebat septem dies. et in illo magno die clamabat christus ad inuitandum nos ad comunione. dicens illud **Cañ. v. Comedite amici et bibite et inebriamini charissimi. Nota amici. quod oportet quod sit amicus. ille qui debet comedere. ut scilicet sit in gratia et tunc inebriatur. quando omnia temporalia post ponunt et totaliter descat in christo. et istud est intellectus allegoricus. Alius sensus est moralis et tropologicus. et secundum istum intellectum istud festum est vita sancta quam debemus habere. Septem dies sunt virtutes morales et theologice septem. scilicet fides. spes. charitas. prudentia in periculis. iusticia et temperantia in prosperis. et fortitudo in aduersis. Ultimus dies est dies mortis quando christus vocat ad gloriam paradisi. Et ideo dicit. Venite ad me qui laboratis et onerati estis. et ego reficiam vos. et inuenietis requiem animabus vestris. **Mat. xij. Tertius intellectus est anagogicus. ut sic hoc festum significat durationem mundi. et dies septem significant septem etates. Prima ab adam usque ad noe. Secunda a noe usque ad abraam. Tertia ab abraam usque ad moysen. Quarta usque ad dauid. Quinta usque ad transmirationem babilonis. Sexta usque ad christum. Septima usque ad finem mundi. Ultimus erit dies iudicii et erit magnus. et christus stabit alte et clamabit esurientibus et sitientibus iusticiam. et his qui a dextris erunt dicit. Venite benedicti patris mei. **Matth. xxv. sed alius dicit. Discedite a me maledicti etc. Et ideo de bonis dicitur. de spiritu accepturi erant etc. Isti tales accipiunt in hoc mundo per gratiam. et in alio per gloriam.******

¶ Feria tertia post Iudica.

Emopalalogue

Natur de illo propter metum iudeorum. originaliter **Joh. vii.** recitatur in euangelio hodierno. Unde in isto euangelio hodierno ostendunt nobis tria de ihesu christo qui habuit inter iudeos tempore sue passionis. scilicet

¶ Stricta afflictio.

¶ Discreta conditio.

¶ Secreta defensio.

Et de ultimo loquitur thema. quia aliqui credentes in eum occulte defendebant. quia nemo supple credentium palam loquebatur de illo. id est. pro illo. sed alij loquentes palam non tamen pro illo. sed bene contra illum. Primum quod tangitur in euangelio de christo. est stricta afflictio. habebat enim strictam afflictionem ex parte omnium scilicet amicorum et aliorum. et de hoc fit mentio in principio eu-

gelij. cum dicitur **Ambulabat ihesus in galileam.** Non enim volebat in iudeam ambulare. quia reprobant eum interficere. **Erat autem proximus dies festus iudeorum scenophagia.** dixerunt autem ad eum fratres eius. **Transi hinc etc.** Pro quorum intellectu sciendum est quod terra promissionis ultra mare diuidebatur in duas puincias. scilicet in iudeam et galileam. et in iudea est ciuitas hierusalem tamquam metropolitana. et ibi stabant doctores magistri et studium generale. et ibi morabantur inimici christi. **Sed parentes eius et amici stabant in galilea.** quia christus ibi fuerat nutritus in ciuitate capharnaum. et ibi habebat amicos suos et consanguineos et ibi non habebat inimicos tot sicut in iudea. ideo ambulabat in galilea. et ibi fuit tribulatus et afflictus a fratribus. id est. a consanguineis suis. et istos sancta scriptura appellat fratres eius. Et iste est modus sacre scripture in veteri et in nouo testamento. unde **Gen. xij.** dicit abraam loth. **Ne queso sit iurgium inter me et te fratres enim sumus.** et tamen erant tamen consanguinei. et simile habetur ex varijs passibus scripture: quod consanguinei dicuntur fratres. unde dicit. **Optabam enim ego ipse anathema esse a christo pro fratribus meis qui sunt cognati mei secundum carnem.** **Roma. ix.** Et ab illis consanguineis habuit christus strictam afflictionem. Nam in iudea querebant eum occidere ex vna parte. et ex alia parte fratres eius impellebant ut iret in iudeam. non tamen quod haberet intentionem mali. Et assignabant ei consanguinei et parentes quare deberet ire quattuor rationes. **Et prima ratio fuit deuotionis.** quia erat festus dies primus scenophagie. et dicitur a scenos quod est tabernaculum. et sagin quod est comedere grece quia faciebant tabernacula. et comedebant in tabernaculis. ut habetur **Leui. xij.** et erat preceptum dei. **Exo. xxij.** quod omnes irent in hierusalem. **Ideo cum omnes iudei deberent ire. volebat concludere quod ipse etiam deberet illuc ire. sed ista non tangebat christum. quia ipse erat imperator. qui dedit legem moysi in similitudinem ignis.** **Exo. xix.** Et ideo solutus erat legibus maxime. quia post ipse dedit legem in similitudinem hominis. et ideo non erat ipse ligatus. **Secundo etiam quia ipse erat exceptus. quia habebat ibi inimicos capitales. et ideo in quantum homo erat excusandus. et ideo ista prima ratio non cogebat.** **Secunda ratio erat dilectionis et charitatis. scilicet propter discipulos qui ipsius dimiserant rationem frimonis que fecerat de sacramento altaris quando dixit. Caro mea vere est cibus etc.** **Joh. vi.** **Ibidem. nisi manducauerit carnem filij hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis.** Ex quo frimone fuit inter eos tantum scandalum quod dixerunt illi de societate. durus est hic frimone. quod potest esse audire. et ideo abierunt retrosum. et cum eo non ambulabant. quia reputabant stultum quod de eius carne deberet

Sermo

comedere. De his ergo dicebant sibi parētes et consanguinei. Transi hinc et vade in iudeam ut et discipuli tui qui recesserūt a te videant opera tua que facis Joh. viij. et cōuertent a te. quia scandalisati recesserūt a te. hoc nō fuit dictū de apostolis. quia illi non recesserūt ab eo. sed de alijs sed nihil valet ista secūda ratio. quia discipuli d' quib' loquebat' iam multa mirabilia viderant ab eo. Tertia ratio est ambitionis. et t'gitur ibi cum dicitur Transi hinc. Nam nemo quippe in occulto aliqd scilz notabile facit. vade in iudeā quia ibi erunt gentes totius mundi. et facient tibi et nobis magnum honorem. Ecce in quo habebant cor ut haberent honore et comodū. nam ipi ideo volebant cum ipso ire. sed ista ratio nō valet. quia secum ducit vanam gloriā et auariciam credentes q' aliqui forte venirent ad rogā dum eos ut facerēt q' iesus sanaret aliquos iporum. et q' ex hoc haberēt pecunias. Quarta ratio erat affectionis cogitātes q' ex miraculis caperetur christus in regez. et tūc ipi essent magni cum eo. Et ista ratio t'git' ibi cum dicit'. Si hec facis manifesta teipm mundo. si hec facis scz diuinitus nō opere diabolico manifesta te mūdo. Mundū appellāt hierusalē duabus rationib'. Prima quia ibi cōcurrēbant quasi omēs gētes mundi. Secūda quia erāt mundani. et qui hoc dixerunt ad christum volebant honores et vanitates. et forte volebant etiam ab eo recedere. quia isti etiam nō credebant in eo. imo etiā murmurabant contra illum. quasi dicerēt. et quomodo est hoc. quia nunq' studuit et predicat. ex hoc apparet strica afflictio iesu christi. Nam iter duas molas stabat sicut oliua vsq' dum erit oleuz Ita similiter contingit de christo. Nam ipse stetit et fuit pressus donec exiuit oleum effundēdo sanguinem. Et tunc fuit completa vna propheta de David in ps. xxxvij. Amici mei et primi mei aduersus me appropinquauerunt et steterūt Et qui iuxta me erant. per genus et tribū. d' longe steterunt. et vim faciebant qui querebāt animum meam. sic fit oliue. Ipsi sunt due moralitates. et prima tangit ecclesiasticos qui sunt inter duas molas. scilicet amicorum et inimicorū. scilicet diaboloz. quia licet laici sunt inimici diaboloruz. tamen plus clerici et ecclesiastici. quia demones plus temptant clericos d' peccatis q' laicos. et sic ab vna parte habent demones. ex alia parte habent amicos consanguineos. quia postq' quis est clericus. amici nō habent conscientiam accipiendī bona eorum. et isto modo est inter duas molas. Et vide circa istam materiā. quoniam si tu non es pauper tu nō potes aliqd accipere a filio clerico. nec ipse potest tibi dare. Ideo Augustin' dicit. Sic debet clericus d' bonis ecclesiasticis dare pauperib' et amicis. ut si indigent non indigeant. sed non ut diuites fiat.

quia si clericus vult sibi retinere illa bona quib' non indiget et non dat indigentibus sacrilegiuz cōmittit et furtum facit. Ideo sanctus Bern. dicit. quicquid clericus d' bonis ecclesiasticis preter necessariū victum et vestitum sibi retinet: et pauperibus indigentib' non tribuit furtum facit et sacrilegium. et multo plus peccat dādo amicis diuitibus. sed bene debet dare pauperibus. et ideo si aliquis aliquid accipit nisi in viam elemosyne restituat. esset enim necessariū q' cleric' habens centum florenos in redditib' q' distaret centum leucis a parētib' suis. ecce quomodo stringuntur. possūt enim clerici dicere illud meum verbum Amici mei. id est. parentes. et proximi mei. id est. diaboli etc. De supra dictis vide. xvj q. j. ca. finali. et. xij. q. ij. Gloria. Alia moralitas est humilitatis p laicis. et ut intelligant dicā vobis parabolam. Si quis notabilis et potens est in aliqua ciuitate: et aliqui agricole. et pauperes exurgerent in eum. et potēs iste miles posset eos occidere solo verbo. et diceret ne isti moriantur cum ista malicia. cedam et ibo ad aliam ciuitatez quid diceremus de isto. vere tātū esset humilis q' reputaretur sibi in stulticiam. sic fuit humilitas iesu christi cuius posse est tale q' posset illico in momento totum mundum destruere et alium facere. et licz maiores ciuitatis hierusalem exurgerent contra eum. tamen agricole sunt eius respectu. licz illos posset occidere. cedebat tamen et recedebat a hierusalem. Habetis enim exemplum morale. ut cedatis inimico et non sumatis vindictam. iuxta illud. Si fieri potest qd ex vobis est cum omnibus hominibus pacem habentes non vosmetipsos defendentes charissimi. sz date locum ire. Scriptū est enim. Mihi vindictam et ego retribuam. dicit domin' Roma. xij. Nota defendentes. id est vindicantes. nec ē tibi dedecus cedere inimicis tuis apud deum. quia honor est homini qui separat se a contentionibus. omnes autem stulti miscētur cum contumelijs. Proverb. xx. sed apud stultos dicere tur illud esse dedecus. sed in iudicio dei ab omnibus laudabitur. Date ergo locum ire. quia scriptum est. Mihi vindictam et ego etc. quia regula est dei. Nulli ergo vindicta competit sed iusticia. et ad hoc vide miraculum quod habetur ij. Dialo. Erant duo viri potentes in eadem patria. et vnus erat nobilis et multum famosus. aliter tamen non erat ita famosus. et ille arebat inuidia contra alium adeo q' ppter inuidiam difamabat aliu. et intantū creuit inuidia q' alteri munus venenosum p'sentauit. Et dixit ali' magnus. ego cedam huic. et dimisit vicinū et mutauit locum. Iste inuidus dicebat exultans et ego faciam illuz etiam recedere ab illo loco. et subito dum hoc cogitaret cecidit dom' eius supra euz. ecce hic vindicta dei. Ideo dixit christ'. dimitte

Feria tertia post Iudica

mibi vindictam et ego retribuam. quia retribuit in corpore et anima. Nam gloriosus est exemplo domini iniuriam et inimicum cedendo vincere. et resistendo superare ut inquit Gregorius. et hoc est consilium domini. cum persequuntur vos de una ciuitate fugite in aliam. **Matt. x.** Ecce hic prima pars. Secundo tangitur in euangelio discreta responsio. quia hoc tantam potentiam haberet. voluit tamen uti prudentia. et ideo rationabiliter voluit parentibus respondere quod non deberet ire in iudeam. Dixit ergo eis Iesus. Tempus meum nondum aduenit. tempus autem vestrum semper est paratum. Non potest vos mundus odisse. me autem odit. quia ego testimonium perhibeo de illo. quia opera eius mala sunt. vos ascendite ad diem festum hunc. Ego enim non ascendam ad diem festum istum. quia meum tempus nondum impletum est. Hec cum dixisset ipse mansit in galilea. Et hoc Christus asserit quattuor conditiones prudentie que requiruntur in opere virtuoso et meritorio. scilicet quando. ubi. quomodo. et quare. quia quantumcumque bonum fiat nisi discrete fiat non est meritorium ut dicit sanctus Anselmus. Virtus est quicquid boni cum discretione feceris. **Aur.** autem indiscreta pro vicio reputatur. Prima ergo ratio prudentie est tempus respicere. scilicet quando. id est quod fiat debito tempore. quia dicere missam virginis marie bonum est. sed si diceret in die veneris sancta vel post prandium peccatum esset. quia non est tempus concedens. Et ideo dicitur. Tempus et responsione cor sapientis intelligit. omni negotio tempus est oportunitas **Eccl. viij.** Hanc circumstantiam seruauit Christus dicens. Tempus meum scilicet patrem dei a deo ordinatum nondum aduenit. de quo nota figuram **Exo. xij.** quando dominus voluit liberare populum de dura firmitate egypti. precepit eis quod decima die primi mensis scilicet martij reciperent agnum et fuarent ipsum usque ad diem. xiiij. mensis et xv. die erat pascha. Dicit textus. Decima die primi mensis tollat unusquisque per domos et familias suas agnum. Erit autem agnus absque macula masculus anniculus. Juxta quem ritum sumetis hedum et fuabitis eum usque ad. xiiij. diem mensis huius. Immolabitque cum vniuersa multitudo filiorum israel ad vesperam. Nota ibidem ritum. et fuit figura illius agni innocentis christi de quo **Joh. i.** dicitur Ecce agnus dei. qui debuit tolli. x. die mensis primi. sicut factum fuit in die ramorum: quando receptus fuit cum magno honore. et fuit fuatus usque in diem ionis ad vespeream. Nam vitas debebat correspondere figure. et christus sciebat esse obseruandum in omni tempore virtuoso tempus debitum. et illud tempus nondum venerat. ideo dicebat. Tempus meum nondum venit. quia usque ad nonum diem non debebat ire ad hierusalem. tempus autem vestrum semper est paratum. Sed contra hoc arguitur. certum est quod christus

non solum ordinauit passioni sue tempus. diem. et horam. sed etiam omni homini. quare ergo dicit. tempus vestrum semper est paratum. cum etiam homo certum habeat tempus moriendi. iuxta illud **Job. xiiij.** Breues dies hominis sunt et numerus mensium eius apud te est. Dicendum ad hoc quod christus volebat dicere. quod tempus suum quod elegerat pro redemptione generis humani nondum aduenit. Tempus vero vestrum vane glorie et honoris semper a nobis desideratum est semper paratum non loquitur de tempore mori eorum. Vel exponere sic. Tempus vestrum semper est paratum. id est. debet esse paratum. quia nec citis tempus neque die neque horam nec modum moriendi vestrum. Ideo semper debetis esse parati. iuxta illud **phi.** Quis vobis te expectat: tu si sapiens es vobis eam expecta. Secunda circumstantia est locus. quia locus debet inspicere. quia bonum est dicere missam. sed non in stabulo nec in coquina. Item bonum est matrimonium. sed non vti in ecclesia. et ideo dicitur **Baruch. iij.** Disce vbi sit prudentia. vbi virtus fit. quis inuenit locum eius. Hanc circumstantiam christus seruauit dicens. Non potest vos mundus odisse. ecce locus. me autem odit. quia testimonium perhibeo de illo. quia opera eius mala sunt. **Mundus** ut dixi ciuitas hierusalem est. que odio habuit christum et apostolos. quia spirituales erant. non autem consanguineos christi. quia carnales erant. unde **Joh. xv.** Si mundus vos odit scitote quoniam me primo odio habuit. Ideo locus non congruebat ut tunc ascenderet hierusalem. nec oportebat timere illos qui habitabant capharnaum. quia non habebant eum odio. Tertia circumstantia est modus. quia hoc sit tempus et locus: tamen requiritur modus. et si quis hic sedens nunc vult dicere missam. vel in camisia. vel nudus. vel dando elemosinam ex ira. vel etiam si vis hoc tempore confiteri et tamen ire ad solacium non est modus debitus. quia debet esse genuflexus. et confessor debet sedere sicut tanquam iudex. Item si quis veniret et diceret confessori. volo dicere coram testibus peccata mea non esset modus. quia non esset sacramentalis confessio. imo dicere contrarium est hereticum. Licet quidam dicant quod propter humilitatem quis potest publicare. verum est post confessionem. Idem facere elemosinam et orationem ad modum phariseorum. ut patet **Matt. xj.** non est bonus modus. Ideo sanctus paulus. Videte itaque fratres quomodo caute ambuletis non quasi insipientes. sed quasi sapientes redimentes tempus quoniam dies mali sunt. **Eph. v.** Ideo christus dixit. Vos ascendite ad diem festum scilicet pompose. Quia illud festum dicitur tabernaculorum: ut iam dixi. et populus erat totus vanus in primo die et durabat octo dies. et sic non erat modus. et ideo dixit. vos ascendite. et noluit curis illis ire. quasi dei. illud **Esa. j. ca.** Sabbata vestra odiuit anima mea. Sed quarta die quando iam tunc

Sermo

comedebant et bibebant partim. ipse ascendit. **I**n die festo mediante ascendit ihesus in templum. **J**oh. vij. **Q**uarta circumstantia est quare. id est intentio. quia debet inspicere intentio. ratio et finis nec tria predicta sufficiunt. **I**do dauid semper interrogabat se ipsum quare. cum erat in tribulatione. in ps. xli. et xlii. **Q**uare tristis es anima mea. et quare conturbas me. **E**rgo respice intentionem. quoniam intentio dat principalitatem et formalitatem operi virtuosum et merito. **H**anc circumstantiam christus suauiter. quia intentio christi erat quod pro passionem voluit venire ad gloriam resurrectionis. sicut quod dicitur **L**uc. vii. **O**portuit pati christum: et ita intrare in gloriam suam. et quia illud tempus nondum fuerat impletum. ideo dicebat. **T**empus meum nondum venit. et ideo mansit in galilea usque ad diem martis. **M**oraliter super eo quod dicit mansit in galilea. **N**ota galilea interpretatur hebraice rota volubilis cuius quoniam una pars deprimatur alia exaltatur rotando. sic et christus operationi humane statim adiungebat operationem diuinam. ut videtur sua diuinitas. et etiam humanitas. hoc patet in omnibus operationibus discurrendo a sua natiuitate usque ad resurrectionem. **P**rimo in natiuitate fleuit ut ceteri infantes. sed mox diuinitas fuit eleuata in claritate noctis que precessit de christi corpore nouiter nato. **S**ecundo esuriuit ut ceteri. sed diuinitas statim dedit lac matri. **T**ertio in quantum homo fuit in presepio positus. sed ut deus a boue et asino adoratus. **Q**uarto fuit humiliatus in circumcissione que dabatur peccatoribus. sed exaltatus in regum adoratione. **Q**uinto fuit presentatus in templo ut peccator. sed ibi fuit exaltatus testimonio symeonis et anne. **S**exto fuit humiliatus in egyptum ut exultatus. sed fuit exaltatus in medio doctorum in templo: iterum fuit exaltatus in baptismo in manifestatione trinitatis. **S**eptimo in deserto in ieiunio et temptatione diabolica. sed fuit exaltatus. quia accesserunt angeli et ministrabant ei. **O**ctauo in predicatione fuit humiliatus ad instar regis si laboraret pro rege. sed fuit exaltatus in miraculorum operatione. **N**ono fuit humiliatus in passione. quia ad instar latronis fuit passus rege. sed fuit exaltatus. quia sol se obscurauit terra tremuit rege. **D**ecimo in morte. quia ad inferos descendit. sed fuit exaltatus in resurrectione gloriosa. **U**ndecimo humiliatus se post resurrectionem. quia voluit esse cum apostolis. sed fuit exaltatus in ascensione super omnes celos. **E**cce quomodo ihesus mansit in galilea. id est in rota volubili. **M**oraliter si volumus in paradiso exaltari humiliter nos in hoc mundo. vita autem nostra habet duas partes. **P**rima est hic vita temporalis. **S**ecunda est in alio mundo vita eternalis. **I**n prima debemus humiliari si in secunda volumus exaltari. **H**umiliemur ergo non in verbis factis et dictis et vestibus. **S**i sic humiliamur tunc velut rota ascendimus in

alio mundo. et ideo dicitur. **O**mnnes inuicem humilitatem insinuate. quia deus superbis resistit. humiliatus autem dat gratiam. **H**umiliamini sub potenti manu dei: ut vos exaltet in tempore visitationis. **J**er. v. **E**t benedictus est ille qui primo incipiet. **E**t si nolumus humiliari ipse manu sua humiliabit nos in inferno. et si tu te humilias. ipse conuersa manu te leuat. **E**cce hic christi discretam conditionem. **T**ertio ostendit in euangelio de christo secreta defensio. quia nullus audebat ipsum reprehendere publice sed secreta. quidam dicebant: quia bonus est. sed palam nemo loquebatur de illo. id est. palam. **U**nde sequitur in euangelio. **E**t autem descenderunt fratres eius. tunc et ipse ascendit ad diem festum non manifeste. sed quasi in occulto. **J**udei ergo querebant et dicebant. **U**bi est ille. et murmur multum erat de eo in populo. **Q**uidam enim dicebant. quia bonus est. alij dicebant non. sed seducit turbas. **N**emo tamen palam loquebatur de illo. id est. pro se bene contra eum. **M**odo sequitur questio moralis. ut delictum habet qui christo credebant: in hoc quod timore non audebant dicere quod ille esset messias utrum peccarent. **E**t respondeo pro quodam dictum **C**hrysti. qui dicit quod circa veritatem fidei peccat quis tripliciter. **P**rimo veritatem in mendacium transmutando. **S**ecundo illam occultando. **T**ertio illam non defendendo. et intelligitur de veritate fidei. **E**xemplum primi. **S**i quidam christianus esset inter infideles. et sub pena mortis efficitur saracenus. quis non corde damnatus esset. quia veritatem fidei quam habet in corde mutat in mendacium. quia aliter dicit quam mente habeat. et hoc modo circa veritatem peccauerunt antiqui pharisaei qui sciuerunt unum principium primum. et tamen adorauerunt idola. **D**e quibus dicit **H**iero. quod sunt damnati. **U**nde de illis dicit **Q**uod commutauerunt veritatem dei in mendacium. et seruiuerunt creature potius quam creatori qui est benedictus in secula seculorum. **R**oma. i. **S**ecundo peccant circa veritatem fidei fidem tacendo. quia confessio fidei pro loco et tempore est de necessitate salutis ut dicit sanctus **T**homas secunda secunda. quod. iij. arti. iij. **E**t ponit ibi duos casus in quibus confessio fidei est de necessitate salutis. **P**rimus est quando per dimissionem huius professionis subtraheret deo honorem debitum. **S**ecundus casus est utilitas proximi. puta si aliquis interrogatus de fide taceret. et ex hoc crederetur vel quod fidem non haberet. vel quod fides non esset vera. vel alij propter eius taciturnitatem auerterent a fide. **I**n huiusmodi casibus confessio fidei est de necessitate salutis. **H**ec sanctus **T**homas ibidem. **T**ertio peccatur circa veritatem non defendendo. **N**am si quis non defenderet suum regem iam esset ei infidelis. **S**ic etiam omnis qui videt periclitare fidem et non defendit damnatur et infidelis est domino suo. **E**t modo est responsio questionis. quia peccabant hoc modo. quia non defendebant veritates. **E**t ideo dicitur. **V**eritatem

Feria quarta post Iudica

meditabitur guttur meum. et labia mea detesta-
buntur impium. **Pro**. viij. **Et** idem beatus **Micro**
in prologo biblie caplo. iij. dicit. Sancta que ru-
sticitas solum sibi predest. et quantum edificat ex vi-
te merito ecclesiam christi. tamen nocet si destruenti-
bus non resistat. **Non** enim sufficit dicere hoc.
tempore antichristi stabo in camera mea. sed tanto
amplius peccat quanto non resistit. **Placeat** christus
quod sic velit cor nostrum firmare in fide et eius operi-
bus ut simus veri pugiles fidei. ut ad gloriam per-
ueniamus eternam. **Deo** gratias.

Feria. iij. post dominicam in passione.

Quedatis quod pater in me est. et ego in patre. **Joh**. x.
et in euangelio hodierno. **Unde** hanc
sanctum euangelium continet tres fortes
pugnatas factas a ihesu christo et a iudeis.

Prima est per deceptionem fraudulentam.

Secunda est per inuasionem violentam.

Tertia per obiectionem pestilentiam.

De quo christus se defendit mirabiliter. primo se
defendit per sagacitatem intellectualem. **Secundo** per
stabilitatem spiritualem. **Tertio** per benignitatem vni-
uersalem. et tenuit caput. quia dicitur thema **Cre-**
datis quod pater in me est. **Veniam** ergo ad pri-
mam que est de deceptione fraudulenta. et primo
de euasione christi. et sic consequenter de alijs partibus.
De primo bello quod fuit fraudulentum dicit euange-
lium. **Facta** sunt encenia in hierosolymis et hyems
erat. et ambulabat ihesus in templo salomonis. **Cir-**
cū dederunt ergo eum iudei et dicebant. **Quousque**
animam nostram tollis. **Si** tu es christus dic nobis
palam. **Ecce** fortem inuasionem. **Et** ut melius in-
telligatis est sciendum: quod tempore quo christus pre-
dicabat iudeis iam romani illis dominabantur et
ordinauerunt romani quod nullus auderet sibi assu-
mere nomen regis sub pena mortis sine licentia
impatoris. et seruabant et tenebant in qualibet re-
gione armigeros qui hoc tuerentur. **Ex** alia parte
videntes iudei quod vulgus eorum credebat christum
esse messiam. quia omnes prophetie erant comple-
te. et maiores erant turbati propter vulgus quod il-
lum sequebatur. et ideo deliberauerunt facto consi-
lio quod illum occiderent. et die festo venerunt ad eum
et dicitur enceniorum ab eo quod est in. et cenos quod est
nouum quasi innouatio. et fiebat. xxv. die mensis
quem mensis iudei appellabant casleu que est in
fine nouembrii et in principio decembrii. et hoc ha-
betur in libro. **J**. **Nachab**. ca. iij. in fine. **Vide**
ibidem quomodo **Judas** machabeus illud festum
instituit. et ad illud festum christus venit et transibat
in porticu templi **Salomonis** quod iam fuerat destru-
ctum. sed postea fuerat renouatum et nihilominus
nominabatur salomonis. et tunc iudei circūde-
derunt eum. scilicet maiores ut deciperent eum. **Quo-**
do potestis cogitare quomodo spectabat popu-

lus quam disputationem facerent ad inuicem. et di-
xerunt iudei maiores christo. **Quousque** animam
nostram tollis. id est. intellectum. quasi diceret.
Tempus messie completum est. tu dicis te aliquam-
do esse filium dei. dic nobis ergo palam et clare si
tu es messias. quia aliqui credunt te esse messiam
aliqui non. quoniam etiam facis opera diuina. quan-
doque humana: unde christo parabatur laqueum ut
si ipse se diceret regem quod milites pylati ipsum ce-
pissent et occiderent. **Si** vero diceret non sum mes-
sias populus amodo non crederet in eum. **Ecce**
hic deceptionem fraudulentam. de isto consilio pro-
phetavit dauid in psalmo. **De**us meus respice.
et hebraice incipit. **Hely hely**. cum dicit. **Cir-**
cū dederunt me canes multi. consiliis malignan-
tium obsedit me. ps. xxj. **Appellat** canes ipsos iu-
deos propter inuidiam. quia eum mordebant in fa-
ma sua ex inuidia. quia canes habent illam pro-
prietatem quod sunt rabidi et inuidi. et propter hanc pro-
prietatem vocabat eos canes. **Sumitur** tamen
quandoque hoc nomen canis per predicatore ut dixi
super euangelio. **Canes** veniebant et lingebant vlce-
ra eius. **Luc**. xvj. quia sicut canes custodiunt oues
in deserto. ita predicatorum homines custodiunt in
hoc mundo. et hec est bona conditio canis. sed il-
la conditio iudeis non conueniebat. sed prima que
mala est. ergo vocabat eos canes propter eorum in-
inuidiam. quia ex fraudulenta deceptioe sibi lo-
quebantur. **Ecce** ergo inuasionem fraudulentam.
Nunc videamus defensionem christi per sagacita-
tem intellectualem. quia prudenter eis respondit
ita ut veritatem scirent. et tamen a nullo increpa-
ri nec deprehendi posset dicens. **Loquor** vobis
et non creditis. opera que ego facio testimonium
prohibent de me. sed vos non creditis. quia non
estis ex ouibus meis. quasi diceret. **Ex** quo non
vultis verbis credere. operibus credite. quia ope-
ra que christus fecit dabant sibi testimonium de
duobus. **Primo** dabant sibi testimonium quod erat
verus deus. **Secundo** quod erat verus messias in le-
ge promissus. **Primum** patet in modo faciendi mi-
racula. quia non faciebat miracula in orando si-
cut alij sancti fecerunt. sed imperando fecit omnia
miracula. **Belias** enim suscitauit mortuum sed ora-
do. similiter moyses curauit sororem suam mariam
a lepra: sed orando. **Sed** christus imperando fecit
miracula. quia ipse dixit et facta sunt ut dicit da-
uid. ergo dixit. **Opera** que ego facio testimonium
prohibent de me. scilicet quod sum deus. **Secun-**
do etiam dabant sibi testimonium quod esset messi-
as iuxta signa data per **Isaiam** de messia. **Isa**.
xxxv. **Ecce** deus noster ipse ventet et saluabit nos.
Tunc aperientur oculi cecorum. et aures surdo-
rum patebunt. et lingua mutorum erit aperta. **Ista**
sunt clara signa ad cognoscendum messiam. **Ideo**
dixit. **Opera** que ego facio testimonium prohi-
bent de me. quasi diceret. **Vos** videtis quod ce-

Sermo

ei vident. surdi audiunt. Sed vos non creditis nec verbis nec operibus. quia non estis de ouibus meis. quia ille me sequuntur. Et hic fuit impletum verbum Salomonis di. Non est sapientia. non est prudentia. non est consiliū cōtra dominū. Proverb. xxi. **Modo** moraliter super eo qd dicitur. qz non estis ex ouibus meis. Nota ergo qd ex ratione apparet. qd si quis nō crederet non esset ouis christi. qz qui vult catholicus esse debet eē ouis. Ergo ad hoc qd aliqs sit ouis christi oportet qd simpliciter credat fidem christi anam: qd scilz credat qd sit vnus deus in essentia et trinus in psonis. sicut est vnus sol. tamen i sole tria est considerare. quia sol generat se radium. et a sole et a radio pcedit calor. sic pater generat filium. et spūs sanctus pcedit a patre et filio p spirationem. et tamen est vnus deus. Quia ergo hec sunt sup intellectum creaturaz. debet quis simpliciter et vt ouis esse. non vt capra que vult saltare non ire vt pastor ducit. als caderes in errorem. Unde paulus dicit cōtra quosdaz phisophos qui titubant scribens illis dixit Timeo autez nec sicut serpens euam seduxit astutia sua ita corrumpantur sensus vestri. et excidāt a simplicitate que est in christo iesu. ij. Cor. xi. **Nota** quomodo serpens seduxit euam scilicet faciēdo questiones. **Parz** eua stans in paradiso dixit ei serpens: Cur precepit vobis deus vt non comederetis ex omni ligno padisi etc. Gen. iii. Et ista fuit prima questio diaboli. Et si eua respondisset. quia deo placuit. et illum scilz diabolum vituperasset. et non habuissimus qd habemus: nec essemus in tanta miseria nec tribulatione vt modo sumus. Sed ista respondit. ne moriamur etc. ponendo se in disputatione cum diabolo. et sic fuit decepta. Sic etiam iudei decipiebantur quia dicebāt. Messias debet venire et regnare cum ergo iste sit pauper ergo non est messias etc. **Ideo** iudeis dicitur. **Multos** enī supplantauit suspicio illorū. et in vanitate detinuit sensus illorum. Eccl. iij. Non enim intellectu tuo perquiras vbi non sufficit. Nam stultus esses si digito fides velles tangere. Est ergo credendū non disputandū. et istud est merituz scilicet dare honorem deo et credere Bene daretis mihi honore si vobis dicerem difficilia et crederetis mihi ppter simplicem meam loquelaz. credatis qd illud stultum est et periculū anime et corporis. circa que fidei sunt disputare. Nam iam articuli fidei fuerunt examinati per apostolos martyres doctores etc. Sine ergo examinatione deponere in tuo marsubio tue sciētie. et credas simpliciter. Et ideo dicit. Beati enī qui non viderūt et crediderunt. Joh. xx. Et per cōtrarium. qui non credit maledictus est. vt fuerunt illi iudei. quia dixit eis christus. Non creditis. quia nō estis ex ouibus meis. **Et** ecce p̄mum bellū. **Secunduz** bellum

fuit per inuasionem violentam. quia ad manus **Et** videte p̄mo inuasionem quam fecerunt ex hō quia christus dixit hoc. qd pater et ego vnus sumus. Sustulerunt ergo lapides iudei vt lapidarent eum. **Post** qd christus habuit victoriā de primo bello seu filio. incepit iudeis loqui de sua diuinitate dicēs. Pater et ego vnus sumus. et qd dedit mihi pater manus omnibus est. Et hoc potest intelligi dupliciter. **Uno** modo fm generatōez eternam. **Alio** modo fm passionem temporalez **Secū** generatiōem eternā pater dedit filio diuinitatem que est vna et eadez in patre et filio et spiritali sancto. **Unde** Athanasius Patris et filii et spiritali sancti vna est diuinitas. **Nō** sic est in patre humano qd generat filium suum extra se. et dat sibi aliam in numero humanitatē **Sz** deus pater generat filiū suū intra se eternaliter. quia infinitus est. et dat sibi non aliam diuinitatem. sed eādem quam ipse habet. et de hac dicit christus. **Qd** dedit mihi pater manus omnibus ē vniuersalis **Secū** passionē temporalem in q̄tū homo. cui merito passionis pater dedit dominū vniuersalem. scilicet supra infra super omnes creaturas. vn de ad **Philipp.** ij. **Humiliauit** semetipm factus obediens vsqz ad mortem. ppter quod et deus exaltauit illuz. et dedit illi nomen qd est sup omne nomen. vt in nomine iesu omne flectatur celestium. terrestrium. et infernorum. et omnis lingua cōfiteatur. quia christus in gloria est dei patris etc. **Et** **Matth.** vij. **Dedit** ei potestatem et honore et regnum. et omnes tribus et populi seruient ei. **Potestas** eius potestas eterna que non aufertur. et regnum eius quod non corrumpet. **Propter** hoc dixit christus. **Qd** dedit mihi pater scilicet dominium vniuersale. maius est omnibz dominis. et nemo potest rapere de manu patris mei **Ergo** q̄tūcūqz feceritis vos iudei non poteritis a me auferre diuinitatem neqz vniuersale dominium. quia ego et pater vnus sumus. **Nō** dicit i masculino genere. quia vnus significat personalem vnitatem que in deo non est. **Alia** ē enī psona patris. alia filij. alia spūs sancti. **Sed** dicit vnum in neutro genere. quod significat vnitatem essentie **Tūc** iudei intelligentes qd christus dicebat se esse deū. sustulerunt lapides vt iacerent i eum etc. **Ecce** hic inuasio violenta. **Sz** christus defendit se per stabilitatem virtuales. non fugiendo nec abscondendo. sed stans constanter dixit. **Vos** vultis me lapidare. respondeatis mihi prius ad vnam questionem. **Multa** opera ostēdi vobis ex patre meo. quia sanauit vobis filiaz vestraz. curauit vobis matrem a lepra. et enumerauit opa bona q̄ eis fecerat et conclusit. ppter qd horum operum me vultis lapidare. videamus. et ita dulciter eis respōdit qd eorū maliciam deuicit. quasi diceret. est ista retributio vt me lapidatis p tot bonis que feci vobis. vñ p̄s. **Retribue**

Nota (ante me f)
trahat in ista
unus qd p̄s
et in q̄tū

Feria quarta post Iudica

bant mihi mala p bonis. tunc iudei deposuerunt lapides et christus euasit de periculo. **Nota** moraliter quomodo propter bona opera iudei dabatur solutionem lapidum. Et ego reperio quatuor modos retribuendi inter homines. **Primus** modus est quando p bono bonum. **Secundus** est quando p malo malum. **Tertius** est quando p malo bonum. **Quartus** est quando p bono malum. **Primus** modus est quando redditur bonum p bono. et sic est vna conditio naturalis. et non est meritorium. quia ex naturalibus nullus meretur nec demeretur. quia natura inclinatur. et ideo non est virtuale: nec est meritorium. Et ideo contra illos qui tantum reddunt bonum p bono. et nihil amplius addunt dicit christus Si enim diligitis eos qui vos diligunt quas mercedem habebitis. nunquid publicani hoc faciunt etc. **Matth. v.** quia etiam debes diligere inimicum tuum et salutare: alio non haberes mercedem apud deum. quia etiam infideles salutant se inuicem. et etiam bruta reddunt bonum p bono. et sic hoc non est virtuale sed naturale. **Nota** historiam de leone a sancto Hieronymo curato qualiter vivebat monasterio. contra illos qui reddunt tantum bonum p bono. **Secundus** modus est quando redditur malum pro malo. quia si dedit mihi alapam et ego sibi cicatricem. dixit me meretricem. et ego eum dixi lenonem. et ista est inclinatio bestialis. nam ista est conditio canis. Nam si quis trahat caudam sibi mordebit. Ita est in equis et in multis et alijs animalibus. **Idem** de passeribus et formicis que statim vindicant se si possunt. **Sed** quia deus fecit vos homines rationales. ideo vos non debetis vindicare vos sicut bestie. Et ideo sanctus paulus dicit. Estote patientes ad omnes videte ne quis malum pro malo alicui reddat. sed semper quod bonum est sectamini. **i. Thessal. v.** christus enim lesset crucifixus orabat tamen pro crucifigentibus. et sustinet adhuc illos et vult quod suluentur. nec vult ut ledantur. **Sed** docet quod debet fieri contra eos in ps. lviij. Deus ostendit mihi sup inimicos meos ne occidas eos. nequaquam obliuiscatur populi mei. id est. passionis. quia nesciremus quid esset iudeus. Et quando vides iudeum et cogitas. iste est de genere illorum qui christum crucifixerunt. non occidas eum nec damnifices eos. Sed quid sciendum sit sequitur in ps. **Disperge** illos in virtute et depone eos pector meus domine. id est. sepe illos a christianis. ut non intersint suis festis et solennitatibus nec in comestionibus. nec aliquid vendant christianis. nec emant. nec sint nutrices filiorum christianorum mulieres. nec contra. **In** virtute. id est. potestate. hoc tangit principes et rectores. **Quid** plus. depone eos. id est. quod non sint iudices nec notarii nec procuratores. Et ideo sanctus Thomas dixit ducis se de Corinthi que querebat: an propter indigentiam liceret aliquid ab eis accipere. dixit quod sic. Et il-

lud quidam lucrati sunt iudei. quia sunt serui principis ideo acquirunt principum et potest sine peccato recipere. Et ideo deponere illos. Sed principes dant privilegia iudeis et male. Non est ergo illis malum pro malo reddendum. **Non** tamen principes possunt eis auferre bona solum dimittendo eis vitam et necessaria ne pereant. et hoc propter infidelitatem quam fecerunt occidendo christum. ut dicit sanctus Thomas in quadam epistola. tamen conuersos iudeos non despiciatis. imo illis vos associetis. **Idem** iudeis non noceatis. sed rectores illos defendant. sed tamen separentur a christianis. **Item** nullus christianus christiano malum pro malo reddat. **Roma. xij.** **Mihi** vindictam et ego retribuam. **Tertius** modus est bonum pro malo et hec est spiritualis perfectio. ut dicas. domine deus ille occidit patrem meum vel fratrem etc. non est ratio naturalis. quod illi faciam bonum. sed honore et amore vestri volo facere bonum: non quod non sum bene sufficiens. ille abstulit mihi salutationes. sed nihilominus volo salutare eum. **Idem** christus dixit. **Diligite** inimicos vestros. et benefacite his qui oderunt vos. et orate pro persequentibus vos. ut sitis filij patris vestri qui in celis est. **Matth. v.** **Facit** enim deus bonum inimicum qui eum blasphemant. quia facit solem suum oriri super iustum et iniustum. et ita pluit in agro illius sicut in agro iusti et amici. ergo sic faciatis. **Quartus** modus est reddere malum pro bono et ista est conditio diaboli. quia quando aliquis facit sacrificium sibi et inuocat illum: desiderat diabolus ei retribuere aliquem qui eum portet ad infernum. et ille cui fuit oblatum sacrificium erit tortor. **Huiusmodi** conditionis sunt parentes inhonorantes qui fecerunt multum bonum filiis. et tamen plures retribuunt malum. Et ista est conditio diaboli. **Sed** si es obediens parentibus plongatur tibi vita et diuicie. **Idem** paulus dicit. **Filius** obedite parentibus vestris in domino. **Eph. vj.** **In** domino non contra dominum. ut si mater velit quod filius esset leno vel latro. vel si pater diceret filio quod pccuteret aliquem non deberet obedire. **Sed** in domino. id est. in his que non sunt contra deum. **Et** de isto precepto permittit deus primo hic longam vitam et diuicias. si non sicut diabolus malum pro bono reddit. **In** hoc gradu retributionis fuit iudas. cui dominus multa bona fecerat remittendo mortem patris. incestum cum matre. accepit ipsum in discipulum et apostolum. et fecit eum procuratorem etc. sed retribuuit malum traditionis. **Item** etiam iudei qui volebant christum lapidare retribuendo sibi malum pro tot bonis iam factis. **Et** fuit completa prophetia. ps. cvij. **Posuerunt** aduersum me mala pro bonis: et odium pro dilectione mea. **Et** ecce hic partem secundam. **Tertium** bellum fuit obiectione pestilenta. quia imposuerunt ei crimine blasphemie. **Nam** sicut pestis corrumpit totum

*Iudei non debent
boni privilegia*

*Leo gratior fuit
Medio quod rati
hous*

Sermo

aerem. ita blasphemia deuotionem. et de hoc dicit euangelista. **R**esponderunt iudei christo obicendo. de bono opere non lapidamus te sed ob blasphemiam. quia tu homo cum sis facis teipsum deum. **V**idete cecitatem eorum. nam iudei non poterant negare bona opera christi. quia dicunt de illis. non te lapidamus. ergo illa concedebant. sed ob blasphemiam eum voluerunt lapidare. sed iesus christus se defendit per benignitatem vniuersalem. quia dixit eis. **V**os doctores et rabini audite et respondete. **N**one in lege vestra scriptum est. **E**go dixi dii estis. **S**i illos dixit deos ad quos primo dei factus est. et non potest per vos solui. id est. negari scriptura. quia vestra biblia est. quem pater misit in mundum et sanctificauit. dicitis quia blasphematus. quia dixi. filius dei sum. **S**i non facio opera patris mei nolite credere mihi. **S**i autem facio. et si non vultis credere mihi opibus credite ut cognoscatis et credatis. quia pater in me est et ego in patre. **N**ota ego dixi dii estis. dicunt enim homines dii participatiue. **C**hristus vero essentialiter. arguebat ergo christus per locum a minoribus. si illi scilicet possunt dii appellari qui sunt dii participatiue. quanto plus filius dei qui est deus essentialiter. et isto modo fuerunt victi. et ideo iesus conclusit bellum dicens. **C**redatis quia in me est pater ut in thomate et contra pater in filio. quia christus realiter erat in deo patre. **M**odo habemus hanc moralitatem bonam super illo verbo quoniam dicitur: sed de blasphemia. **E**t debetis scire quia tres sunt species blasphemie. **N**am quaedam est affirmatiua. quaedam negatiua. et quedam usurpatiuua. **A**ffirmatiua est. si affirmo de deo quod illi non conuenit ut cum dicitur iusor. maledictus est deus. quia ille grates non expediunt deo. et sic de similibus potest dicere. deus est mortalis in diuinitate. et de hoc ieremias in vitalia. quia quidam sanctus pater erat qui mortuo patre suo carnali audiuit sibi dicere a quodam scilicet quia pater suus mortuus est. nam dixit ei nuncius. malum nouum tibi porto. quia pater tuus mortuus est. **S**ed sanctus pater dixit. **N**oli blasphemare. quia pater meus immortalis est. non reputans alium patrem habere nisi deum. **E**t ista blasphemia affirmatiua est maius peccatum quam occidere hominem. quia contra preceptum primae tabule. **I**deo dominus et rectores si volunt habere pacem debent corrigere blasphematores. **N**ota de Ludouico rege francie quod liter ipse tales correxit. **E**t hoc modo iudei blasphemauerunt christum dei. **N**one bene dicimus nos. quia samaritanus es tu et demonium habes. **I**os. viij. **A**lia blasphemia est et peior negatiua. ut negare illud quoniam illi conuenit. ut est omnipotentia. ut cum dicit iusor. **N**on potest hoc facere deus quia primo veniat tria quoniam septem. **E**t de hac blasphemia nota historia. iij. **R**eg. xix. de Sennacherib qui dixit quia deus non posset eripere israel de manu eius. **E**t illa nocte fuit punitus. quia de exercitu eius fuerunt interfecti octoginta quatuor milia bellatores.

hanc blasphemiam dixerunt iudei christo. quia dixerunt quia non est deus. **E**t de ista dicit propheta. **B**ereliqui sunt retrosum. **E**sa. j. **E**t idem dicit dauid in psalmo. **D**ixit insipiens in corde suo non est deus. **E**t ista est negatiua. **A**lia blasphemia est usurpatiuua. et hec pessima est scilicet attribuere alicui quod est dei. et in hac peccabat symon magus. **A**ct. viij. quia dicebat se filium dei. et hoc imponebant iudei christo. **M**ar. ij. cum dixit christus. **R**emittuntur tibi peccata. **Q**ui illi. blasphematus. quis enim potest peccata dimittere nisi solus deus. et etiam in hodierno euangelio. quia dicebant iudei. quia tu homo cum sis dicis. **I**sta blasphemia est inter nos hodie. **N**am fuit mihi presentata cedula que continebat. quia mulier que vult concipere portet istam cedulam ignorante viro his litteris. **O** usurpatio diuine potentie. quia litteris et rei insensibili datis illam potentiam. **I**ta est de his qui dicunt. si dicis talem orationem scies die mortis. **E**t si quis dixerit orationem vnde cum milium virginum etc. stultum est credere. et quia si vni eueniat facias inde regulas. **E**t ista blasphemia est hodie. **Q**uia dinini et magi et nigromantici huius modo blasphemant deum. quia honorem diuini faciunt diabolo. et ergo multa mala eueniunt in hoc mundo. **D**iligenter ergo rectores student extirpare hos blasphematores. ne dominus cogit innocentem punire cum nocentibus. per famem. pestem. et similes plagas. **S**ed debent exhibere homines deo reuerentiam et dabit eis vitam eternam. **M**oraliter nota hic quia christus remisit iudeos ad opera sua. **S**ic etiam erit de nobis iudicio ultimo. **E**t ad hoc nota illud exemplum de illo qui habuit tres amicos. **P**rimus dilexit plus quam se. **S**ecundus dilexit tantum ut seipsum. **T**ertium parum dilexit. **C**orrigit quia ille homo fuit citatus ad regem et rogauit primum amicum ut pergeret ad regem secum et excusaret eum. et ille recusauit. **S**ecundus similiter recusauit. **T**ertius vero quem dilexit perrexit et excusauit eum coram rege. **H**ic homo qui habet tres amicos est quilibet homo. **P**rimus amicus est bonum tempore pro quo sepius vita exponitur. ergo plus quam vita diligitur. **S**ecundus amicus est parentes. vxor. ples. **T**ertius amicus est opus bonum et uosum quod parum diligimus. **I**deo **h**eb. ix. dicitur. quia statutum est hominibus semel mori. quando ergo homo moritur et citatur coram christo. tunc primus et secundus amicus non vadunt excusare hominem. **T**ertius vero excusat nos coram rege. et sequitur nos. **O**pera enim illorum sequuntur illos. **I**po. iij. **H**oc exemplum vide latius in historia Barlaam et Josaphat qui habet in secunda parte speculi historialis Vincetij beluacensis libro. xvj. ca. xvj. vbi concludit quia opera bona sunt veri amici que hominem ad vitam eternam producant. Amen.

*Exemplum est
illud fuit qui
in vbi est in
Crotou ponit
Ipsius fuit*

Feria quinta post Iudica

Feria. v. post Iudica.

Fides tua saluuz te fecit vade in pace. Luce. vij. Sermo noster erit de sancto euāgelio hodierno. Aliqui mirantur de isto euāgelio marie magdalene quare modo legatur tempore passionis. Sed huius ratio est ad ostendendū finalē fructum passionis christi. Et isto habito statim sequūtur alia bona scilicet habere gratiaz et gloriam. et multe alie vtilitates. Esa. xxiij. Super hū supple fructum passionis dimittetur iniquitas domui iacob. id ē. ecclesie militanti. et iste est principalis fructus passionis christi scilicet auferre peccata: et conferre remissionem peccatorum. Et quia in tota sacra scriptura non est euāgelium in quo ita declaratur et expressetur remissio peccatorum. sicut in hoc euāgelio magdalene. Ido est ordinatum vt legatur isto tempore passionis. **M**odo iuxta doctrinam philosophoz in omni opere concurrunt quattuor cause scilicet effectiua materialis. formalis. et finalis. que etiam concurrunt in remissionem peccatorū. **C**ausa principalis effectiua. **C**ausa materialis receptiua. **C**ausa formalis pfectiua. **C**ausa finalis completiua de vltima dicit thema. **F**ides tua saluuz te fecit. **D**ico pmo qd in remissione peccatorū concurrunt causa principalis effectiua que ē deus. qz nullus alius potest remittere peccata. Et ratio ē. quia in remissione peccatorū requiritur noua creatio quidecim nobilium creaturarū ad min. **P**rimo ergo creatur gratia gratuz faciens. quia nō est qualitas que ducaſ de potentia materie. sed a deo creatur i anima. et illuminat et pulchrificat ipam animā. et facit ipam gratam deo quemadmoduz in camera obscura introductio luminis et expulsio tenebrarum. Sic in camera conscientie creatio grē est expulsio peccatorū. Et qd i iustificatione impj requiratur gratie infusio. patz p sanctum Thomā pma. ij. q. c. xiiij. arti. ij. in corpore vide ibidem. **S**ecūdo creatur fides formata. quia fides informis simul stat cuz peccat. **I**ac. ij. **F**ides sine operibus mortua est. **T**ertio creatur spes certa. quia sperare gloriam cum peccato et sine meritis magis est presumptio qd spes. **Q**uarta charitas que ex peccato mortali totaliter annihilatur. nec per generationes pducitur sed a deo creatur. **I**tem quattuor vtutes morales infuse que distinguūtur ab alijs virtutibus moralibus acqſitis specie fm sanctum Thomā in pma. ij. q. lxxiiij. arti. iij. scz prudentia que gubernat animā in eligendis fm deuz. **I**usticia ordinat erga primum. temperantia autem in prosperis. fortitudo autem contra temptationē diaboli. **S**exto creatur a deo septem dona spūſſancti. scz sapientia diuinorū cum deuotionis sapore. intellectus scz credendorū. cum intelligentia

